6
13-a
6
11 E
26

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6. 13. a. 9

II
9
B

II
9

Coll. Rom. Soc. Iesu

Ioannis Lucienbergij Theſaurus Poeticus

IN QVINQVE CLASSES DIuiſus: quarum vnaquæq; in ſuos ordines ſecundum Alphabeti ſeriem partita eſt:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVIBVS OMNIVM VOCABVlorum quantitates pulcherrimè oſtenduntur, & Veterum, probatiſsimorumq́ Archipoetarum Lucretij, Maronis, Naſonis, &c. auctoritatibus dilucidè demonſtrantur.

OMNIBVS STVDIOSIS, IN QVORVM gratiam editum eſt, Opus pluſquam dici poteſt utile & neceſſarium.

Quid quæq; Claſsis contineat, ſequentis pagellæ facies indicabit.

Adiectus eſt in fine libellus non minus utilis, De ratione componendi omnis generis uerſus, Carmina & Odas, ſeu Pſalmos

Cum Priuilegio Septennali.

[illegible]

TOTVM OPVS IN QVINQVE CLASSES PARtitum eſt.

I. Claſſis quantitates nominum Subſtantiuorum appellatiuorum, item & Verbalium complectitur.

II. Nominum Propriorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

III. Nominum Adiectiuorum: ſub quibus comprehenduntur Pronomina & Participia omnia.

IIII. Verborum.

V. Partium & vocum Indeclinabilium.



Poſt tenebras ſpero lucem,
At Dominus lux mea, quem timebo.

INSIGNIA LVCIENBERGIA.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In Symboli explicationem ΕΞΑΣΤΙΧΟΝ.

IPſe homo cum rebus cunctis,humanaq; facta
  Omnia,ſunt tenebræ, quicquid & orbis habet.
Lux mundi eſt Chriſtus,lux ſunt cæleſtia regna,
  Vera fides lux eſt,Iuſticia atq; ſalus.
Poſt tenebras ergo lucem ſpero: At Dominus lux
  Eſt mea,perpetua quem pietate colam.

Alivd.

Tempus abit, Mors venit.
Facito quod voles.
Fac bene quod debes.

Explicatio ad ivventutem ſtudioſam.

TAm celeri nunquam volat vlla ſagitta volatu,
  Quàm rapido curſu temporis hora fugit.
Tempore præterito vix iam,Mors limina pulſat,
  Et pede veloci mox inopina venit.
Te petit hæc verbis non exorabilis: Ergo
  Fac bene quod debes,fac citò quod ſtatuis.
Diues at eſſe voles: nobis nam innatus habendi
  Eſt amor,atq; atram pauperiem fugimus.
Ergo laborabis maturè,ac omnia parca
  Diſtribues iuuenis ſedulus ipſe manu.

Non

Non nocturna tuis furiet potatio tectis,
Hæc etenim peſtis perdere multa ſolet.
Præterea cupis & titulo ſplendeſcere docti,
Manè tuis ſoleas ſemper adeſſe libris.
Non ſpecioſa teres fora, campos, compita, pagos,
Quicquid & à gnaua ſedulitate rapit.
Eſſe voles ſapiens, prudentis nomine clarus,
Egregios audi tunc pietate ſenes.
Perlege ſacratis quæ ſunt tibi ſcripta libellis,
Atq; memor ſemper quod legis inde tene.
Vis & honoratus dici, Conſortia praua
Omnia maturo tempore quæſo fuge:
Turpis & immundo ne uox oriatur ab ore,
Cui pudor eſt curæ, non inhoneſta facit.
Præq; Iouam cunctis, quod debes, dilige rebus,
Proxima cura dehinc, proximus eſto tuus.
Et cole, quod debes, qui te genuere parentes,
Et qui doctrinam cum probitate docent.
Fac bene pauperib. quod debes, omnibus, atq; hos
Protege clementi mitis amore tuo.
Iuſticiæ ſerua leges: iniuria namq;
Longè à Chriſticolis debet abeſſe viris.
Regna beata cupis vitæ poſt ἔξοδον huius,
Sed quia, quod debes, non facis, ecce cares.

ΕΞΑΣΤΙΧΟΝ.

Ipſe homo cum rebus cunctis, humanaq; facta
Omnia, ſunt tenebræ, quicquid & orbis habet.
Lux mundi eſt Chriſtus, lux ſunt cœleſtia regna,
Vera fides lux eſt, Iuſticia atq; ſalus.
Poſt tenebras ergo lucem ſpero: At Dominus lux
Eſt mea, perpetua quem pietate colam.

Aliud.

Tempus abit, Mors venit.
Facito quod voles.
Fac bene quod debes.

Explicatio ad iuventutem ſtudioſam.

Tam celeri nunquam volat vlla ſagitta volatu,
Quàm rapido curſu temporis hora fugit.
Tempore præterito vix iam, Mors limina pulſat,
Et pede veloci mox inopina venit.
Te petit hæc verbis non exorabilis: Ergo
Fac bene quod debes, fac citò quod ſtatuis.
Diues at eſſe voles: nobis nam innatus habendi
Eſt amor, atq; atram pauperiem fugimus.
Ergo laborabis maturè, ac omnia parca
Diſtribues iuuenis ſedulus ipſe manu.

Non

Non nocturna tuis furiet potatio tectis,
Hæc etenim peſtis perdere multa ſolet.
Præterea cupis & titulo ſplendeſcere docti,
Manè tuis ſoleas ſemper adeſſe libris.
Non ſpecioſa teres fora, campos, compita, pagos,
Quicquid & à gnaua ſedulitate rapit.
Eſſe voles ſapiens, prudentis nomine clarus,
Egregios audi tunc pietate ſenes.
Perlege ſacratis quæ ſunt tibi ſcripta libellis,
Atq; memor ſemper quod legis inde tene.
Vis & honoratus dici, Conſortia praua
Omnia maturo tempore quæſo fuge:
Turpis & immundo ne uox oriatur ab ore,
Cui pudor eſt curæ, non inhoneſta facit.
Præq; Iouam cunctis, quod debes, dilige rebus,
Proxima cura dehinc, proximus eſto tuus.
Et cole, quod debes, qui te genuere parentes,
Et qui doctrinam cum probitate docent.
Fac bene pauperib. quod debes, omnibus, atq; hos
Protege clementi mitis amore tuo.
Iuſticiæ ſerua leges: iniuria namq;
Longè à Chriſticolis debet abeſſe viris.
Regna beata cupis vitæ poſt ἔξοδον huius,
Sed quia, quod debes, non facis, ecce cares.

AD LECTORES
PRAEFATIO.

QVOD neceſſaria omnino ſit Quantitatis uocabulorum notio, nemo eſt uel mediocriter eruditus, qui in dubio id ponat. In poetis enim ſine fructu omni iſte uerſabitur, qui Quantitatũ diſcretione deſtitutus erit. Poetas aũt bonos pioſq́ legẽdos, iuuentuti proponendos & explicandos eſſe, ob eximiam qua ſcatent ſcripta eorum doctrinam atq́ ſapientiam, quam cum delectatione etiam ſingulari hominibus inſinuare & quaſi infundere conantur, nemo qui uel tantum Catonis diſticha legerit moralia, inficias ibit. Et ut Horatius ait,

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ.

At uerò in Poetarum lectionibus conſeneſcere, multis equidem flebile peperit incommodium. Nam dulcedine cantus falſi, à tam iucundo ſtudio abſtinere non potentes ſatis fuerunt. At tum demum ſe falſos eſſe animaduerterunt, quum ingenij ſui tenuitatem ſentientes, ad interiora huius ſcientiæ inſcrutabilis adyta peruenire nequiere. Plurima namque ſunt quæ in bono Poeta requiruntur, nempe morum integritas ſingularis, uitæ ſobriæ, caſtæq́ ſanctitas, ingenij uis eximia, eruditio miranda, ſcientiarum omnium rerumq́ omnium peritia, grauitas ſpectabilis eloquentię diuina, prudentia atque ſapientia: quemadmodũ Horat. lib. 1. Serm. Sat. 4. paucis uerſiculis iſta comprehendens, canit,

Neq;

Neq; enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis, neq; ſi quis ſcribat uti nos
Sermoni propiora, putes hunc eſſe Poëtam:
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atq; os
Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.

Harum atque ſimilium uirtutũ, quas in bono Poeta eſſe debere, ſingulari Oratione de Poeta, probauimus, quum non cuiuſuis mens atque ingeniũ capax ſit, præſtaret ſanè maturo tempore à tam ſancto ſtudio multos animum oculoſq; ſuos auertere, ne dum iucũditate tenus ſuſpenſi ſequũtur, in perditionem ſemetipſos præcipitarent. Nam non ſecius, quàm Sirenes (quas fabulantur prætcrnauigantes ſuo ſuauiſono cantu ad ſe traxiſſe, & ſcopulis alliſos miſerè immerſiſſe) Pierides hæ longè quàm ſuauiſsima & dulciſsima modulatiõe hos qui ſe ineſcari patiuntur, tamdiu detinent, quò de illis nullam ſpem reliquam eſſe uident: tum miſeros in littore nudos exponunt, omni ferè humano auxilio deſtitutos. Horum ego rationem habens, & ueſtræ conſulere cupiens utilitati, præſens hoc uolumen de uocabulorum Quãtitatibus congeſsi, ueterum, probatiſsimorumq; Poetarum additis auctoritatibus: ut carmen modulaturi, ſine tẽporis ulla iactura, ſtudiorum'ue ueſtrorum impedimẽto, hoc perficere queatis. In quinque uerò Claſſes diſpertitum, ideo euulgandum putaui, quòd Theſaurus quamdiu abſconditus latet, nemini quicquam proſit, effoſſus non in unius tantum emolumentum, utilitatéq; cedat. Sumta Metaphora uel à nauigãtibus, qui claſſem, hoc eſt, nauium numerum omni munitione inſtructarum & neceſſarijs bene prouiſarũ, con-

QVOD neceſſaria omninò ſit Quantitatis uocabulorum notio, nemo eſt uel mediocriter eruditus, qui in dubio id ponat. In poetis enim ſine fructu omni iſte uerſabitur, qui Quantitatū diſcretione deſtitutus erit. Poetas aūt bonos pioſq; legēdos, iuuentuti proponendos & explicandos eſſe, ob eximiam qua ſcatent ſcripta eorum doctrinam atq; ſapientiam, quam cum delectatione etiam ſingulari hominibus inſinuare & quaſi infundere conantur, nemo qui uel tantum Catonis diſticha legerit moralia, inficias ibit. Et ut Horatius ait,

Aut prodeſſe volunt, aut delectare poetæ.

At uerò in Poetarum lectionibus conſeneſcere, multis equidem flebile peperit incommodium. Nam dulcedine cantus falſi, à tam iucundo ſtudio abſtinere non potentes ſatis fuerunt. At tum demum ſe falſos eſſe animaduerterunt, quum ingenij ſui tenuitatem ſentientes, ad interiora huius ſcientiæ inſcrutabilis adyta peruenire nequiere. Plurima namque ſunt quæ in bono Poeta requiruntur, nempe morum integritas ſingularis, uitæ ſobriæ, caſtæq; ſanctitas, ingenij uis eximia, eruditio miranda, ſcientiarum omnium rerumq; omnium peritia, grauitas ſpectabilis eloquentię diuina, prudentia atque ſapientia: quemadmodū Horat. lib. 1. Serm. Sat. 4. paucis uerſiculis iſta comprehendens, canit,

Neq; enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis, neq; ſi quis ſcribat uti nos
Sermoni propiora, putes hunc eſſe Poëtam:
Ingenium cui ſit, cui mens diuinior, atq; os
Magna ſonaturum, des nominis huius honorem.

Harum atque ſimilium uirtutũ, quas in bono Poeta eſſe debere, ſingulari Oratione de Poeta, probauimus, quum non cuiuſuis mens atque ingeniũ capax ſit, præſtaret ſanè maturo tempore à tam ſancto ſtudio multos animum oculosq́; ſuos auertere, ne dum iucũditate tenus ſuſpenſi ſequũtur, in perditionem ſemetipſos preci pitarent. Nam non ſecius, quàm Sirenes (quas fabulantur prætERnauigantes ſuo ſuauiſono cantu ad ſe traxiſſe, & ſcopulis alliſos miſerè immerſiſſe) Pierides hæ longè quàm ſuauiſsima & dulciſsima modulatiõe hos qui ſe ineſcari patiuntur, tamdiu detinent, quò de illis nullam ſpem reliquam eſſe uident: tum miſeros in littore nudos exponunt, omni ferè humano auxilio deſtitutos. Horum ego rationem habens, & ueſtræ conſulere cupiens utilitati, præſens hoc uolumen de uocabulorum Quãtitatibus congeſsi, ueterum, probatiſsimorumq́; Poetarum additis auctoritatibus: ut carmen modulaturi, ſine tẽporis ulla iactura, ſtudiorum'ue ueſtrorum impedimẽto, hoc perficere queatis. In quinque uerò Claſſes diſpertitum, ideo euulgandum putaui, quòd Theſaurus quamdiu abſconditus latet, nemini quicquam proſit, effoſſus non in unius tantum emolumentum, utilitatemq́; cedat. Sumta Metaphora uel à nauigãtibus, qui claſſem, hoc eſt, nauium numerum omni munitione inſtructarum & neceſſarijs bene prouiſarũ, con

tra hoſtium moleſtias & impios impetus in altum educunt: uel à ſcholis bene cõſtitutis, & in aliquot Claſſes partitis, ubi pro ratione eruditionis pueri à pręceptoribus ordine pulcherrimo collocãtur & paulatim euehũtur: Nos quoque Claſſes noſtras nuncupauimus, tum quòd ſatis hubertim uocabulorum copia inſtructæ, tũ quòd ſuis ordinib. optimè collocatę nobis uidebantur. Nam in uiginti Ordines unamquamque diſtribuimus, ſecundum Alphabeti ſeriem procedentes.

Prima Claſsis Appellatiua omnia, ſimulq́ quæ Appellatiuorum naturam ſequuntur, nec non & uerbalia, uiginti ordinibus complectitur. Et quum propria ipſa frequentiſsimè apud Poetas, pro appellatiuis ponãtur, (quę figura Metonymia ideo uocata eſt, ut quum Cererem pro pane, Bacchum pro uino accipimus) ubiq́ utriuſq́ tam proprij quàm figurati auctoritates adduximus. Interdũ quoque duo uel tria uocabula unã rem denotant, quæ Synonyma propterea appellantur: ut & horum notitia uobis pateret, ad ultimum ſemper eorũ præcedentia collegimus. Præterea etiam ut ſermonis copia maior habeatur, quandoque una res plurib. uerbis circumſcribi ſolet, unde Periphraſis ſuum nomẽ habet: quæ figura tam Appellatiuis hiſce, quàm proprijs cõmunis eſt: ideo ſub hac & ſub ſecunda Claſſe eam ſępius poſitam reperietis.

Secundæ autẽ Claſsis tractatio Propria nomina cõtinet omnia, & quæcunque pro Proprijs accipiuntur, qualia ſunt Adiectiua iſta, quibus addita ſunt uocabula Heros, iuuenis, puer, uirgo. Nam per hæc ad unã & certam perſonam denotandam contrahuntur, atque eiuſce modi

modi poſitiones ſub circumſcriptionibus ſeu Periphra ſis figura collocauimus. Præterea & à parentibus, ab auis, atauisq; deducuntur & formantur, Græca conſuetudine, noua quædam nomina, quæ Patronymica dicũtur, eandem quæ Propria ſignificationem habẽtia: hæc omnia ſub Antonomaſiæ figura poſuimus.

Tertiæ Claſsi Nomina Adiectiua, & quæ Adiectiuorum naturam habent, ut Pronomina & Participia omnia, attribuimus. Atqui quum una eademq; res proportionaliter duobus, tribus ue modis efferri poſsit: ut quãdo pro dulcis, dicimus, non amarus (quæ figura à Græcis Paraphraſis nuncupatur, hoc eſt, explicatio alicuius illi proportione reſpondens, quemadmodum ex iam allato exemplo uidetis) eam figuram quoq;, quia non exiguum cõplectitur copiæ dicẽdi numerum, ſæpiſsimè repetiuimus, ut ex illis paucis exemplis adoleſcentes reliqua intelligentes, facilius ea imitari diſcant.

Quartam Claſſem Verbis omnib. quæ à reliquis partibus orationis ſeparauimus & ſegregauimus, conuenientibus ſuis ordinibus ſtipauimus. Sed quũ actio, uis & neruus totius Orationis in uerbis lateat (quẽadmodum fundamentum & baſis in nominibus ſubſtãtiuis, ſiue Appellatiua ſiue propria ſint, & ueluti ornamentũ omne elocutionis in Adiectiuis conſiſtit. nam ſubſtantiuũ ſine Adiectiuo nudum & omni ueſtimento ſpoliatum, ſine uerbo autem mortuum, & inſtar trunci abſq; actionis efficacia immobile eſt) ideo ſub hac Claſſe phraſes & loquẽdi elegantias commodè tractari poſſe arbitrati ſumus. Atque tantũ hæc doctrina momenti in ſe habet, ut qui formularũ iſtarũ ignarus eſt, nũquã uerſum,

ſum,carmen'ue elegans & artificioſum ſit cõpoſiturus. Hinc itaque omnis loquendi copia eruenda eſt. Prætere a in id elaborauerũt, ſuasq; uires Poetę ueteres unicè intenderunt,ut ſententiam unam plurib.loquendi modis uariarent, atq; ita Orationem Carmenq; ſuũ ornarent. Quas ſententias ſeu phraſes,quia inter ſe conueniunt & coincidunt,Syllogos, quaſi ſermones ſimiles & phraſes uniformes appellare libuit, hosq; ſub cõmuniſſimo & omnib.noto uerbo collocauimus.Quemadmodũ exẽpli gratia ſub uerbo *Arare* Syllogi cõſtituti ſunt,

Terram proſcindere aratris,

Solum vomere uertere,

Vertere glebas,&c. quæ omnia ad ſermonẽ locupletandum mirè inſeruiunt.

Sub quinta Claſſe cæterarum partium Indeclinabiliũ,uidelicet Aduerbij, præpoſitionis, Cõiunctionis & Interiectionis uoces tractauimus:quæ eò cõpendioſior facta eſt,quòd Aduerbia,quæ ex Adiectiuis formantur (mutata ſolũmodo ultima ſyllaba in *è* uel *er*) omnia ferè excluſimus:nimirũ ut omni ſupfluitate reciſa,ea ex Adiectiuis tertiæ Claſsis ipſi adoleſcentes formare tentent.

In omnibus autem Claſsibus,excepta Secunda,quæ Compoſita nulla habet(Nam Propria nomina componi, aut præpoſitionem aliquam illis præfigi omninò inuſitatũ eſt) iſtud ſtrictè obſeruauimus, ut cõpoſita ſub ſimplicibus ſuis collocaremus. Quum enim compoſita omnia quãtitates ſuorum ſimpliciũ ſequãtur, adoleſcẽtes quæ ſimplicia & quæ cõpoſita ſunt deprehẽdere ſimul,& quãtitates omniũ facilius (q̃a plurimorũ auctoritates nuſquã reperiuntur) animaduertere aſſueſcent.

Faxit

Faxit IEHOVA Omnipotens, qui humiliter inuocatus, uento aurisq; felicib. benignè aſpirabit, uelaq; gratia ſua afflās eſinuabit & extendet, ut exiguus iſte meus labor, uniuerſæ iuuentuti in emolumentum maximum uergat. Amen. Finitæ diuinæ Maieſtatis fauore, Francofordiæ Mœni, in Ianuario Anni milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi quinti.

Ioannes Lucienbergius,

AD LIBRVM.

ITe meæ primæ curæ, primi ite labores:
Sedula ceu patulis apis vndiq; colligit hortis
Ore fauos, dulces ſugens è flore liquores:
Sic & ego veterum relegens monimenta virorum,
Diuinoq; meo aſpirante fauore labori,
Collegi vos, & tali vos ordine finxi.
Ite, plagas omnes tam lati viſite Mundi,
Præſenti ſimul & ſeclis ſeruite futuris,
Et ſemperuiuæ iuuenem me tradite famæ:
Vt (modò ſi merui, mihi nec contrarius obſtat
Liuor, nec caſura ſua eſt hæc Machina mole)
Noſtrum & longæuos poſthac bene luceat annos
Nomen, inextinctos ſeruans viuaciter ignes.

THESAVRI
POETICI

Claſsis Prima

De Quantitatibus Nominum
Appellatiuorum:

*Sub quibus etiam Verbalia comprehen-
duntur omnia.*

Virg. 12. Aeneid.

*Diſce puer virtutem ex me verumq́; laborem,
Fortunam ex alijs.*

CLASSIS PRIMAE,

ORDO PRIMVS.

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum Appellatiuorum incipientium ab

A

A ante B.

Ăbăcŭs	*Auſo.de Agat.*	*Fictilibus cœnaſſe ferunt Agathoclea regem,*
		Atq; abacum Samio ſæpè oneraſſe luto.
	Perſi.	*Nec qui abaci numeros, & ſecto in puluere metas*
		Scit riſiſſe vafer.
	Iuuen. Sat.3,	*Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli ſex,*
		Ornamentum abaci.
Ābdōmĕn,	*Sat.4.Iuuen.*	*Montani quoq; venter adeſt abdomine tardus.*
ĭnĭs.	*Pont.*	*Arbuta queis miliũq; liquens, abdomẽ & vnctũ.*
Ăbĭēs, ĕtĭs.	*Virg.7.Eclog.*	*Fraxinus in ſiluis, pulcerrima pinus in hortis,*
		Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
	Stat.	*Hinc audax abies, & odora in vulnera pinus.*
Ăbōllă pro	*Mart.lib.Epi.*	*Neſcit cui dederit Tyriam Criſpinus abollam,*
veſte mili-		*Dum mutat cultus, induiturq; togam.*
tari.	*Mant.*	*Et ſacer euadens duplici veſtitur abolla.*
Ābrŏtŏ-	*Hor.2.Epiſt.1,*	*Nauẽ agere ignarus nauis timet: abrotonũ ægro*
nūm &		*Non audet, niſi qui didicit dare: Quod medico-*
Ābrŏtŏnŭs.		*rum eſt*
		Promittunt Medici: tractant fabrilia fabri.
	Lucan.lib.9,	*Et larices, fumoq; grauem ſerpentibus vrunt*
		Abrotonum, & longè creſcentis cornua cerui.

Lucret.lib.4. *Præterea quæcunq; ſito de corpore odorem*
Expirant acrem, Panaces, abſynthia tetra,
Abrotoniq; graues, & triſtia centaurea.

Ăbrŭtŭm *Mant.* ——————*Myricæis frondentia virgis*
Abruta.

Ăbўſſŭs *Mant.* *Infima quà nigris pallet abyſſus aquis.*

A ante C.

Ăcădēmĭă *Claudi.* *In Latium ſpretis Academia migrat Athenis.*
Mant. *Sanctaq; nobiſcum longos Academia ſoles*
Claudit.
Idem, *Quicquid habet frugum ſapiens Academia,*
quicquid.

Ăcănthĭs, idis. *Virg.3.Geor.* *Littoraq; halcyonem reſonant & acanthida dumi.*
Mant. ——————*miratur acanthida pictam*
Pſittacus exiguo modulamine.

Ăcănthŭs *Virg.3.Eclog.* *Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.*
Idem 4.Eclog. *Errantes hederas paſſim cum bacchare, tellus,*
Miſtaq; ridenti colocaſia fundet acantho.

Ăccĭpĭtĕr, tris. *Virg.11.Aen.* *Quàm facilè accipiter ſaxo ſacer ales ab alto.*
Oui.2.de Art. *Odimus accipitrem, quia viuit ſemper in armis.*
Horat. *Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;.*

Ăcēdĭă. *Mant.li.1. de Cala.* *Sic hominum falſò deludit acedia vultu*
Spē minuens, animosq; premens, operūq; futuræ
Præmia deridens, contemnit fulmen & ignes.

Ăcĕr, vel Acus eris. pro frumenti purgamento, gener. neut.
Oui. Eleg. ——————*at quondam vile fuiſtis acer.*

Ăcĕr, eris. pro arbore, gener. fœm.
Mant. *Poſt citrum laudatur acer, Berecynthia buxus.*

Ăcērbātĭō. Compoſit. *Exacerbatio.*

Ăcērbĭtās, ātĭs. *Buch.in Ieph.* *Acerbitatis plus ſatis complectitur*
Sors noſtra per ſe, nihil vt accedat mali.

Idem

Idem ibidem, Ex me redundet luctus atq; acerbitas.
Ăcerră *Virg.* ——— *& plena ſupplex veneratur acerra.*
Mart.li.4.Epig.Hac tibi pro nato plena dat lætus acerra.

Aceruatio, Compoſit. *Coacernatio.*
Ăcērnŭs *Virg.1.Georg. Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum, Concuſſaq; famem in ſiluis ſolabere quercu.*
Hor.2.Epi.vlt.Vtar,& ex modico, quantum res poſcet, aceruo, Tollam,nec metuam, qui de me iudicet hæres, Quòd non plura datis inuenerit.
Ăcētŭm *Hor.2.Ser.Sat.3,Potet acetũ age ſi & ſtramentis incubet, vndè Octoginta annos natus.*
Mart.li.13, *Amphora Niliaci non ſit tibi uilis aceti.*
Ăcĭēs. *Virg.2.Geor. Ipſa acie falcis nondum tentanda:ſed vncis, Carpendæ manibus frondes.*
Idem 2.Geor. ——— *& campo ſtetit agmen aperto. Directæq; acies.*
Quint. *Armiſonaſq; acies,vexilligeraſq; phalanges.*
Ăcīnăcĭs, vel Acinaces *Hor.1.Car.Od.27,Vino & lucernis Medus acinacis, Immane quantum diſcrepat? impium Lenite clamorem ſodales, Et cubito remanete preſſo.*
Pont. *Et capulo inſignis radiabat acinacis aureo.*
Val.Flac. *Inſignis manicis,inſignis acinace dextra.*
Ăcĭnŭs *Hor.2.Ser.Sat.Aridum & ore ferens acinum,ſemeſaq; lardi.*
Poli.de Anac.Tandem acino paſſæ cadis interceptus ab vua.
Ăcĭpēnsĕr, vel Acipenſis, vel Aquipenſer. *Hor.2.Ser.Sat.2,* ——— *haud ita pridem, Galloni præconis erat acipenſere menſa Infamis.*
Mart.li.13, *Ad Pallatinas acipenſem mittite menſas.*

Ăclĭs,idis. & plura. *Aclĭdĕs*, pro telis bellicis.
Virg.7.Aen. ——— *teretes ſunt aclides illis Tela,ſed hac lento mos eſt aptare flagello.*
Sil.li.3, *Aclide uel tenui pugnas inſtare ueruto.*
Ăcōnītŭm *Virg.2.Georg.At rapidæ tygres adſunt, & ſæua leonum ,*

Semina, nec miſeros fallunt aconita legentes.
Oui.7.Met.fab. *Quæ quia naſcuntur dura viuacia caute,*
Mortales aconita vocant.
Idem 11.Met. *Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*
Ăcrŏămă, ătis. *Prud.in Periſt.* *Egon' cachinnis uenditus*
Acroama feſtiuum fui?
Ăcūmĕn, inis. *Oui.2.Faſt.* *Dum loquor elatæ metuendus acumine cauda.*
Hor.in Arte, *Iudicis argutum quæ non formidat acumen.*
Idē 2.Epiſt.1, *Serus enim Græcis admouit acumina chartis.*
Ăcŭs,ci. pro piſce.
Mart.li.10.Epig. *Et ſatius tenues ducere credis acos.*
Ăcŭs,us. pro inſtrumēto ſartorio uel etiā q̃ mulieres pepla ſubligant.
Virg.11.Aen. *Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum.*
Oui.Epiſt.6, *Deuouet abſentes, ſimulacraq́; cerea fingit,*
Et miſerum tenues in iecur urget acus.
Mart. *Figat acus tortas, ſuſtineatq́; comas.*
Acutio. Compoſit. *Exacutio.*

A ante D.

Adagium.
Ădămās, āntis. *Virg.6.Aen.* *Porta aduerſa ingens, ſolidoq́; adamāte columnæ.*
Oui.4.Met.fab. *Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant.*
Idem Epiſt.10, *Illuc tu ſilices, illuc adamanta tuliſti.*
Sta.3.Theba.———— *ſolidoq́; datos adamante lacertos.*
Ădĭps,ĭpis. *Lucret.lib.4.* *Præterea nobis ueratrum eſt acre uenenum,*
At capris adipes, & coturnicibus auget.
Ădĭpātŭm, pro cibo adipe commiſto, ſubſtantiuè accipitur.
Iuuen.Sat.6, *Liuida materno feruent adipata ueneno.*
Ădĭtŭs, *vide Itus.*
Admīrātĭo, vide Miratio.
Adoleſcens.
Ădŏlēſcēntĭă. *Ter.in Adel.Act.1.Sce.1,*———— *is adeò*
Diſsimili ſtudio eſt, iam inde ab adoleſcentia.

Ădŏlē-

Ădōlēſcēn-tŭlŭs. *Ter.in Heau.Prolog.* *Exemplum ſtatuite in me, ut adoleſcētuli*
Vobis placere ſtudeant potius, quàm ſibi.

Ădōrēă. *Hor.4.Car.Od.4,* *Teſtis Metaurum flumen & Aſdrubal*
Deuictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma riſit adorea.

Buch.Pſa.29, *Seu diues auro es, ſiue opibus potens,*
Seu Marte parta clarus adorea,
Agnoſce numen gratus, & huc refer
Quæcunq; lætum ducis ad exitum.

Ădŏr,ŏrĭs. *Auſon.* *Mox ador atq; adoris de polline pultificum far.*

Ādvĕnă, vide Venientia.

Ădūlātĭō.

Ădūlātŏr & Adulatrix. *Stroz.pat.* *Blæſus adulator mellito immurmurat ore.*

Ădūltĕr, & Adultera. *Oui.1.Epiſt.* *Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.*
Claud. *Virginibus raptu thalamis obſcœnus adulter.*
Oui.2.Met.fab. *Scilicet hoc etiam reſtabat, adultera dixit.*

Ădūltĕrĭ-ūm. *Virg.6.Aen.* *Quiq; ob adulterium cæſi, quiq; arma ſecuti.*
Ouid.2.Faſt. *Falſus adulterij teſtis adulter erit.*
Quint. ———— *arcano tu connubilia iura*
Vertis adulterio.

Ădўtūm, *Virg.2.Aen.* ———— *iſq; adytis hæc triſtia dicta reportat.*

Æ.

Aēdĭcŭlă,æ. *Prud.in Periſt.* *Aedicula argento fulgurat ex ſolido.*

Aēdĭtŭŭs. *Hor.2.Epiſt.1,* *Sed tamen eſt operæprecium cognoſcere, quales*
Aedituos habeat belli ſpectata, domiq;,
Virtus, indigno non committenda Poetæ.

Aēgĭs,ĭdĭs. *Virg.8.Aen.* *Aegidaq; horriferam, turbatæ Palladis arma.*

Aēgŏcĕrōs. *Mart.li.Epi.* *Vdus & Aegoceros & triſtis Aquarius inſtat.*

Aēgrĭmō-nĭă, *Hor.in Epi.* *Illic omne malum, vino cantuq; leuato*
Deformis ægrimoniæ.

BIBLIOTECA NA ROMA

Aegritudo, *Buch.Pſal.10, Non cura letis vlla ſeſe gaudijs,*
Non ægritudo interferet.

Aequitas, atis. *Mart.li.5.Epig.29, Pietate fratres Curios licet vincas,*
Quiete Neruas, comitate Druſones,
Probitate Marcos, æquitate Mauricos,
Oratione Regulos, iocis Paulos.

Buch.Pſa.92, Vt nota cunctis gentibus ſit æquitas
Domini potentis; qui meæ
Arx eſt ſalutis vna; qui nunquam malæ
Affinis eſt iniuria.

Compoſit. *Iniquitas.*

Aerarium, *Manil.* *Regales vt opes, & ſacra æraria ſeruent.*

Aerugo, *Sedul.* *Non mordax ærugo vorat, non tinea ſulcat.*

Aeſtas, atis. notæ quantitatis. Pro eadem ponitur à poetis *Ariſta.*
Virg.1.Eclog. Poſt aliquot, mea regna videns mirabor ariſtas.

Aetatula, æ. dimin. ab Aetas.
Pru.in Periſt. Vix mille faſtis implet hanc ætatulam,
Curſus dierum, conditore ab augure.

Aether, eris. *Virg.1.Georg. Quacunq; illa leuem fugiens ſecat æthera pennis.*
Lucan.lib.5, Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipſe.
Oui.in Ibin, Ipſe meas æther, accipe ſumme preces.

A ante E diuiſim.

Aedon, idem quod Philomela.
Virg.in Epig. Quod q; Meles calami, quod ſuaſis cantat aedon.

Aer, eris. *Virg.7.Eclog. Aret ager, vitio moriens ſitit aeris herba.*
Lucan.lib.1, Aer, & longi voluent Titana labores.
Oui.1.Met.fab. Proximus eſt aer illi leuitate, locoq;.
Idem, Buccina quæ medio concepit vbi aera Ponto.

A ante G.

Agaſo. *Hor.2.Ser.Sat. Vt modò ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.*
Mant. *Se tibi deuouit, quid multa moramur? agaſo.*

Ăgĕllŭs. *Virg.9.Eclog. Quod nunquam veriti ſumus, vt poſſeſſor agelli*
Diceret, hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.

Mart.li.12.Epi.25, Quũ rogo te numos ſine pignore; nõ habeo, in
Idẽ ſi pro me ſpõdet agellus, habes. (quis:
Quod mihi nõ credis veteri, Teleſine, ſodali,
Credis colliculis, arboribusq; meis.
Ecce reum Carus te detulit; adſit agellus.
Exilij comitem quæris? agellus eat.

Ăgĕr, *Oui.3.Faſt. Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi.*

Ăgrī. *Virg.1.Eclog.* ——— *mīror magis, vndiq; totis*
& *Vſq; adeò turbămur agris, en ipſe capellas*
Protenus æger ago.

Ăgrī. indif- *Idem 5.Eclog.* ——— *& quum ſolennia vota*
ferenter. *Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus agros.*

Agitantia. Compoſit. *Cogitantia, Incogitantia.*

Ăgĭtātĭō. Compoſit. *Cogitatio, Excogitatio.*

Mart.lib.11.Epig.7, Moroſa ſine cogitatione,
Miſce dimidios puer trientes.

Ăgĭtātŏr, *Virg.1.Georg. Sæpè oleo tardi coſtas agitator aſelli,*
Vilibus aut onerat pomis.

Compoſit. *Exagitator, Cogitator, Excogitator.*

Ăgĭtātŭs, us. Compoſit. *Coagitatus, & Cogitatus, Exagitatus.*

Buch.Pſal.17, Sæpè per ſolas tacitæ tenebras
Noctis, arcanos mihi cogitatus
Cautus inſpexti, trepidoq; corda
Turbida motu.

Ăgōnĭă, ōrŭm. ludi fuerunt.

Oui.1, Faſt. Et prius antiquis dicebat agonia ſermo.

Ăgrĕſtĭs, pro ruſtico.
& *Virg.9.Aen. Lydorumq; manum, collectos armat agreſtes.*

Ăgrĕſtĭs. *Virg.1.Georg. Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.*

Agricola, vide Colonus.

Ăgrĭcŏlātĭō. Buch.Pſa.16, O pulchra agricolatio,
O præclara mei ſors patrimonij.

Ægrĭtūdŏ, *Buch.Pſal.10,* *Non cura lætis vlla ſeſe gaudijs,*
Non ægritudo interſeret.

Æquĭtās, ātis. *Mart.li.5.Epig.29,* *Pietate fratres Curios licet vincas,*
Quiete Neruas, comitate Druſones,
Probitate Marcos, æquitate Mauricos,
Oratione Regulos, iocis Paulos.

Buch.Pſa.92, *Vt nota cunctis gentibus ſit æquitas*
Domini potentis; qui meæ
Arx eſt ſalutis vna; qui nunquam malæ
Affinis eſt iniuria.

Compoſit. *Iniquitas.*

Ærārĭūm, *Manil.* *Regales vt opes, & ſacra æraria ſeruent.*

Ærūgŏ, *Sedul.* *Non mordax ærugo vorat, non tinea ſulcat.*

Æſtās, ātis. notæ quantitatis. Pro eadem ponitur à poetis *Ariſta.*
Virg.1.Eclog. *Poſt aliquot, mea regna videns mirabor ariſtas.*

Ætātŭlă, æ. dimin. ab Aetas.
Pru.in Periſt. *Vix mille faſtis implet hanc ætatulam,*
Curſus dierum, conditore ab augure.

Æthĕr, ĕris. *Virg.1.Georg.* *Quacunque illa leuem fugiens ſecat æthera pennis.*
Lucan.lib.5, *Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipſe.*
Oui.in Ibin, *Ipſe meas æther, accipe ſumme preces.*

A ante E diuiſim.

Aëdon, idem quod Philomela.
Virg.in Epig. *Quodque leues calami, quod ſuaſis cantat aedon.*

Āĕr, ĕris. *Virg.7.Eclog.* *Aret ager, vitio moriens ſitit aeris herba.*
Lucan.lib.1, *Aer, & longi voluent Titana labores.*
Oui.1.Met.fab. *Proximus eſt aer illi leuitate, locoque.*
Idem, *Buccina quæ medio concepit vbi aera Ponto.*

A ante G.

Ăgāsŏ. *Hor.2.Ser.Sat.* *Vt modo ſi patinam pede lapſus frangat agaſo.*
Mant. *Se tibi deuouit, quid multa moramur? agaſo.*

Ăgĕllŭs.

Ăgĕllŭs. *Virg.9.Eclog.* *Quod nunquam veriti ſumus, vt poſſeſſor agelli*
Diceret, hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.
Mart.li.12.Epi.25, Quũ rogo te numos ſine pignore; nõ habeo, in-
Idẽ ſi pro me ſpõdet agellus, habes. *(quis:*
Quod mihi nõ credis veteri, Teleſine, ſodali,
Credis colliculis, arboribusq; meis.
Ecce reum Carus te detulit; adſit agellus.
Exilij comitem quæris? agellus eat.

Ăgĕr, *Oui.3.Faſt.* *Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi.*
Ăgrī. *Virg.1.Eclog.* ———— *miror magis, vndiq; totis*
& *Vſq; adeò turbamur agris, en ipſe capellas*
Protenus æger ago.
Ăgrĭ. indif- *Idem 5.Eclog.* ———— *& quum ſolennia vota*
ferenter. *Reddemus nymphis, & quum luſtrabimus agros.*

Agitantia. Compoſit. *Cogitantia, Incogitantia.*
Ăgĭtātĭō. Compoſit. *Cogitatio, Excogitatio.*
Mart.lib.11.Epig.7, Moroſa ſine cogitatione,
Miſce dimidios puer trientes.
Ăgĭtātŏr, *Virg.1.Georg. Sæpè oleo tardi coſtas agitator aſelli,*
Vilibus aut onerat pomis.
Compoſit. *Exagitator, Cogitator, Excogitator.*
Ăgĭtātŭs, us. Compoſit. *Coagitatus, & Cogitatus, Exagitatus.*
Buch.Pſal.17, Sæpè per ſolas tacitæ tenebras
Noctis, arcanos mihi cogitatus
Cautus inſpexti, trepidoq; corda
Turbida motu.

Ăgōnĭă, ōrūm. ludi fuerunt.
Oui.1, Faſt. *Et prius antiquis dicebat agonia ſermo.*
Ăgrēſtĭs, pro ruſtico.
& *Virg.9.Aen.* *Lydorumq; manum, collectos armat agreſtes.*
Ăgrēſtĭs. *Virg.1.Georg.* *Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.*
Agricola, vide Colonus.
Ăgrĭcŏlātĭō. Buch.Pſa.16, O pulchra agricolatio,
O præclara mei ſors patrimonij.

A ante H.

Ăhēnŭm, *Virg.1.Geor.* *Aut folijs vndam tepidi deſpumat aheni.*
pro uaſe. *Idem 1.Aen.* *Littore ahena locant alij, flammasq́; miniſtrant.*
Oui.2.de Rem. *Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis.*

A ante L.

Ālă,æ. *Virg.6.Eclog.* ———————— *& quibus antè*
Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit alis.
Ouid.in Epi. *Nunc daret audaces vtinam mihi Dædalus alas.*
Ălăbā-ſtrūm. *Mart.li.9.Epig.* *Quod Coſmi redolet alabaſtra, fociq́; Deorum.*
Ălăpă,æ. *Iuuen.Sat.7,* *Mamercorum alapas quanti ſua funera vēdant.*
Mart.li.5.Epig.62, *O quàm dignus eras alapis; Mariane, Latini!*
Te ſucceſſurum credo ego Panniculo.
Lud.Big. *Hinc alapis & verberibus laniatæ cruentis.*
Ălāudă, *Mant.* *Bardo cucullatus caput, vt campeſtris alauda.*
Ālcўŏnēs, pro auibus marinis, quæ & *halcyones* ſcribuntur, cũ aſpira.
Virg.1.Georg. *Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandũt*
Dilectæ Thetidi alcyones.
Mant. ———————— *mæſtæ*
Alcyones lugubre dabant per littora carmen.
Ālĕă, *Oui.2.Triſt.Eleg.* *Sunt alijs ſcriptæ quibus alea luditur, artes.*
Hor.lib.1.Ep. *Quē damnoſa Venus, quem præceps alea nudat.*
Mart.li.Epig. *Alea parua nuces, & non damnoſa videtur,*
Sæpè tamen pueris abſtulit illa nates.
Lucan. ———————— *cadat alea fati*
Alterutrum merſura caput.
Idem lib.6. *In caſum quæ cuncta ferat placet alea fati.*
Ālĕātŏr, ōris. *Mart.li.5.Epig.126,* *Et blando malè perditus fritillo,*
Arcana modò raptus è popina,
Aedilem rogat vdus aleator.

Alec, vide Halec.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Ālēlūiā. indeclinabile & peregrinum,

& *Mant.* *Et per templa chori repetunt aleluia canentes.*

Āllēlūiā. *Pru. in Cath.* *Hic ſumtis Danielus excitauit*
In cœlum faciem, ciboq́; fortis
Amen reddidit, alleluia dixit.

Ālĕō, ōnis. *Catul. car. 27,* *Quis hoc poteſt videre? quis poteſt pati?*
Niſi impudicus, & vorax, & aleo?

Ālēs, ĭtis. *Virg. 1. Aen.* *Aetheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto.*
Idem, *—— nanq; volans fuluus Iouis ales in æthra.*
Idem 11. Aen. *Alituum pecudumq́; genus ſopor altus habebat.*
Lucret. li. 6, *Corporibus, tamen alituum genus atq; ferarum.*

In quo genitiuo *alituum* Epentheſi auctores utuntur. Nam ea licentia Poetis eſt, ut Genitiuis pluralibus literam uel addere uel demere prout libet liceat.

Ālĭcă, *Mart. li. 13. Epig.* *Nos alicam, mulſum poterit tibi mittere diues.*
Sta. li. 4. Silu. *Non leues alicæ, nec aſperum far.*

Ālĭcŭlă, dim. *Mart. li. 12. Epig. 82,* *Mittebat Vmber aliculam mihi pauper,*
Nunc mittit alicam, factus eſt enim diues.

Ālĭmēntūm. *Oui. 1. Triſt. Eleg.* *Vilia qui quondam miſeris alimenta negaret.*
Idem 15. Met. *Prodiga diuitias alimentaq́; mitia tellus.*

Ālĭmōnĭă, æ. *Pru. in Cath.* *Seu pinus piceam fert alimoniam,*
Seu ceram teretem ſtuppa calens bibit.

Ālīptēs, æ. Dicebatur athletarũ magiſter, qui eos in arenam deſcenſuros inungebat. Vnde & pro Chirurgo, qui unguẽtis, oleis, pinguibusq́; malagmatibus uulnera inungit ac curat, abuſiue accipitur.

Iuuen. Sat. 3, *Grammaticus, Rhetor, Geometres, pictor, aliptes.*
Idem Sat. 5, *Callidus & criſtæ digitos impreſſit aliptes.*

Ălŏē, es. *Iuuen. Sat. 6,* *Plus aloes quàm mellis habet.*

Ălōsă, æ. piſcis nomen.
Auſ. in Moſel. *Stridentesq́; focis opſonia plebis aloſas.*

Āltārē. *Virg. 1. Eclog.* *Hic illum vidi iuuenem, Melibœe, quotannis*
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Claud. *Cultaq́; iam tumidis lucent altaria flammis.*

Āltĭtūdŏ.

Ăluĕārĭŭm, & per ſyneresin *Aluarium,* abſorbta *e* litera.
Virg.4.Geor. *Seu lento fuerint aluearia vimine texta.*
Ăluĕŏlŭs. *Iuuen.Sat.5,* *Laternā, illud enim veſtris datur alueolis, quod.*
Ălūmĕn, ĭnĭs.
Ălūmnŭs, *Virg.6.Aen.* *Necnon & Tityum terræ omni parentis alumnū.*
& *Idem eodem, Tum comes auſpicijs charo datus ibat alumno.*
Ălūmnă.

Accipitur hoc uocabulum pro eo qui educauit, & etiam pro eo qui educatus eſt; pro nutrito & nutritore.

Ălūtă, æ. *Oui.3.de Art.* *Pes, moneo in niuea ſemper celetur aluta.*
Mart.lib.9, *Inguina ſuccinctis nigra tibi ſeruus aluta.*
Iuuen.Sat.6, *Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.*
Idem Sat.14, ——————— *tumidaq́; ſuperbus aluta.*

A ante M.

Ămārăcĭnŭm. Vnguentum ſeu oleum, ex amaraco confectū, quòd etiam ſampſuchinum, à ſampſucho appellatur.

Lucret.lib.2, *Nec iaciunt vllum proprio de corpore odorem.*
Sicut amaracini blandum, ſtactaq́; liquorem,
Et nardi florum, nectar qui naribus halant,
Quum facere inſtituas.
Idem, ——————— *poſtesq́; ſuperbos*
Vngit amaracino, & foribus miſer oſcula figit.
Idem lib.6, *Deniq; amaracinum fugitat ſus, & timet omnes.*
Ămārăcŭs, *Virg.1.Aen.* ——————— *fotum gremio dea tollit in altos*
Idaliæ lucos, vbi mollis amaracus illum
Floribus & dulci ſpirans complectitur vmbra.
Pont. *Spiret, & eſt nitidis genialis amaracus aris.*
Mant. *Pendet & in paruos contortus amaracus orbes.*
Ămārănthŭs. *Oui.15.Met.* *Gramen odoratum, textū tibi ſertum amarātho.*
Mant. *Ambroſia innectens illi caput atq; amarantho.*
Idem, *Et quod fama refert immortales amaranthos.*
Stroz.pat. *Florentes caſias, immortalemq; amaranthum.*
Ămārĭtĭēs. *Catull.* *Multa ſatis luſi, non eſt dea neſcia noſtris*

Quæ

Quæ dulcem curis miſcet amaritiem.

Ămārĭtū-do,ĭnĭs. *Buch.in Ieph.* *At quæ videntur fronte prima ſuauia,*
Eadem intuere propius,& intelliges
Condita fellis acri amaritudine.
Fortuna nulli ſic refulſit proſpera,
Aduerſa vt illam lance non penſet pari.

Ămārŏr, ōrĭs. *Virg.2.Georg.* *At ſapor indicium faciet manifeſtus,& ora*
Triſtia tentatum ſenſu torquebit amaror.
Pont. *Hinc falſus ſapor, atq; aſper fluit æquore amaror.*

Ămāsĭō, ōnĭs. *Pru.in Periſt.* *Nubunt puellæ,ſæpe luduntur dolis*
Amaſionum,comprimuntur fraudibus.

Ămātĭō, Compoſit. *Deamatio,Redamatio.*

Ămātŏr, & Ămātrīx. *Lucret.li.4,* *At lacrimans excluſus amator limina ſæpè*
Floribus & ſertis operit.
Propert.li.2, *Non ſum de nihilo blandus amator ego.*

Ămbāgēs, *Virg.2.Geor.* *—————— non hic te carmine ficto,*
Atq; per ambages,& longa exorſa tenebo.
Oui.6.Faſt. *Somnus abit,quæruntq; nouis ambagibus acti.*

Ambitio,vide Itio.

Ămbrŏsĭă, *Virg.lib.12,* *—————— ſpargitq; ſalubris*
Ambroſiæ ſuccus.
Mart.li.Epig. *Iuppiter ambroſia ſatur eſt,& nectare viuit.*

Ămbūbāiæ. *Hor.1.Ser.Sat.2,* *Ambubaiarum collegia,pharmacopolæ,*
Mendici,Mimæ,balatrones,hoc genus omne.

Ambulatio. Compoſit. *Deambulatio,Inambulatio.*

Ămbŭlātŏr. *Mart.li.1.Epi.98,* *Hoc quod Tranſtiberinus ambulator.*
& *Idem li.10.Epig.74,* *—————— quamdiu ſalutator*
Ămbŭlō,ōnĭs. *Ante ambulones & togatulos inter.*

Ambulatorium. Compoſit. *Deambulatorium.*

Ămēllŭs. *Virg.4.Geor.* *Eſt etiam flos in pratis cui nomen amello*
Fecêre agricolæ.

Ămēntŭm. *Virg.9.Aen.* *Intendunt acres arcus,amentaq; torquent.*
Oui.7.Met.fab. *Dum mea,dum digitos amentis addere tento.*
Idem 12.Met.fab.5, *Inſerit amento digitos,miſcendaq; dixit*
Cum Styge vina bibes Phorbas.

Ămēs,

Ămĕs,ĭtĭs. *Hor.in Epod.Od.2, Aut amite leui rara tendit retia*
vel Amis. *Turdis edacibus dolos.*
Ămĕthȳſtŭs *Oui.3.de Arte, Hic Paphyas myrtos, hic purpureos amethyſtos.*
Ămīcă. *Ouid.in Epi. Te tenet in tepido mollis amica ſinu.*
Ămicitiă *Virg.7.Aen.Dic in amicitia coeant,& fœdera iungant.*
& *Oui.2.de Pon.Eleg.3,Vulgus amicitias vtilitate probat.*
Ămīcĭtiă. *Stat.2.Silua. Seruat amicitiæ leges amor,ite per annos.*
Stroz.pat. Et magis eſt ſanctæ cultor amicitiæ. *(amicum,*
Mant.li.9.Epig.15, Hunc quem cœna tibi quem menſa parauit
Eſſe putas fidæ pectus amicitiæ?

Compoſit.*Inimicitiæ.*

Hor.1.Epiſt. Ira truces inimicitias & funebre bellum.
Ămīctŭs. *Virg.5.Aen. Hæc fatus,duplicem ex humeris reiecit amictum.*
Oui.14.Met.fab.Inſuper aurato circumuelatur amictu.
Tibull. Fruſtra iam veſtes,fruſtra mutantur amictus.
Ămīcŭlŭs. *Hor.1.Epiſt. Diſce docendus adhuc quæ cenſet amiculus.*
Buch.Pſal.35,Sic ſincerus amici amor
Sub chari interitum luget amiculi.
Ămīcŭs. *Virg.5.Aen. Me liceat caſum miſerari inſontis amici.*
Hor.li.1.Epiſt.————ne fidos inter amicos
Sit qui dicta foras eliminet.
Idem, Cur in amicorum vitijs tam cernis acutùm?

Compoſit.*Inimicus,pro hoſte.*

Virg.1.Georg. Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus.
Ămĭtă *Perſ.Sat.6, Iam reliqua ex amita patruelis nulla proneptis.*

Compoſit. *Abamita.*

Ămœnĭtās, *Buch.Pſal.16.Vt florum vndiq; ridens animũ paſcit amœnitas!*
ātĭs. *Plau.in Capte.Act.4.Sce.1,Ita hic amœnitate amœna amœnus*
onerat dies.
Ămōmŭm. *Virg.3.Eclog. Mella fluant illi,ferat & rubus aſper amomum.*
Idem 4.Eclog.————Aſſyrium vulgò naſcetur amomum.
Lucan.lib.10,Annectuntq; recens vicinæ meſsis amomum.
Ămŏr,ōrĭs. *Virg.3.Eclog. Idem amor exitium eſt pecori,pecoriſq; magiſtro.*
Idem ibidem,Et vitula tu dignus,& hic, & quiſquis amores
Aut metuet dulces,aut experietur amaros.

Idem 8.Eclog.Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem
Commaculare manus.

Ămphŏră. Mart.lib.1, Amphora non meruit tàm precioſa mori.
Idē li.13.Epig. Amphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti.

Ămplĭtūdō, ĭnĭs. Buch.Pſal.90, Facta,maieſtas,opera,amplitudo,
Nota ſint ſeruis tua,poſteriſq;
Nota ſeruorum,tua qui libenter
Iuſſa capeſſunt.

Ămūrcă. Virg.1.Georg.Et nitro prius,& nigra perfundere amurca.
Idem 3.Geor. Aut tonſum triſti contingunt corpus amurca.

Ămūſsĭs.

Ămȳgdălă Oui.3.de Art.Nec glandes Amarylli tuæ,nec amygdala deſunt.

Ămȳſtĭs, ĭdĭs. Hor.1.Car.Od.Baſſum Threicia vincat amyſtide.

A ante N.

Ănăbāthră, ōrum. Iuuen.Sat.7, Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

Ănădēmă, ătĭs. Lucre.lib.4, Et benè parta patrum fiunt anademata mitræ.

Vox Græca eſt ſignificans ſertum uel capitis ornamentum. Sic etiam dicitur Diadema,de quo ſuo loco uideas.

Ănăglȳptă, ōrum. Mart.li.1.Epig.119, Nec deſunt tibi verna Galniana,
Nec menſis anaglypta de paternis.

Ănălēctă. Mart.li.14, In precio ſcopas teſtatur palma fuiſſe.
Otia,ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

Ănălēctĭdēs. Oui.3.de Art.Conueniunt tenues ſcapulis analectides altis,
Anguſtum circa faſcia pectus eat.

Ănās,ătĭs. Oui.11.Met.fab.Accipitrem fluuialis anas, quam Troius heros.
Mart.li.13.Epig.Tota tibi ponatur anas,ſed pectore tantum,
Et ceruice ſapit,cætera redde coco.
Mant. Terruit ac timidas anates,fulicaſq; paluſtres.
Idem, Culmina cœlicolæ,ſed anas & mergus & anſer.

Ănăthēmă, ătĭs. Pru.in Ham. ———iam myſtica frangunt
Organa, & externi laudant anathemata regni.

Ănchŏră

Ănchŏră. *Virg.1.Aen.* ——— *unco non alligat anchora morſu.*
Idem 3.Aen. Anchora de prora iacitur, ſtant littore puppes.

Ăncīlē, is. & *Oui.3.Faſt. Idq́ ancile vocat, quod ab omni parte reciſum eſt, Quemq́ notes oculis angulus omnis abeſt.*

Ăncīlĭūm *Hor.3.Car.Od. Anciliorum nominis & togæ.*

Ănĕllŭs. *Hor.2.Ser.Sat. Cum tribus anellis modò læua Priſcus inani.*
Lucret.lib.6, Eſt etiam quaſi vt anellis, hamisq́ plicata Inter ſe quædam poſsint compacta teneri.

Ănēthŭm. *Virg.2.Eclog. Narciſſum, & florem iungit beneolentis anethi.*
Pamph. Narciſſum legit hic, viridis legit alter anethi Gramina.

Ăngĕlŭs. *Mant. Præſertimq́ tuis iſtud regat, angelus iſtud.*
Compoſit. *Archangelus.*
Mant. Vertice Gargani reſidens archangelus alto.

Ănguĭmă-nŭs. i. elephantus. *Lucret.lib.5, Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni, Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.*

Ăngŭlŭlŭs. diminut. *Lucret.lib.2, Sed magis angululis paulùm proſtātibus, & quæ.*

Ăngŭlŭs. *Oui.3.Faſt. Quemq́ notes oculis angulus omnis adeſt.*
Lucret.lib.4, Angulus obtuſus quia longè cernitur omnis.

Ănhēlĭtŭs. *Virg.5.Aen.* ——— *vaſtos quatit æger anhelitus artus.*

Ănĭcŭlă, æ. diminutiuum ab Anus.
Ter.in And.Act.1.Scen.4. Tamen eam adducā, importunitatem ſpectate aniculæ, Quia compotrix eius eſt.

Ănĭmă. *Virg.6.Eclog. Nanq́ canebat, vti magnum per inane coacta Semina terrarumq́, animæq́, marisq́ fuiſſent.*
Mant. Cœleſtes animæ ſociam te in lucida tollent Atria.

Ănĭmăl, ālis. & Animale. *Virg.6.Eclog.* ——— *quumq́ Rara per ignotos errent animalia montes.*
Oui.1.Met.fab. Neu regio foret vlla ſuis animalibus orba.

Ănĭmātĭō. Compoſit. *Exanimatio.*

Ănĭmĭtās. inuſitatum. Compoſit. *Æquănĭmĭtās, Lōngănĭmĭtās, Măgnănĭmĭtās.*

Ter.in Prol.Adel. ——— *facite æquanimitas*
Poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

Ănĭmōsĭtās,ātis. *(myntas?*

Ănĭmŭs, *Virg.3.Eclog. Quid prodeſt quòd me ipſe animo non ſpernis A-*
Idem 9.Eclog. Omnia fert ætas, animum quoq; : ſæpè ego longos
Cantando puerum memini me condere ſoles.
Oui.1.Triſt.Eleg. Carmina proueniunt animo deducta ſereno.

Ānnŭs, notæ quantitatis. Compoſit. *Biennium, Triennium.*
Oui.9.Met.fab. Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ.

Āntīquārĭă Iuuen.Sat. *Ignotoſq; mihi tenet antiquaria verſus.*

Antiquatio.

Āntīquĭtās, Pru.in Periſt. Antiquitatem Romuli & Mauortiam
ātis. *Lupam renarras primum, & omen vulturum.*
Idem ibidem, Tandem retectis vocibus Propheticis,
Aetate noſtra comprobata antiquitas.

Āntĭthĕtŭm Perſ.Sat.1, *Librat in antithetis doctas poſuiſſe figuras.*

Ānŭlŭs, *Hor.2.Ser.Sat. Tu cum protectis inſignibus, anulo equeſtri.*
Mart.li.5.Epig. Per cuius digitos currit leuis anulus omnes.
Mant. *Anulus in digito ſubter tenuatur habendo.*

Ānŭs, pro uerenda, ſeu natibus.
Seren. *Excruciant turpes anum ſi fortè papillæ.*

Ănŭs. *Virg.7.Aen.* *Fit Calybe Iunonis anus, templiq; ſacerdos,*
Et iuueni ante oculos his ſe cum vocibus offert.
Oui.3.Faſt. *Pauper ſed multæ ſedulitatis anus.*
Arch. *Lãguida ſordet anus admoto admurmurat igni.*

Ānxĭĕtās. *Iuuen.Sat.13, Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat.*

A ante P.

Ăpēllă. *Hor.1.Ser.Sat.5,* ——— *credat Iudæus Appella,*
Non ego.
Mant. *Crinibus illotis fundo inuoluuntur Appellæ.*

Ăpĕr. *Virg.10.Aen. Ac uelut ille canum morſu de montibus altis*
Actus aper, multos Veſulus quem pinifer annos
Defendit.

Fauſt,

Fauſt. *Pulchraq́; cui frendens inguina rupit aper.*

Ăprī *Virg.3.Eclog. Si dum tu ſecteris apros,ego retia ſeruo?*
& *Iuuen.* ———— *quanta eſt gula, quæ ſibi totos*
Ponit apros,animal propter conuiuia natum.

Āprī. *Virg.2.Eclog.* ———— *floribus Auſtrum*
Perditus,& liquidis immiſi fontibus apros.
Idem 7.Eclog.Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus.

Ăpēx,ĭcis. *Virg.2.Aen.Fundere lumen apex,tactuq́; innoxia molli.*
Idem 4.Aen.Nubila iamq́; volans apicem.
Oui.1.Faſt. *Summaq́; Peliacus ſidera tangit apex.*
Mant. *Montanos apices,& libera fluctibus antra.*

Aphronitrum,vide Nitrum.

Ăpĭnæ,nuces ſine putamine.
Mart.li.14.Epig.Sunt apinæ, tricæq́;,& ſi quid vilius iſtis.

Ăpis,is. *Virg.1.Georg.* ———— *quæ cura boum, qui cultus habendo*
Sit pecori, atq́; apibus quanta experientia parcis.
Idem 1.Aen. *Qualis apes æſtate noua per florea rura.*
Oui.3.Met.fab.Non apis inde tulit collectos ſedula flores.

Ăpĭūm *Virg.6.Eclog. Vt Linus hæc illi diuino carmine paſtor,*
Floribus atq́; apio crines ornatus amaro,
Dixerit.
Idē in Moreto,Inde comas apij graciles,rutamq́; rigentem.
Iuuen. *Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita ſaltu.*
Proſtitui, Graiæq́; apium meruiſſe coronæ.

Ăplūſtră *Cic.in Arato, Puppibus abruptis fluitantia quærere apluſtra.*
&
Ăplūſtră *Luc.lib.3.* ———— *Graiumq́; audax apluſtra retentat.*

Ăpŏthēcă, *vide Theca.*

Ăpŏſtătă. *Mant.* *Imperio tandem ſucceſsit apoſtata Cæſar.*

Apŏſtŏlūs. *Prud.in Periſt.Euangeliſta ſcripſit ipſum talia*
Præcepta Meſsiam dediſſe apoſtolis.

Ăptĭtūdo,ĭnis. Compoſit.*Ineptia.*
Pru.li.1.cont.Sym.Tantum poſſe omnes illo ſub tempore reges,
Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi.

Ăpȳrīnă. *Mart.lib.13,* *Lecta ſuburbanis mittuntur Apyrina ramis,*

Et

Et verna tuberes, quid tibi cum Libycis?
Idem, *Non tibi de Libycis tuberes & apyrina ramis.*

A ante Q.

Ăquă, æ. *Virg. 5. Eclog.* ——— *quale per æſtum*
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Oui. *Quò plus ſunt pota plus ſitiuntur aquæ.*
Stroz. pat. *Quærit fontanas ceruus anhelus aquas.*
Ăquālĭcŭlŭs. *Perſi. Sat. 1,* ——— *nugaris quum tibi Calue*
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.
Ăquĭlă, æ. *Virg. 9. Eclog.* ——— *ſed carmina tantum*
Noſtra valent, Lycida, tela inter Martia, quantũ
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
Oui. 1. de Põt. *Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ.*
Mant. ——— *fugiuntq́; per auras*
Nubiuagis ſimiles aquilis.

Per periphraſ. uocatur Iouis ales.

Virg. 1. Aen. *Aetheria quos lapſa plaga Iouis ales aperto.*
Turbabat cælo.

A ante R.

Ără. *Virg. 1. Eclog.* ——— *illius aram*
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Idẽ in Aetna, *Surgit odoratis ſublimis fumus ab aris.*
Idem 2. Aen. *Ingens ara fuit, iuxtaq́; veterrima laurus.*
Oui. 1. Met. fab. *Forma futura rogant, quis ſit laturus in aras.*
Ărānĕă, pro tela aranei, *Oui. 4. Met. fab.* ——— *non illud opus tenuiſſima vincat*
Stamina, nec ſummo quæ pendet aranea tigno.
Ărānĕă, uel *Virg. 4. Geor.* *Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.*
Ărānĕŭs, p animali. *Oui. 6. Met. fab.* *Stamen & antiquas exercet aranea telas.*
Tibull. *Nec tenuem texens ſublimis aranea telam.*
Ărānĕŏlŭs. *Virg. in Cul.* *Atq́; vt araneoli tenuem formauimus orſum.*
Ărātĭo.
Ărātŏr, ōris. *Virg. 3. Eclog.* *Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet.*
Idem 4. Eclog. *Robuſtus quoq́; iam tauris iuga ſoluet arator.*
Ărātrŭm. *Virg. 1. Georg.* *Adſis ô Tegeæe fauens, oleæq́; Minerua*

 Inuen-

Inuentrix, vnciq; puer monſtrator aratri.
Idem 7. Aen. ——— & terram centum vertebat aratris.
Mant. Tum frumenta Ceres nondum vulgarat; Oſyris,
Inuento nondum campos ſcindebat aratro.

Ārbĭtrĭŭm, Oui. 3. Faſt. *Mentibus arbitrium eſt in ſua tecta Ioui.*
Hor. in Art. poe. *Quē penes arbitriū eſt, et vis et norma loquēdi.*
& Quint. ——— *ruptumq; profundi*
Carceris arbitrium.

Ārbĭtrĭŭm. Buch. in Ieph. *Vtinam iſta noſtri vota ſint arbitrij.*
Promiſſa nec ſit abnegare nefarium.

Ārbŭtŭm. Virg. 2. Georg. ——— *dant arbuta ſylua.*
& Idem 4. Geor. *Crura thymo plena paſcuntur, & arbuta paſſim.*

Ārbŭtŭs. Virg. Eclog. 7, *Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.*

Archa. Particula, eſt compoſitiua Græca, per ſe notæ quātitatis: quę ſimul à principio & à fine ponitur, ſignificatq; principem ſeu præcipuum: ſed quum earum tantū ratio habeatur, quæ in fine adijciuntur; illę tantum hic colligendæ & collocandæ ſunt, ut; *Hæreſiarcha, Patriarcha, Scholarcha.*
Mant. *Hæreſiarcharum claua decernis & arcu.*

Arctatio, verbale notæ quantitatis, à quo ueniunt Compoſit. *Exercitatio*, Compoſ. item in *vm* deſinētia, ut *Exercitium.* Item *Exercitus*, hinc deſcendit.

Arctator, notæ quantitatis. Compoſit. *Exercitor & Exercitator.*

Ārdĕă, æ. Virg. 1. Georg. ——— *notasq; paludes*
Deſerit, atq; altam ſupra volat ardea nubem.

Ārdĕlĭō. Mart. lib. 4, ——— *deformius Afer*
Omninò nihil eſt ardelione ſene.
Idem li. 2. Epig. 7, *Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio.*

Ārĕă. Virg. 1. Georg. *Area cum primis ingenti æquanda cylindro.*
Ouid. in Ep. *Et patet in curas area lata meas.*
Horat. *Millia frumenti tua triuerit area centum.*

Ārēnă. Virg. 1. Geor. *Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.*
Idem. ——— *quàm multæ Zephyro turbētur arenæ.*
Idem 5. Aen. *Æſtuat atq; omnem Cocyto eructat arenam.*

Ārĕŏlă.

Ārĕŏlă. diminut. ab *Ara.*
Oui.11.Met.fab. Verrit humū, legit areolis noua gramina roſis.

Ārgūmēn-tūm. *Virg.7.Aen. Argumentum ingens, et cuſtos virginis Argus.*
Oui.4.Faſt. Hoc argumentum fama Palilis habet.
Quint. ———— Iuueneſq; palàm contorta rotantes Argumenta.

Ārgūtātiŏ. *Catull. Puluinuſq; peraę & hic & illic Attritus, tremuliq; quaſſa lecti Argutatio, inambulatioq;*

Ariditas.

Ărĭēs. *Virg.3.Eclog. Parcite oues nimium procedere, non benè ripæ Creditur, ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.*
Idem, Corniger inprimis aries, & corniger alter Taurus.

Ărĭŏlŭs, vel Hărĭŏlŭs. *Ter.in Phor.Act.4.Sce.4, Gallina cecinit; interdixit ariolus, Aruſpex vetuit, antè brumā aliquid (noui Negotij incipere.*

Ărĭſtă. *Virg.4.Eclog. Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.*
Idem 1.Geor. Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.
Oui.2.de Pōt. Cyniphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas.

Ārmāmēn-tārĭūm. *Iuuen.Sat.13, Quicquid habet telorum armamentaria cæli.*

Ārmārĭūm. *Iuueñ.Sat.7, Stantibus œnophorum, tripodes, armaria, ciſtas.*

Ărōmă, ătis, *Pru.in Apot. Solus odor ſparſi ſpiramen aromatis efflat.*
& Ărōmătă. *Idē in Periſt. Vincens odorem balſami, thuris, Croci, Auras madentes Perſicorum aromatum.*
Quint. Perſia aromatibus, validis Germania fabris.

Ărrhăbō, ōnis. *Plaut.in Prol.Rudent. Datq; arrhabonē, & iureiurādo alligat.*

Ars, artis. Ab arcendo, uel à ſuo frequentatiuo *arctando*, ut ferè omnes Grammatici conſentiunt, deriuatur.

Compoſit. *Inertia*, quaſi ſine arte. *Solertia*, quaſi ſola ars.
Manili. Omnia conando docilis ſolertia vincit.

Ārtērĭă. *Lucret.lib.4, Præter radit enim vox fauceis ſæpè, facitq;*

Aſperiora foras gradiens arteria clamor.

Ărtĭcŭlātĭō. Compoſit. *Dearticulatio.*

Ārtĭcŭlus. Ouid. de Pon. Ele. At reditus iã quiſq; ſuos amat; & ſibi quid ſit
Vtile, ſolicitis ſupputat articulis.

Serenus, Si verò articulos tabes inimica per omnes
Hæſerit, ex ficu betas cum melle iugabis.
Vel pelagi latices, ſimul & Baccheia dona
Sumere curabis, nimio ſed parcito vino.

Mart. li. 5. Epig. Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Ārtŏcŏpŭs, Græcum; Latinè factor panis ſeu piſtor. Accipitur etiã pro diſtributore & diſpenſatore panis.

Iuuen. Sat. 5, | *Salua ſit artocopi reuerentia, finge tamen ſe.*
Mant. *Qui ſint fartores, lancij, lixæ, artocopiq;.*

Ārtŏcrĕă, æ. Perſ. Sat. 6, ——— *oleum artocreaſq; popello*
& *Largior.*

Artocreas, atis. Mant. *Montibus artocreas, & pingue polenta comedi.*

Āruīnă. Virg. 7. Aen. ——— *& ſpicula lucida tergunt*
Aruina pingui.

Āruīsĭă. Vide in Adiectiuis, *Aruiſius,* quantitatem ſyllabarum. Subſtantiuè & abſolutè accipitur pro generoſiſsimo uino; ſicut & Falernum, Cęcubum, &c.

Ārŭlă. Prud. lib. 1, *Omnibus ante pedes poſita eſt ſua cuiq; vetuſta*
Arula.

Ārūndō, inis. Virg. 7. Aen. ——— *actaq; multo*
Perq; vterum ſonitu, perq; ilia venit arundo.

Idem 7, Eclog. Hic virides tenera prætexit arundine ripas,
Mincius; eq; ſacra reſonant examina quercu.

Mant. *Piſcibus inſidias tendebat arundine & hamo.*

Ārūſpĕx, ĭcis. Vide Spector.

Virg. 11. Aen. *Hic amor, hoc ſtudiũ dũ ſacra ſecundus aruſpex.*
Iuuen. Sat. 2, *O proceres, cenſore opus eſt, an aruſpice nobis?*
Stroz. fil. *Non aliena loquor, venturi certus aruſpex*
Hos dedit.

Aruſpicium, vide Spectio.

A ante S.

Ăsărōtŭm. id eſt, pauimentum pictum.		
	Stat.li.1.Silu.	———— *varias vbi picta per arteis*
		Gaudet humus, ſuberantq́; nouis aſarota figuris.
Ăsēllŭs,	*Virg.1.Georg.*	*Sæpè oleo tardi coſtas agitator aſelli*
vel		*Vilibus aut onerat pomis.*
Ăsēllă.	*Ouid.6.Faſt.*	*Inde focum ſeruat pictor, dominamq́; focorum,*
		Et quæ puniceas verſat aſella molas.
Ăsĭnŭs,	*Hor.1.Epi.13;*	*Clitellas ferus impingas, aſinæq́; paternum*
&		*Cognomen vertas in riſum, & fabula fias.*
Ăsĭnă.	*Lucan.lib.8,*	*Quas aſinæ cautes, & quas Chios aſperat vndas.*
Ăsīlŭs. genus muſcę.	*Virg.*	*Eſt lucos Silari circa, ilicibusq́; virentem*
		Plurimus Alburnum volitans; cui nomen aſilo
		Romanum eſt, œſtrum Graij vertere vocantes
		Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis
		Diffugiunt armenta.
Ăsōtĭă. id eſt, incontinentia, luxus, prodigalitas.		
	Ioan.Lucien.	*Vos veſter luxus, vos perdet aſotia veſtra,*
		Atq; DEVS tanti criminis vltor erit.
Āſpărăgŭs.	*Mart.li.13.Epig.*	*Non erit incultis gratior aſparagis.*
	Iuuen.Sat.11,	*Montani aſparagi, poſito quos villica fuſo*
		Legit.
Āſpĕrĭtās.	*Lucret.lib.4,*	*Aſperitas autem vocis fit ab aſperitate*
		Principiorum; & item leuis leuore creatur.
	Hor.1.Epi.	*Aſperitas agreſtis, & inconcinna, grauisq́;.*
	Idem 2.Epi.1,	*Aſperitatis, & inuidiæ corrector & iræ.*
Āſtrŏlŏgŭs.	*Lucret.lib.6,*	*Aſtrologorum autem contra conuincere tendit.*
	Mart.li.2.Epig.	*Bellus Grammaticus, bellus es aſtrologus.*
Āſtūtĭă.	*Mant.*	*Eſt in eis pietas crocodili, aſtutia hyænæ.*
Ăsȳlūm,	*Virg.2.Aen.*	*Et iam porticibus vacuis Iunonis aſylo.*
vel	*Cantal.*	*Quò velut ad tutum, confugerit hoſtis aſylum.*
Aſylus. locus miſericordiæ.	*Buch:Pſal.9,*	*Quum vis incubuit fæta ſuperbia*
		Inferni; miſeris præſidium pates,
		Tuti pandis aſyli

Arcem, rebus in aſperis.

A ante T.

Ăthlētă, æ. *Iuuen. Sat. 6,* *Leuibus athletis, ac vaſa nouiſsima donat.*
Mant. *Vnctus in athleta morem, ſublimibus auſis.*

Ătŏmŭs, generis fœminini.
Pru. in Apoth. Eſt operæprecium nebuloſi dogmatis vmbram
Perdere, quam tenues atomi compage minuta
Inſtituunt.

Ătrāmēntŭm. *Hor. 2. Epiſt. 1, Sed veluti tractata notam, labemq́; remittunt*
Atramenta, ferè ſcriptores carmine fœdo,
Splendida facta linunt.

Ătrĭŭm. *Virg. 1. Aen.* *Atria, dependent lichni laquearibus aureis.*
Oui. 1. Met. fab. Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Mant. *Cœleſtes animæ ſociam te in lucida tollent*
Atria.
Iuuen. Sat. 8, *Atria, nobilitas, ſola eſt atq; vnica virtus.*

Atrocitas, atis.

Ăttăgēn, enis. gen. maſcul. & *Hor. in Epod. Od. 2, Non Afra auis deſcendat in ventrē meum,*
Non attagen Ionicus,
Iucundior, quàm lecta de pinguiſsimis
Oliua ramis arborum.

Ăttăgēnă, æ. *Mart. li. Epig. Inter ſapores fertur alitum primus*
Ionicarum guſtus attagenarum.
Idem li. Epig. Communemq́; duobus attagenam.

Āttĕgĭă, arum. id eſt, mapalia.
Iuuen. Sat. *Dirue Maurorum attegias, caſtella Brigantum.*

Āttĭs, ĭdis. hoc eſt, Luſcinia.
Mart. lib. *Sic vbi multiſona feruet ſacer attide lucus.*

A ante V.

Ăuārĭtĭă. *Hor. in Art. Poet. Feruet auaritia, miſeraq́; cupidine pectus.*

Ăuārĭtĭēs. *Lucret. lib. 4, Deniq; auarities, & honorum cæca cupido,*
Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines
Iuris.

Ăuārŭs.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Āuārŭs. *Virg. in Aetn. Cunctantes vorat ignis, & vndiq; torret auaros.*

Auceps, vide Captio.

Āucŭpĭūm. vide Captio.

Propert. lib. 4, Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.

Catull. Aucupium, omne genus piſces, prata, arua, ferasq;

Āudācĭă. *Iuuen. Sat. 3, Ingenium velox, audacia perdita, ſermo*
Promptus.

Stat. 9. Thebai. Quinetiam menti tumor, atq; audacia gliſcit.

Āudĭēntĭă, æ. *Pru. in Periſt. Surdis fruendam reddere audientiam,*
Donare cæcis lucis inſuetæ diem.

Auditio. Compoſit.. *Exauditio.*

Āudītŏr, ōrĭs. Iuuen. Sat. 1, Semper ego auditor tantum.

Āuēnă. *Virg. 5. Eclog. Infelix loliū, & ſteriles dominātur auenæ.*

Idem 1. Georg. Vrit enim lini campum ſeges, vrit auenæ.

Hor. 2. Ser. Sat. Sepoſiti ciceris, nec longæ inuidit auenæ.

Āugŭrĭūm. *Virg. 12. Aen. Augurium, Citharamq; dabat, celeresq; ſagittas.*

Idem 1. Aen. Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.

Oui. 1. Met. Coniugis augurio quanquam Titania mota eſt.

Archit. ——————*ſed gloria cæcis*
Fidit in augurijs.

Āuĭă, æ. *Perſi. Sat. 5, Dum veteres auias ſibi de pulmone reuello.*

Compoſit. *Abauia, Atauia.*

Āuĭārĭūm. *Virg. 2. Georg. Sanguineis inculta rubent auiaria baccis.*

Āuĭdĭtās. *Plau. in Merc. Act. 1. Sce. 1, Petulātia, cupiditas, & maleuolētia,*
Inhæret etiā auiditas, deſidia, iniuria.

Āuĭs. *Virg. 1. Georg. Inſidias auibus moliri, incendere vepres.*

Idem 2. Georg. Auia tum reſonant auibus virgulta canoris.

Āuĭūm. vide Via.

Āurĕŏlŭs, & *Aureus,* pro moneta. *Mart. li. 5, Qui crepat aureolos forſitan vnus erit.*

Idem lib. 10, Aureolos vltra quatuor ipſe petit.

Idem li. 11. Epig. 28, Aut centum aureolos, ſic velut æra roget.

Āurĭcŭlă. *Hor. 1. Ser. Sat. 9, Demitto auriculas vt iniquæ mentis aſellus.*

Idem 2. Ser. Sat. 5, Quinte puta aut Publi (gaudent prænomine molles.
Auriculæ) tibi me virtus tua fecit amicū.

Aurīgă. *Virg.12.Aen.* *Circumſtant properi aurigæ, manibusq́ laceſſunt Pectora plauſa cauis.*

Auſpex, vide Spector.

Auſpicium, vide Spectio.

Virg.4.Aen. *Quod ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpicijs, & ſponte mea componere curas.*

Idē li.10.Aen. *Cuius ob auſpicium infauſtum, moresq́ ſiniſtros.*

Propert.li.1, *Obſtupuit vano credulus auſpicio.*

Auſtēritās, ātis. *Pru.in Periſt:* *Adeone nulla auſteritas, Cenſura nulla eſt faſcibus.*

Autōritās, *Ter.in Prol.Hecy.* ———————*facite vt veſtra autoritas Mea autoritati fautrix, adiutrixq́ ſit.*

Auūncŭlus. *Virg.3.Aen.* *Et pater Aeneas, & auunculus excitet Hector.*

Iuue.Sat.6, *Et furere incipias vt auunculus ille Neronis.*

Idem Sat.14, *Sed nec Brutus erit, Bruti nec auūculus vſquam.*

Compoſit. *Abauunculus.*

Auus. *Virg.4.Georg.* *Stat fortuna domus, & aui numerātur auorum.*

Idem 10.Aen. *Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.*

Stroz.fil. ———————*cuius noua gloria priſcos Vincit auos.*

Compoſit. *Abauus, Atauus, Proauus, Tritauus.*

Virg.12.Aen. *Murrhanūq́, atauos, & auorū antiqua ſonantē.*

Hor.1.Car.Od.1, *Mæcenas atauis edite regibus, O & præſidium & dulce decus meum.*

Mart.li.5.Epig. *Dū proauos, atauosq́ refers, & nomina magna.*

Auxiliātŏr, ōris. *Stat.3.Sil.* *Auxiliator adeſt, & feſtinatio ſiſtens.*

Auxilium. *Virg.2.Georg.* *Auxilium venit, ac membris agit atra venena.*

Idem 11.Aen. *Auxilioq́ vrbes Italæ, populiq́ ſuperſunt.*

Oui.1.Met.fab. *Numen & auxilium per ſacras quærere ſortes.*

CLAS-

BA

CLASSIS PRIMAE,

ORDO SECVNDVS.

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum Appellatiuorum incipientium à

B

B ante A.

Băcchăris. Virg.4.Eclog. Errantes hederas paſsim cum bacchare, tellus,
Miſtaq; ridenti colocaſib. fundet acantho.
Băcillūm. Mant. Laſſa cutis tereti malè ſuſtentata bacillo.
Băcŭlūm, vel Băcŭlŭs. utroq; enim genere inuenitur apud Autores:
Oui.15.Met.fab.1, ——— baculumq; tenens agreſte ſiniſtra.
Băiŭlŭs. Mant. Baiulus & cuſtos ad munera idoneus illa.
Bălănŭs, gen. fœmi. *Mart.li.14.Epig. Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,*
Hoc ex vnguēto conſtat & ex balano.
Hor.3.Car.Od.29, Tyrrhena regum progenies, tibi
Non antè verſo lene merum cado,
Cum flore, Mecœnas, roſarum, &
Preſſa tuis balanus capillis
Iamdudum apud me eſt; Eripe te moræ.
Bălătrŏ, ōnĭs. Hor.1.Ser.Sat.2, Mendici, mimæ, balatrones hoc genus omne
Mœſtum ac ſolicitum eſt cantoris morte Tigelli.
Buch.Pſal.35, Proſcinduntq; auida me petulantia
Scurræ cum balatronibus.
Eſt etiam cognomen cuiuſdam ex amicis Horatij, cuius ſæpiſsimè facit mentionem; uide in proprijs.
Bălātŭs. Virg.lib.9, Quæſitum aut matri multis balatibus agnum
Martius à ſtabulis rapuit lupus.

Bălănă.

Bālǣnā. *Iuuen.Sat.10,* *Quantò delphinis balæna Britannica maior.*
Mant. *Non balæna graui Ionam quæ pertulit aluo.*
Bālnĕŏlūm.Iuuen.Sat.7, ——— *quum iam noti celebresq́; Poëtæ*
Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos
Tentarent.
Bālsămūm.Virg.2.Georg. *Quid tibi odorato referam ſudantia ligno*
Balſamaq́; & baccas ſemper frondentis acanthi?
Compoſit.*Carpobalſamum, Opobalſamum, Xylobalſamum.*
Iuuenal.Sat. ——— *hirſuto ſpirant opobalſama collo.*
Bărāthrūm Virg.3.Aen. *Obſidet atq; imo barathri ter gurgite vaſtos.*
ſiue *Idem 8.Aen.* *Pallada Dijs inuiſa ſuper immane barathrum.*
Bărāthrūm.Colum. ——— *& imum*
Concutiens barathrum letheas terruit vndas.
Stat.li.1.Silu.Arbitrium cæcò generet mors cluſa barathro.
Bărbărĭā. *Oui.li.3.Triſt.Inter inhumanæ nomina barbariæ.*
Bărbărĭēs. *Oui.* *Ingenium quondam fuerat precioſius auro,*
Nunc eſt barbaries grandis habere nihil.
Bārbĭtŏs. Quod maſculino & fœminino genere legitur, &
Bārbĭtŏn Neutro.
Hor.1.Car.Od.32, ——— *age dic latinum*
Barbite carmen;
Lesbio primum modulate ciui,
Qui ferox bello, tamen inter arma
Siue iactatam religaret vdo
Littore nauim.
Ouid.Epi.21, Nec facit ad lacrimas barbitos vlla meas.
Politia. *Vt Venuſina tibi barbitos aſtupeat.*
Auſo.in phil. *Hoc genere & chordas & plectra, et barbita cōde.*
Bārdŏcŭcūllŭs.vide Cucullus.
Băsĭātĭō, *Catull.Car.7,* *Quæris quot mihi baſiationes*
ōnis. *Tuæ, Lesbia, ſint ſatis ſuperq́;?*
Băsĭlĭſcŭs. *Lucan.lib.9,* *Vulgus, & in vacua regnat baſiliſcus arena.*
Mant. *Sæuijt & ſicut viſu baſiliſcus acuto.*
Băsĭs,is. *Oui.3.de Pōt.* *Quoq; minus dubites, ſtat baſis orba dea.*
Mant. *Subiectaq́; baſes latum elabuntur in orbem.*
Mart.li.9.Epig.45, Inſcripta eſt baſis, indicatq́; nomen.

Bāsĭŏlŭm. *Pont.* *Aureolumq́; dedit lux mea baſiolum.*
Bāsĭŭm. *Mart.li.1.Epig.Et ſteriles cathedras baſia ſola crepant.*
Idem li.2.Epig.Baſia dimidio quòd das mihi Poſthume labro,
Laudo; licet demas hinc quoq; dimidium.
Iuuen.Sat.4, Blandaq́; deuexæ iactaret baſia rhedæ.

B ante E.

Bĕātĭtās, *Con.Cel.1.Car.Od.19,Interpres Iouis & beatitatis,*
ātis. *Clamoſus ſuperumq́; prædicator.*
Bĕātĭtūdō, *Buch.In Ieph.Putas beatum me;beatitudinem*
ĭnis. *Fulgore inane metiens & plauſibus*
Vulgi;miſeriæ quem premunt certiſſimæ.
Idem ibidem,Ad abſolutam nil beatitudinem
Deeſt parte ab omni,præter animum muneris
Tanti capacem,& proſperis rebus parem.
Bēlŭă. *Hor.2.Ser.Sat.Poſſis ô toties ſeruus quæ belua ruptis.*
Bĕnīgnĭtās, *Buch.Pſa.119,* ———————— *hanc parens bone,*
ātis. *Qui tua benignitate cuncta reples,edoce.*
Idem eodem, Scita,fons benignitatis,tua benignè me doce.
Bērȳllŭs, *Propert.lib.3,Et ſolitum digito beryllon ademerat ignis.*
& *Priſc.* *Berylli geminas Glauci,nitidumq́; Adamanta.*
Bĕrȳllŭs. *Iuuen.Sat.5,* *Heliadum cruſtas & inæqualesq́; beryllos.*
Bēſtĭŏlă.
Bētă. *Mart.li.13.Epi.Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,*
O quàm ſæpè petet vina piperq́; coquus.
Colum. *Deprimitur folio viridis pede candida beta.*
Bētă.pro ſecunda litera Græcorum *β*.
Iuue.Sat.14, *Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ.*

B ante I.

*Bĭbō,onis.*Compoſit. *Combibo.*
Bīblĭă.
Bīblĭŏpōlă. *Mart.li.4.Epig.Non habeo,ſed habet bibliopola Tryphon.*
Idem li.13.Epig.Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.

Bīblĭŏthe-

Bibliothēcă. vide Theca.

Biblŏs. *Lucan.lib.3, Nondum fœmineas Memphis contexere biblos Nouerat.*

Bidēns. pro oue gener.fœmi.

Virg.6.Aen. ——— *totidem lectas de more bidentes.*

Idem li.7.Aen. Centum lanigeras mactabat ritè bidentes.

Bidēns, pro inſtrumento ruſtico, genere maſculi. legitur.

Virg.2.Georg. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram
Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes.

Idem eodem, ——— *glebaq́; verſis*
Aeternùm frangenda bidentibus; ōmne leuādum
Fronde nemus, redit agricolis labor actus in orbē.

Iuuena.Sat. Viue bidentis amans, & culti villicus horti.

Per periphraſin uocatur dens uncus.

Virg.2.Georg. Ipſa ſatis tellus quum dente recluditur vnco
Sufficit humorē, & grauidas cum vomere fruges.

Bidēntăl. *Hor.in Art.Poet.* ——— *an triſte bidental*
Mouerit inceſtus.

Bīgă,æ. *Virg.5.Aen. Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat.*

Bigæ. *Mant. Nox erat, & Phœbe gelidis argentea bigis.*

Stat.1.Sil. Te potius prenſa veheret Titonia biga.

Bilānx.

Bilis. *Hor.2.Ser.Sat.3,* ——— *tantum maledicit vtrunq; vocando*
Hanc furiam, hūc aliud iuſsit quod ſplenica bilis.

Textor. Bilis inhumani ſoror iracunda furoris.

Bipalium. inſtrumentum ruſticum.

Bipēnnis. *Virg.4.Geor. Vre ſata, & validam in vites molire bipennem.*

Idem 2.Aen. Ipſe inter primos correpta dura bipenni,
Limina perrumpit.

Biremis. vide Remus.

Bisōn,ōntis. *Mart.in Amph.Epig.23, Illi ceſsit atrox bubalus atq; Biſon.*

Idem li.1.Epig.149, Turpes eſſeda quòd trahunt biſontes.

Bitūmēn, inis. *Virg.8.Eclog. Sparge molā, & fragiles incende bitumine lauros.*

Idem 3.Georg. ——— *helleboroſq; graues, nigrumq; bitumen.*

Lucret.li.6, Gignier & tetro concreſcere odore bitumen.

Biuium. vide Via.

B ante L.

Blāndīmēn-tŭm. *Mant.* ——— *non ad muliebria natum*
Blandimenta, leui tam pernicioſa iuuentæ.

Blāndĭcĭă. *Oui. Epiſt. 8,* *Non tibi blandicias primis mea mater in annis,*
Incerto dictas ore puella tuli.
Mart. li. 11. Epig. 30, *Blandicias neſcis, dabo dic, tibi millia centū*
Et dabo Setini iugera culta ſoli.
Marull. *Ite procul luſus blandiciaq; leues.*

Blăſphēmĭă.

B ante O.

Bŏă. *Mant.* *Picta cutem ſcytale, turpi boa flexilis aluo.*

Bŏātŭs. *Mant.* *Claſſica & horrifico montes ſonuere boatu.*

Bōlētŭs. *Mart. li. 1. Epig.* *Solus boletos, Ceciliane, voras.*
Idē li. 5. Epig. *Nolo boletos, oſtrea nolo, tace.*
Idem li. 11. Epig. 32, *Boletos imitatur & botellos.*
Iuuen. Sat. *Vilibus ancipites fungi ponentur amicis;*
Boletus domino, ſed qualem Claudius edit.

Bōlŭs. *Auſon* *Vidimus & quondam tabulæ certamine longo*
Omnes qui fuerant enumeraſſe bolos.

Bŏnĭtās, tatis. *Oui. 1. de Pont. Ele.* *Magna tamen ſpes eſt in bonitate DEI.*
Idem 4. Triſt. Ele. *Sic aquet tua nupta virum bonitate perenni.*
Archi. *Indulget veniam bonitas tranquilla paternam.*
Buch. Pſal. 5, *At tua fretus bonitate ſacrum*
Limen accedam, tua templa inibo;
Ritè adorabo tua ſancta caſtis
Numina votis.

Bŏnŭm, & Bŏnă. pro hæreditate, ſeu diuitijs.
Buch. Pſa. 49, *Nec te cupido ſauciet æmula,*
Stupor ve, ſi quem videris impia
De plebe fluxis conſpicuum bonis,
Clarumq; multa fulgere gloria.

Bōs, bŏuis. *Virg. 1. Eclog.* *Ille meas errare boues, vt cernis, & ipſum*
Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.
Oui. 4. Faſt. *Bos aret, ignauam ſacrificate ſuem.*

Ablatiuo *bobus* facit per ſyncopen, & *bubus* antiquum.

Oui.

Oui.Epiſt.5, *Non profecturis littora bobus aras.*

Bōtĕllŭs. Mart.lib.5, *Et pultem niueam premens botellus.*

Bōtŭlŭs. Mart.lib.14, *Qui uenit botulus medio tibi tempore brumæ,*
Saturni ſeptem venerat ante dies.

Bōtrŭs. Archi. *Caſtigata ſedet teneroq; rotundula botro.*

Bŏtrÿō,ōnĭs. Mart.li.11,Epig.28, *Nec toto dignam ſe botryone putat.*

Bŏuīlĕ. quod & bubile dictum eſt apud ueteres.

B ante R.

Brăbīŭm, quod etiam *Brauium* ſcribitur: eſt certaminis præmium.
Pru.in Periſt. *Tu ſolus obis inclite,*
Solus brabij duplicis
Palmam tuliſti, tu duas
Simul paraſti laureas.

Brăchĭŏlŭm. Catul. *Mitte brachiolum teres*
Prætextatæ puellulæ.

Brăchĭŭm. Virg.5.Aen. ———— *& cunctis extollit brachia palmis.*

Brăctĕŏlă. Iuuen.Sat.13, ———— *qui bracteolam de Caſtore ducat.*

Brĕuĭă,orum. Nauibus inſidioſa loca in mari.
Virg.1.Aen. *In breuia & Syrtes vrget.*

Brĕuĭārĭŭm.

Breuiatura. Compoſit. *Abbreuiatura.*

Brĕuĭtās. Hor.1.Ser.Sat.10, *Eſt breuitate opus vt currat ſententia, neu ſe*
Impediat uerbis laſſas onerantibus aures.
Mart.li.2.Epig.1, *Eſſe tibi tanta cautus breuitate videris,*
Heu mihi quā multis ſic quoq; longus eris.

Brūchŭs. Buch.Pſa.105, *Bruchus abſtulit, locuſtas*
Quod voraces ſugerat.

Brūmă. Virg.1.Georg. *Vſq; ſub extremum brumæ intractabilis imbrem.*
Mantua. *Ipſe decembrales brumas & frigora Iani*
In rudibus pannis.

Brūmālĭă.

Brūtŭm.

B ante V.

Būbō,ōnĭs. Virg.4.Aen. *Solaq; culminibus ferali carmine bubo.*

Ouid.

Oui.10.Meta. *Funereus bubo lethali carmine fecit.*
Idē 8.Met.fab. *Ignauus bubo dirum mortalibus omen.*

Būbūlcŭs. Virg.10.Eclog. *Venit & Vpilio, tardi venēre bubulci.*
Oui.3.Triſt. *Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit.*
Iuuen.Sat.7, *Dicturus dubia pro libertate bubulco.*

Būcŭlă. dimin. à *Bos* quaſi dicas *Bocula.*
Virg.8.Eclog. ——— *quum feſſa iuuencum*
Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos.
Idem 1.Georg. ——— *aut bucula cælum*
Suſpiciens patulis captauit naribus auras.
Pont. ——— *fert tergo ſalientem bucula taurum.*

Būcŭlă. pro ornamento caſsidis.
Iuuen.Sat.10, *Lorica, & fracta de caſside bucula pendens.*

Būfō, onis. Virg.1.Geor. *Inuentuſq; cauis bufo, & quæ plurima terræ*
Monſtra ferunt.
Fauſt. *Nec niſi ventroſis vulſa bufonibus aures.*

Būră, vel Būrĭs. Virg.1.Georg. *Continuò in ſiluis magna vi flexa domatur*
In burim, & curui formam accipit vlmus aratri.

Būtiō. genus ranæ eſt.
Oui.in Philo. *Inq; paludiferis butio bubit aquis.*

Būtȳrūm, & Bŭtȳrūm. Con.Cel.in Car.ſec. *Quiq; nos largis dapibus repaſcis,*
Findis & latos oculoſe campos
Taure; laſciuum butyrum datoq;
Lactea dona.

CLAS-

CLASSIS PRIMAE,

ORDO TERTIVS.

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum Appellatiuorum incipientium à

C

C ante A.

Căbāllŭs. *Hor.li.1.Epiſt.* *Optat Ephippia bos piger, optat arare caballus.*
Idem, *Offenſus damnis media de nocte caballum.*
Mart.li.5.Epig. *Quàm non cenſuro dare quadraginta caballo.*

Căcăbŭs. uas eſt æneum.
Mant. *Ex cacabo, & quorum formatur caſeus orbem.*

Căchīnnŭs. *Hor.in Art.* *Romani tollent equites, peditesq́; cachinnum.*
Perſi.Sat.3, *Igeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.*

Căcūmĕn, inis. *Virg.2.Eclog.* *Tantum inter denſas, vmbroſa cacumina fagos Aſſiduè veniebat.*
Idem 6.Aen. ———— *dehinc ſumma cacumina linquunt.*
Mant. *Aequora & inculti nemoroſa cacumina montis.*

Cădāuĕr, ĕrĭs. *Virg.3.Georg.* *In ſtabulis turpi dilapſa cadauera tabo.*
Idem 8.Aen. *Cœlo oſtenduntur, pedibusq́; informe cadauer.*
Mant. *Proÿcit indulces putre cadauer aquas.*

Cadentia, Inuſitatum *à Cado.* Compoſit. *Accidentia, Decidentia.* Et item deſinentia in *um,* ut *Gelicidium, Stillicidium.*

Cădīſcŭs, à Cadus diminu.

Cădūrcŭm. *Iuuen.Sat.7,* *Inſtitor hyberne tegetis, niuciq́; cadurci.*

Cădŭs. *Virg.1.Aen.* *Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes.*
Idem 6.Aen. *Oſſaq́; lecta cado texit Chorineus aheno.*
Oui.5.Faſt. *Promit fumoſo condita vina cado.*

Mart.

Mart. *In vaticanis condita vina cadis.*
Mant. *Plena penus,plenięꝫ cadi,plenaq́ꝫ lagena.*

Cācŭbŭm,generoſi uini genus.

Mart.li.13.Epig.Cacuba Fundanis generoſa coquūtur Amyclis.
Idem li.3, *Maſſica ſolus habes & opimi Cacuba ſolus.*

Cædes,is. per ſe notæ quātitatis. Compoſit. *Homicidium, Parricidium, Matricidium.*

Pru.cont.Sym. *Iam ſolis contenta feris infamis arena*
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.

Cālāmĕn, inis. *Oui.13.Met.fab.*——— *neqꝫ enim clypei calamina nouit,*
Oceanum & terras,cumq́ꝫ alto ſidera cælo.

Cæsărĭēs. *Virg.12.Aen.* ——— *ſuper ipſe ſecutus*
Cæſariem læua turbati corripit hoſtis.
Auſoni. *Cæſariem rutilam per candida colla refundis.*

*Cāsĭō,onis.*quantitatis notæ.Compoſit.*Circuncisio, Concisio,Deciſio, Inciſio,Reciſio.*antepenultima product.

Cāsŏr, ōrĭs. notæ quanti.Compoſit.*Conciſor,Deciſor,Inciſor,Reciſor.* Hinc etiam eſt particula Compoſit. *Cida,* prima longa,unde formantur,*Fratricida,Matricida,Lapicida,Parricida,Homicida.*

Hor.3.Car.Od.23,——— *eripe te moræ,*
Ne ſemper vdum Tybur & Eſulæ
Decliue contempleris aruum,&
Telegoni iuga parricidæ.

*Cæsūră.*Compoſit.*Circumciſura,Inciſura.*

*Cālă,*hoc eſt,fuſtis.*Lucil.Scinde calam vt caleas.*

Călămīſtrūm.

Călămĭtās, ātĭs. & *Ter.in Hecy.Prol.Nunquam agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas,*
Eam calamitatem voſtra intelligentia
Sedabit,ſi erit adiutrix noſtra induſtria.

Călămĭtās, dixit Buchananus, à calamo deducens; qui undiqꝫ uentorum flatibus patens, in diuerſum ab ipſis agitur. Vel quòd ſcipio ſeu calamus à decrepitis, & anibus ſenectutis moleſtiarumqꝫ comes arripiatur. Siue quòd in prælio uictis, & ſub iugum miſsis, calamus uel uirgula nudata cortice, tan

quam miſeriæ ſuæ ſignum tradatur. Quid? Nónne & ægroti è lectulo ſurgentes fortitudinem ſuam in pedo collocāt? Annón mendicantium, eorumq́ qui zonam perdiderunt, & in extremo paupertatis & miſeriæ termino conſtitutorum hominum ſuppellex ampliſsima baculus ille uel calamus eſt, quem Teutones nos den Bettelſtab nominamus?

Buch. in Ieph. Nam ſaua quamuis ſit calamitas omnium,
Sors noſtra multò cæteris eſt ſauior.
Idem ibidem, Seruire votum eſt & calamitas vincere.

Călămŭs. Virg. 2. Eclog. Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit.
Idem ibidem, Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum.
Pont. Nunc agedum tenues calami, mea dulcis arundo.

Călămŭs.

Călăthĭſcŭs. Catull. Ante pedes autem candentis mollia lana
Vellera, virgati cuſtodibant calathiſci.

Călăthŭs. Virg. 2. Eclog. Huc ades ô formoſe puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nympha calathis.
Oui. 4. Faſt. Hæc implet lento calathos è vimine nexos.
Mant. Additus in calatho violis amaranthus eburno.

Călcānĕŭm. Vir. in Moret. Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

Călcăr, ăris. Iuuen. Sat. 3, Calcar & in digito clauus mihi militis hæret.

Călcārĭă. Lucan. lib. 4, Nec quamuis crebris iuſsi calcaribus addunt.
Mant. Dixit, & amplectens haſtam calcaribus vrget.

Călcĕămĕn-tŭm. Pru. in Periſt. Certant officijs pij ſodales,
Plantis calceamenta diſſolutis,
Pronus detrahere ſtudebat vnus.

Călcŭlŭs. Virg. 2. Georg. Tenuis vbi argilla in dumoſis calculus aruis.
Oui. 3. de Art. Vnum cum gemino calculus hoſte petit.

Călendæ. Oui. 1. Faſt. At cur læta tuis dicuntur verba calendis.
Idem eodem, Vendicat Auſonias Iunonis cura calendas.
Hor. Ser. Sat. Quid niſi quum triſtes miſero venere calendæ.

Călēnŭm. vide Vinum.

Călĭdĭtās, atis. pro calore.

Călĭendrŭm. Hor. 1. Ser. Sat. 8, ——— *altum Sagane caliendrum*
Excidere,

Excidere,atq; herbas,atq; incantata lacertis
Vincula cum magno riſuq; iocoq; videres.

Căligă. Auſoni. Caius cognomen caligæ cui caſtra dederunt.

Călīgō,inis. Virg.2.Georg. Et totum inuoluit flammis nemus, & ruit atram
Ad cœlum picea graſſans caligine nubem.
Idem 4.Aen. Quis globus,ô ciues,caligine voluitur atra?
Ouid.1.Met.fab. Terribilem picea tectus caligine vultum.
Lucret.lib.6, Mox vbi terribili terras caligine texit.

Călix,ĭcis. Virg.in Epig. Sunt Cuppæ,calices,cyathi,roſa,tibia,chordæ.
Oui.4.Faſt. Stăt calices, minor inde fabas,olus alter habebat.
Hor.li.1.Epiſt. Fœcundi calices quem non fecēre diſertum?
Idē 2.Ser.Sat. Et calices poſcit maiores vertere pallor.

Căllĭdĭtās. Oui.2.Faſt. Conſilium multæ calliditatis init.
Mart.li.11.Epi. De ſpoliis tanta calliditate rapis.
Fauſt. Nullum quippe nefas quod non verſuta tyranni
Calliditas finxiſſe queat.

Cālō,ōnis. Hor.1.Ser.Sat. Hunc perminxerunt calones atq; caballi.
Perſi.Sat.5, Sambucam citius caloni aptaueris alto.

Călŏr,ōris. Virg.1.Georg. Seu plures calor ille vias,& cœca relaxat
Spiramenta,nouas veniat qua ſuccus in herbas.
Idem 1.Georg. Magnaq; cum magno veniet tritura calore.
Lucret.lib.4, Vrere nec poſſit calor amplius aridus artus.
Idem lib.6, At tepefacta tamen veniat commiſta calore.

Căluitium. Auſon. Teſta hominis nudum iam cute caluitium.

Călŭmnĭă,æ. Pru.in Periſt. Veris refutat medicus hanc calumniam,
Scrutare vel tu nunc latebras faucium,
Intraq; dentes curioſum pollicem
Circumfer.
Buch.in Iepht. Contrà ſuperbus militum,hoſtis,copiis
Armisq; fretus,increpat ferociter
Præconem;acerbis & minis calumniam
Addit.

Cămēllă. Oui.4.Faſt. Dum licet appoſita, veluti cratere,camella
Lac niueum potes,purpureamq; ſapam.

Cămēlŭs. Hor.2.Epiſt. Diuerſum confuſa genus,Panthera camelo.
Iuuencus, Deformis poterunt immania verba cameli.

Perſ.Sat.5, *Tolle recens primus piper è ſitiente camelo.*

Cămĕră. *Hor.2.Ser.Sat.* *Gaudes ſi camera percuſſi fortè penes te es.*
Prop.lib.3, *Nec camera auratas inter eburna trabes.*
Mant. *Et ſuper indoctos cameris pendentibus arcus.*

Cămīnŭs. *Virg.8.Aen.* *Impoſitam ruptis flammam expirare caminis.*
Oui.7.Met.fab. *Ardent atq; ſolent pleni reſonare camini.*
Manil. *Quod ferrum calidi ſoluant atq; æra camini.*

Cănālĭs,is. gen.fœm. *Virg.3.Geórg.*——— *greges ad ſtagna iubeto*
Currentem illignis potare canalibus vndam.
Idem 4.Geor. *Mellaq; arundineis inferre canalibus vltro.*
Idem in Epig. *Nec tamen in rigidas exit contenta canales.*

Cāndēlă. *Mart.li.14.Epig.* *Nomina candela nobis antiqua dederunt,*
Non norat parcos vncta lucerna ſenes.

Cāndēlā-brŭm. *Mart.li.14.Epig.* *De candelabro magna lucerna tibi.*

Cāni,ōrŭm. *Stat.7.Theba.* *Ecce truces oculos, ſordentibus obſita canis.*
Cor.Gall. *At mea iam niuei circumdant tempora cani.*

Cānĭcĭēs. *Virg.6.Aen.* *Caniciemq; ſibi, & longos promiſerit annos.*
Idem, *Canicies inculta iacet, ſtant lumina flamma.*
Idem 12.Aen. *Caniciem immundo perfuſam puluere turpans.*
Oui.1.Met.fab.8, *Canicies eadem eſt, eadem violentia vultus.*
Idem 10.Met.fab.10,——— *penetrat tremor, albaq; toto*
Vertice canicies rigidis ſtetit hirta capillis.
Pont. *Non mihi canicies grauis, aut ſit iniqua ſenectus.*

Metaphoricè dicitur capitis nix.

Hor.4.Car.Od.13,——— *quia luridi*
Dentes te, quia ruga
Turpant, & capitis niues.

Cānīcŭlă. *Oui.2.de Rem.* *Nec graue te tempus, ſitiensq; canicula tardet.*
Hor.2.Ser.Sat. *Perſta atq; obdura, ſeu rubra canicula findet.*
Stroz.fil. *Torquet & exhauſtas quũ ſicca canicula fauces.*
Mant. *Non caput attollit ſitibunda canicula venti.*

Cănis. *Virg.3.Eclog.* *Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris.*
Idem 12.Aen. *Venator curſu, canis & latratibus inſtat.*
Hor.2.Epiſt. *Hac rabioſa fugit canis, hac lutulenta ruit ſus.*
Oui.2.Triſt.Eleg. *Præda fuit canibus non minus ille ſuis.*

Cānĭſtrŭm.

Cānīſtrūm. Virg. ——————— *Cereremq; caniſtris Expediunt.*

Oui.3.Met.fab.Primaq; & in patulis redolentia mala caniſtris.

Idem.2.Faſt. Stat puer & manibus lata caniſtra tenet.

Pont. Atq; hinc vimineis onerata lecta caniſtris.

Cānnăbĭs. Perſi.Sat.5, Tun' mare tranſilias? tibi torta cannabe fulto Cœna ſit in tranſtro.

Cănōn,ŏnis. Auſon. Is demum exceſsit Grammaticus canones.

Cănŏr, ōris.Virg.4.Geor. ——————— *namq; morantes Martius ille æris rauci canor increpat.*

Oui.5.Meta.fab.Nec tamē ille canor mulcēdas natus ad aureis.

Lucret.lib.4, Paruus vt eſt cygni melior canor, ille gruū quàm.

Cāntāmĕn. Propert. O vtinam magicæ noſſem cantamina Muſæ.

Cantio,ōnis. notæ quantitatis. Compoſit. *Concentio, Præcentio.*

Hinc eſt particula compoſitiua *Cen, à Cano:* à quo compoſita proueniunt, *Cornicen, Fidicen, Fiſtulicen, Tibicen, Lyricen, Tubicē.* Et fœminina ſubſtantiua, *Fidicina, Tibicina.*

Hora.4.Carm.Od.3, Totum muneris hoc tui eſt,
Quod monſtror digito prætereuntiū.
Romanæ fidicen lyræ
Quod ſpiro & placeo, ſi placeo, tuū eſt.

Mant. Fiſtulicen ſubito quodam quaſi numine tactus.

Oui.6.Faſt. Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe?

Mart.li.14.Epig.64, Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis.

Terent.in Phorm.Act.1.Sce.2, Ille qui illam amabat fidicinam, (tantummodo Satis inquit ſcita eſt.

Et quæ per *cinium* exeunt, *vt Præcinium, Gallicinium.*

Cānthărūs. Virg.6.Eclog. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.

Cānthērĭūm, genus uehiculi. *(cianti cantherio.*

Plaut.in capte.Act.4.Sce.1, Qui aduehūtur quadrupedāti, cru

Cāntĭlēnă, Prud.in Periſteph. Quibus omne ſanctum eſt, quod pauēdum (vanulæ a. Edentularum cantilena ſuaſerint.

Cănūſīnă. Mart.lib.14, Hæc tibi turbato canuſina ſimillima mulſo Munus erit.

Capedo,inis. Inuſitatum. Compoſit. *Intercapedo.*

Căpīllă. *Virg.3.Eclog.* *Tityre paſcentes à flumine reijce capellas.*
Pacif. *Vtq; lupo timidæ properant ad ouile capellæ.*
Căpĕr, *Virg.3. Eclog.* *Non ego te vidi Damonis peſſime caprum.*
Cāprī, *Idem 9.Eclog.* ———————— *& inter agendum*
& *Occurſare capro, cornu ferit ille, caueto.*
Căprī. *Idem* *Vir caper ipſe gregis.*
Mart. *Dum iugulas hircum, factus es ipſe caper.*
Quint. ———————— *cum ſe caper acer in hoſtem*
Cornibus intortis effert.

In obliquis prima eſt indifferens.

Mant. *Et ſcuticis olidi tractis de tergore capri.*
Căpillārĕ. *Mart.li.3.Epi.40,* *Non erubeſcit murice aureo nobis*
Diuidere mœcha pauperis capillare.
Căpīllūs. *Virg.1.Georg.* *Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.*
Idem de ortu ſolis, *Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.*
Idem 10.Aen. *Sanguine turpantem comtos de more capillos.*
Căpīſtrūm. *Virg.li.3.Geor.* ———————— *ferratis præfigunt ora capiſtris.*
Mart. *Paret purpureis aper capiſtris.*
Oui.10.Met.fab. *Mollia purpureis frenabas ora capiſtris.*
Căpĭtōlĭūm. *Oui.15.Met.fab.* *Exul agam, quàm me videant capitolia regē.*
Mant. *Cum Romana ferox circum capitolia Gallus.*
Lucan.lib.1, *Excipit, haud ſacras poſcunt capitolia laurus.*
Capium. Inuſitatum, à *Capio.* A quo compoſit. *Principiū,* quod uide (ſuo loco.
Cāppădŏcā. *Mart.lib.5,* *Viles cappadocæ, grauesq; porri.*
Cāppăris. *Colu.* *Capparis, & triſtes inulæ, ferulæq; minaces.*
Cāprĕă. *Hor.3.Car.od.* *Laſciua ſimilem ludere capreæ.*
Căprĕă. *Virg.2.Georg.* *Silueſtres vri aſſiduè, capreæq; ſequaces.*
Ouid.5.Faſt. *Imbelles capreæ, ſolicitusq; lepus.*
Mart. *Pendentem ſumma capream de rupe videbis,*
Caſuram ſperes, decipit illa canes.
Cāprĕŏlūs, dimin. à Caprea.
Virg.2.Eclo. *Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti*
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo.
Cāprĕŏlī, plurale, pro uitium ſuperfluis.
Mant. *Tota in capreolis it vinea tota comantem.*
Căprĭfĭcūs. *Vide Ficus.*

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Căprōnă. *Lucil.(citante Nonio)lib.7.Sat.*
Aptari caput atq; comas fluitare capronas
Altas frontibus immiſſas,vt mos fuit illis.
Bapt.Pius. *Si crinem crinisq; globos,fluidasq; capronas.*

Căptĭō. notæ eſt quantitatis.compoſit. *Deceptio, Receptio.* Hinc oritur particula compoſitiua *ceps*, à quo compoſita ſubſtantiua fiunt, *Municeps, Municipis: Auceps, Aucupis.*

Oui.1.de Art. Aucupibus noti frutices;qui ſuſtinet hamos.
Mart.li.1.Epig.Si captare feras aucupis arte placet.

Hinc quoq; *Aucupium* formatur, quaſi dicas auium captío, uel auium capíum. Item, *Conceptaculum, Receptaculum.*

Propert.lib.4.Faunus plumoſo ſum deus aucupio.
Prudent.in Periſtepha:Per huius alui fida conceptacula,
Per hoſpitalem menſe biſquino larem.

Căpŭlŭs, & *Virg.10.Aen.* ——— *capulo tenus abdidit enſem.*
Căpŭlŭm. *Oui.12.Met.fab.Ter quater ora viri capulo caua tēpora pulſat.*
Lucan.lib.7. *Excuſſit criſtas galeis,capuloq; ſolutis.*
Mant. *Et iam inſtans capulo mortis ſecura ſenectus.*
Căpŭs, i. & *Mart.lib.5.Epig.104,Hic vagientem matris hiſpide fœtum,*
căpō,ōnis. *Alius coactos non amare capones.*
Căpŭt,ĭtis. *Virg.1.Eclog.Verum hæc tantū alias inter caput extulit vrbes,*
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.
Idem 6.Eclog.Serta procul tantum capiti delapſa iacebant.
Pont. *Præradiat caput auricomum, roſeusq; per auras*
It decor.

Compoſit. *Occiput, Syncipat.*
Perſi.Sat.1,Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ.

Cărbăsŭs, *Virg.3.Aen.* ——— *& auræ*
& plural. *Vela vocant,tumidoq; inflatur carbaſus Auſtro.*
Prop. *Exhibuit viuos carbaſus alba focos.*
Cărbăsă. *Mant.* *Annixa erecto tendunt caua carbaſa malo.*
Cărchēsĭŭm. *Virg.5.Aen. Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho.*
Oui.12.Meta.fab. ——— *inq; ipſa niger carcheſia ſanguis.*
Cărcĭnŭs. *Luca.li.9.* *Par Geminis Chiron, & idē quod carcinus ardēs*

Humidus Aegoceros.
Cārĕctūm. Virg.Eclo.3, Et quum clamarem; quò nunc ſe proripit ille?
Tityre coge pecus; tu poſt carecta latebas.
Cārēx, ĭcĭs. Virg.3.Georg. Frondibus hirſutis & carice paſtus acuta.
Cārĭcă, per i, noſtrum genus fici eſt.
Ouid.1.Faſto. Quid vult palma ſibi, rugoſaq́; carica, dixi.
Idem.8.Met.fab. Hic nux, hic miſta eſt rugoſis carica palmis.
Cārĭēs. Oui.Triſt. Vertitur in teneram cariem, rimiſq́; dehiſcit.
Auſon. I, tineas, cariemq́; pati te charta neceſſe eſt.
Mant. ——— ſic multa ſenili
Iam carie corroſa docent noſtratia templa.
Cārīnă, æ. pars nauis, quam uentrem uocant.
Virg.4.Aen. Frondenteſq́; ferunt remos, natat uncta carina.
Idem eodem, Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.
Oui.2.de Pōt.Eleg. Dū mea puppis erat valida fūdata carina.
Cārĭōphĭlūs, uel Gariophilus.
Cārŏ, carnis. Mant. Aegra caro prodeſt animo, defuncta reuinxit.
Cārrūcă. Mart.li.5, Aurea quod fundi precio carruca paratur.
Cārȳcă, per y, genus edulij.
Cārȳōtă. Mart.lib.13. Aurea porrigitur Iani caryota calendis,
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.
Cārȳōtĭdēs. Mart.li.11.Epigram.32, Hinc & multiplices ſtruit tabellas,
Et notas caryotidas theatris.
Stat. in Siluis, Pragnantes caryotides cadebant.
Cāsă, æ. Virg.2.Eclog. Atq; humiles habitare caſas, & figere ceruos.
Oui.5.Meta. ——— contectam ſtramine vidi
Forte caſam.
Mart.li.6.Epig. Et caſa iugeribus non oneroſa ſuis.
Cāsĕōlŭs. Virg.in Epig. Sunt & caſeoli, quos iuncea fiſcina ſiccat.
Cāsĕŭs. Virg.1.Eclog. Pinguis & ingratæ premeretur caſeus urbi.
Oui.4.Faſt. Candidus elixæ miſcetur caſeus herba.
Idem, Vbera plena premam, referat mihi caſeus ara.
Abuſiuè uocatur per periphra. Preſſum lac.
Virg.1.Eclog. ——— ſunt nobis mitia poma,
Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis.
Cāsĭă. Virg.2.Eclog. Tum caſia atq; alijs intexens ſuauibus herbis.

Idem 2.Geor. *Nec caſia liquidi corrumpitur vſus oliui.*
Idem 4.Geor. *Et glaucas ſalices, caſiamq́, crocumq́, rubentem.*

Căſtănēă. *Virg.1.Eclog.* ―――― *ſunt nobis mitia poma,*
Caſtaneæ molles,& preſſi copia lactis.
Oui.2.de Art. *Et nunc caſtaneas,nunc amat illa nuces.*

Căſtīgātŏr. *Hor.in Art.Poët.* *Difficilis,querulus,laudator temporis acti*
Se puero:cenſor,caſtigatorq́, minorum.

Căſtĭtās, ātĭs. *Hor.3.Car.Od.24,* *Dos eſt magna petentium*
Virtus,& metuens alterius viri
Certo fœdere caſtitas:
Et peccare nefas,aut precium eſt mori.

Căſtŏrēă, ōrūm. *Virg.1.Georg.* *At Chalybes nudi ferrum,viroſaq́, Pontus*
Caſtorea;Eliadum palmas Epiros equarum.

Căsŭlă. dimin.à *Caſa.* *Virg.12.Aen.* *Hortus erat vnctus caſulæ, quem vimina pauca.*
Iuuen.Sat.11, *Et caſulam,& notos triſtis deſiderat hædos.*
Idem Sat.14, *Viuite contenti caſulis,& conſulis iſtis.*

Cāsŭs. *Virg.2.Aen.* *Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros.*
Idem 5.Aen. *Me liceat caſum miſerari inſontis amici.*
Ouid. *Caſus ineſt illic,hic erit artis opus.*
Idem 1.Triſt. *Scire meos caſus ſi quis deſiderat omnes.*

Compoſit.*Occaſio.*Item,*Occaſus*,qui & *Occidens* fertur,& *Heſperus.*
Cato. *Fronte capillata,poſt hæc occaſio calua.*

Cătăclyſmŭs. *Mant.* *Traxit ab Armenijs, qui poſt veterē cataclyſmū,*

Cătăphrāctŭs. *Prop.li.3,* *Ferreus aurato neu cataphractus equo.*

Cătăplūs. *Tibull.* *Aduehitur,toto ſibi nauigat orbe cataplus.*

Cătăpūltă. *Sidon:* *Non quæ ſtridentes torquet catapulta molares.*

Cătărāctă. *Lucret.lib.10,* *Excepére tuos & præcipites cataractæ.*

Cătāſtă. *Mart.li.9.Epig.* *Sed quos arcanæ ſeruant tabulata cataſtæ.*
Tibull.li.2.Eleg.3, *Nota loquor,regnū ipſe tenet,quē ſæpè coēgit*
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.
Perſi: *Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.*
Stat.li.2.Sil. *Non te barbarica verſabat verna cataſta.*
Pru.in Periſt. *Audite cuncti,clamo longè,ac prædico,*
Emitto vocem,de cataſta celſior.

Cătēiă. *Virg.7.Aen.* *Teutonico ritu ſoliti torquere cateia.*
Barth. *Feruida Teutonicis properate in bella cateijs.*

Cătĕllă.	*Mart.lib.14,*	*Delicias paruæ ſi vis audire catellæ.*
Cătellŭs.	*Mant.*	*Exiguis auium pullis,paruisq; catellis.*
	Idem,	*Os & labra tibi lingit Mammella catellus.*
Cătēnă.	*Virg.8.Aen.*	*Vt ſeſe inclusit,ruptisq; immane catenis.*
	Oui.15.Met.fab.	*Vel ſi dignus erit,grauibus vincire catenis.*
	Lucan.lib.2,	*Roboraq; immenſis latè religare catenis.*
	Bapt.Pius,	*Compedibus vinxit dura & mea colla catena.*
Cătērnă.	*Virg.2.Aen.*	*——————— magna comitante caterua.*
	Idē li.7.Aen.	*Agmen agens equitum,& florentes ære cateruas.*
	Hora.1.Epiſt.	*Dum fugiunt equitū turmæ,peditumq; caterua.*
Căthĕdră.	*Mart.li.1.Epig.*	*Et ſteriles cathedras baſia ſola crepant.*
	Idē li.11.Epig.	*De cathedra quoties ſurgis.*
Căthēdră.	*Mart.lib.14,*	*Diſcurris tota vagus vrbe,nec vlla cathedra eſt.*
	Hor.1.Ser.Sat.10,	*Diſcipulorū inter iubeo plorare cathedras.*
Cătīllŭs.	*Hor.1.Ser.Sat.18,*	*——————— menſa ue catillum*
		Euandri manibus tritum deiecit.
	Silius lib.4,	*——————— Anienicolaq; catilli.*
Cātīllŭs.	*Idem lib.8,*	*Et Tibur catille tuum.*
Cătīnŭs.	*Hor.1.Ser.Sat.*	*Ad porri & ciceris refero,laganiq; catinum.*
	Idē 2.Ser.Sat.	*Anguſtoq; vagos piſces vrgere catino.*
	Perſi.Sat.3,	*——————— poſita eſt algente catino*
		Durum olus,& populi cribro decuſſa farina.
Cătŭlŭs.	*Virg.1.Eclog.*	*Sic canibus catulos ſimiles,ſic matribus hædos*
		Noram.
	Idem 3.Geor.	*Veloces ſpartæ catulos,acremq; Moloſſum.*
	Idem,	*——————— catulos tectis atq; oua relinquens.*
	Oui.13.Met.fab.	*Villoſa catulos in ſummis montibus vrſa.*
Cauatio. Compoſit. *Excauatio.*		
Căuă,æ.	*Virg.1.Georg.*	*Inuentusq; cauis bufo,& quæ plurima terræ*
		Monſtra ferunt.
	Virg.2.Aen.	*Inſonuere cauæ,gemitumq; dedere cauernæ.*
Cāudĕx,icis.	*Virg.2.Geor.*	*Quin & caudicibus ſectis,mirabile dictu,*
		Truditur è ſicco radix oleagina ligno.
Căuĕă.	*Virg.5. Aen.*	*Hic totum cauea conceſſum ingentis,& ora.*
	Claud.	*——————— qualis reſonantibus olim*
		Exoritur caueis.

Stat.1.Silua. Infelix cauea, & clauſas circum vndiq; portas.

Căuĕrnă. *Virg.2.Aen. Includunt cæco lateri, penitusq; cauernis.*
Oui.14.Met.fab.Vis fera ventorum cæcis incluſa cauernis.
Lucan.lib.10,Nec ſecus in Siculis fureret tua flamma cauernis.
Fauſt. Aeſtiua in foſſis condens frumenta cauernis.

Cauillatio,onis.

Cauillus,li.

Cāusātĭō,vel Cuſatio. per ſe notæ quantitatis. Compoſit. *Accuſatio, Excuſatio, Incuſatio.*

Cāutērĭūm,&

Cāutērēs. plura. accipitur pro ferro ſeu inſtrumento, quo notæ in hominibus famoſis, ſeu quoq; in ſuppellectili inuruntur, aut incuduntur.

Pru.in Periſt.Papulasq; feruor æſtuoſus excitat,
Credas cremari ſtridulis cauteribus.

Cāuŭs,vel cāuūm.Hor.1.Epiſ.Macra cauũ repetes arctũ, quẽ macra ſubiſti.

C ante E.

Cēdrŭs. *Virg.2.Georg.Dant alios aliæ fœtus, dant vtile lignum*
Nauigijs pinos, domibusq; cedrum atq; cupreſſos.
Hor.in Art.Poët.Quũ ſemel imbuerit, ſperamus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & leui ſeruanda cupreſſo.

Cēdrŭs. *Oui.1.Triſt.Eleg.Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.*
Perſ.Sat.1, ——————— & cedro digna locutus.
Sedul. Semper habẽs frondes, et tãquam libana Cedrus.

Cēlĕrātĭō. Compoſit. *Acceleratio.*

Cĕlēuſmă. *Mart.lib.3.Epig.Quorum per vada tarda nauigantes*
Lentos figitis ad celeuſma remos.

Cĕlōx,ōcis. Nauigij genus, à celeritate dictum.
Plau.in Capt.Act.4.Sce.1,Modo in portu Philopolemũ viuom, ſaluom & ſoſpitem
Vidi in publica celoce; ibideq; illum adoſcentulũ.

Cēmēntūm. *Mart.lib.9, Non ſilice duro ſtructiliúe cemento.*

Cēntŭrĭă. *Hor.in Art.Poët.Centuriæ ſeniorum agitant expertia frugis;*
Celſi prætereunt auſtera poëmata Rhamnes.

Cēntŭrĭō, ōnis. *Iuuen.Sat.16,Et procul à ſignis iuſtiſſima centurionum.*
Perſ.Sat.5, Dixeris hæc inter varicoſos centuriones.

Cēră.

Cērā.	*Virg.2.Eclog.*	*Pan primus calamos cera coniungere plureis Inſtituit.*
	Lucan.lib.3,	*Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.*
Cĕrăsŭs.	*Virg.2.Geōrg.*	*Pullulat ab radice alijs denſiſſima ſilua Vt ceraſis, vlmisq́.*
	Oui.de nuce,	*Audiat hac ceraſus, ſtipes inanis erat.*
	Prop.lib.4,	*Hîc dulces ceraſos, hîc autumnalia pruna.*
Cĕrāuniā, a. pro gēma.	*Pru.in Pſych.*	*Si fratris galeam fuluis radiare ceraunijs, Germanus vidit commilito, non timet enſem Exercere, atq; caput ſocio mucrone ferire, De conſanguineo rapturus vertice gemmas.*
Cĕrcōpĭthē-cŭs.	*Mart.lib.14,*	*Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas, Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.*
	Iuuen.Sat.15,	*Effigies ſacri nitet aurea cercopitheci.*
Cĕrcōpēs.	*Ouid.lib.14,*	*Cercopum exorſus gentisq́; admiſſa doloſæ.*
Cĕrĕbrŭm.	*Virg.9.Aen.*	*Stridens, traiectoq́; haſit tepefacta cerebro.*
	Oui.lib.12,	*Perq́; cauas nares, oculosq́, auresq́; cerebrum Molle fluit.*
	Luca.lib.6,	*Ac male defenſum fragili compage cerebrum.*
Cĕrĕbrŭm.	*Auſon.*	*Ipſa adeò linguam non habet & cerebrum.*
Cĕrĕŭs.	*Mart.*	*Hic vbi nocturnos praſtabit cereus ignes.*
Cĕrīnthē, es, vel Cĕrīnthă, a.	*Vir.4.Geor.*	*——— cerintha ignobile gramē.*
Cĕrōmă.	*Mart.lib.4,*	*Seu lentum ceroma teris, trepidumúe trigona.*
	Idem lib.5,	*Et caſtigatum Libyca ceroma palaſtra.*
	Iuuen.Sat.7,	*Endromydas Tyrias, & fœmineum ceroma.*
Cĕrtāmĕn, inis.	*Oui.1.Met.fab.*	*Neue operis famam poſſet delere vetuſtas Inſtituit ſacros celebri certamine ludos.*
Ceruicale, & per apocopen, *Cĕruīcăl.*		
	Mart.lib.14,	*Tinge caput nardi folio, ceruical olebit.*
Cĕruīcŭlă, a. dimin.	*Pru.in Periſt.*	*Dixit deinde dum ferit ceruiculam Percuſſor enſe; docta mulier pſallere, Hymnum canebat carminis Dauidici.*
Cĕruīx, īcis.	*Lucan.lib.9,*	*——————— non deprecor hoſte Seruari, dum me ſeruet ceruice reciſa.*
Cērūſſă.		

Ceſſus à *Cedo*, notæ quantitatis, Compoſit. *Deceſſus, Seceſſus, Receſſus.*

Ouid.

Ouid.Triſt.Eleg.Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt.

Cētārĭūm. Horat.2.Ser.Sat.5,Plures annabūt thunni & cetaria creſcent.

Cētē. Virg.5.Aen. Tum variæ comitum facies immania cete.
Brix. Corpora non audent immania tollere cete.

Cētră,genus ſcuti.Virg.7.Aen.Lauas cetra tegit.
Lucan.lib.7. Illic pugnaces commouit Iberia cetras.

C ante H.

Chalybs,ybis.pro ipſa ferri materia,
Virg.3.Aen. Vulnificusq́; chalybs vaſta fornace liqueſcit.
Ouid.4.Faſt. Aes erat in precio,chalybis iam maſſa placebat.
Sill.li.5. Non ignes,candensq́; chalybs,non verbera paſſi.

Chăŏs. Virg.4.Geor. Atq; chao denſus diuûm narrabat amores.
Ouid.1.Meta.fab.1,Ante mare & terras, & quod tegit omnia (cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixére chaos,rudis,indigeſtaq́; moles.
Lucan.lib.6. Et chaos innumeros auidum conſumere mūdos.

Chărăctēr, ēris. Mant. Deficit hoc ſpeciem ſatis oſtendiſſe character.

Chărīſmă, ătis. Mant. Pneumatis expectās ventura chariſmata ſancti.

Chărĭtās, & Chārĭtās, ātis. Mant. Venit & inuidiæ charitas inimica,ſuarum
Prodiga opum.
Buchan.in Ieph. ————nec modò exemplo ſui,
Sed & ferarum,& alitum atq; piſcium,
Patria probauit charitatis vinculum.

Chĕlīdŏnĭă,genus fici.
Colum.lib.10, Purpureaq́; chelidonia,pinguesq́; mariſcæ.

Chĕlȳdrŏs, & Chelydrus. Virg.2.Georg.Et tophus ſcaber,& nigris exeſa chelydris.
Idē.3.Georg. Galbaneoq́; agitare graui nidore chelydros.
Oui.7.Met.fab.Squamea cyniphei tenuis membrana chelydri.
Syl.lib.8, Inde Meduſæis terram exundaſſe chelydris.(ctro.

Chĕlȳs. Stat.li.1.Silu. Nec Helicona graui pulſat Chelys Enthea ple-
Idem eodem, Hic chelyn,hic flauam maculoſo nebrida tergo.
Quint. Flectitur ad feſtas tandem chelys aurea laudes.

Chīă,fici ſpecies eſt.

Mart.lib.7.Epig.Infanti melimela dato,fatuaſq; mariſcas,
Nam mihi,quæ nouit pungere,Chia placet.
Idem lib.13.Epig.Chia ſeni ſimilis Baccho,quem Setia miſit,
Ipſa merum ſecum portat,& ipſa ſalem.

Chīmĕrīnŏs.Mart.lib.Epig.Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos eſſe:
Horrida ſi brumæ ſidera, Chimerinos.

Chĭrāgră. *Hor.1.Epiſt.* *Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.*
Idē 2.Serm.Sat.Scurra Volauerius poſtquā illi iuſta chiragræ.

Chīrāgră. *Mart.li.Epig. Sed nil patrono porrigis,hæc chiragra eſt.*

Chīrōgră-phŭm, vel Chĭrōgră-phŭm. *Iuuen.Sat.13,Vana ſuperuacui dicunt chirographa ligni.*
Prud.in periſt.Sit ſatis quod capta primo
Vita ſub chirographo,
Debitum perſoluit omne
Functa rebus Cæſaris.

Chirurgus. *Mart.lib.2.Epig.Chirurgus fuerat,nunc eſt veſpillo Diaulus.*

Chlămȳs, ydis. *Virg.4.Aen.* *Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.*
Idem 8.Aen. ——————— *ipſe agmine Pallas*
In medio chlamyde,& pictis conſpectus in armis.
Oui.5.Met.fab.Indutus Tyriā chlamydem quā limbus obibat.
Val.Flac. *Non auro depicta chlamys,non flaua galeri*
Cæſaries.

Chŏrāgŭs. *Suet.in Aug.* *Quum primum iſtorū conduxit mensa choragū,*
Sexq; deos vidit Mallia,ſexq; deas.

Chŏrāulēs. *Mart.lib.11.Epig.Non ſit quum citharœdus,aut Choraules.*
Iuuen.Sat.6, *Accipis vxorem,de qua citharœdus Echion*
Aut Glaphyrus fiat pater, Ambroſiusq; choraules.

Chŏrēă. *Oui.8.Met.fab.Immemores noſtri feſtas duxére choreas.*
Idē 14.Met.fab.Ad numerum motis pedibus,duxere choreas.
Quint. *Saltat & immiſcet reuolutas arte choreas.*
Mant. *Ducebatq; leues buxo reſonante choreas.*

Chŏrēă. *Virg.6.Aen.* *Pars pedibus plaudūt choreas,& carmina dicūt.*
Fauſt. *Saltantes ducunt choreas,feſtiuaq; dicunt*
Carmina.

Chŏrŭs. *Virg.6.Eclog. Vtq; viro Phœbi chorus aſſurrexerit omnis.*

Idem 1.

Idem 1.Geor. *Omnis quam chorus & ſocij comitentur ouātes.*
Mant. *Tunc alacres Medea choros, & ouantia ducunt*
Agmina.

Chrÿſănthūm.Virg.in Epig.Chryſanthūq; hederæq; nitor pallēte corymbo.
Chrÿſĕndētŏn, uaſis genus, aureis cruſtis illigatum.
Mart.lib.6.Epig.Siue ridere potes miſeri chryſendeta Cinnæ.
Idem lib.6, *Ponuntur ſemper chryſendeta Calpetiano.*
Idē li.11.Epig.30,Accipe vina,domū,pueros,chryſendeta,mēſas.
Idem li.14, *Grandia ne viola paruo chryſendeta mulſo.*

Chrÿsŏlīthŭs.Ouid.2.Meta.fab.Per iuga chryſolithi,poſitaq; ex ordine gem-
Mant. *Chryſolithis paſſim rutilātibus atq; pyropis. (mæ.*
Idem, *Chryſolithos,& carbones,nitidosq; pyropos.*

Chrÿsŏprăsŭs.Prud.in Pſycho.Te quoq; conſpicuū ſtructura interſerit ardēs
Chryſopraſe,& ſidus ſaxis ſtellantibus addit.

C ante I.

Cĭbārĭūm. *Hor.1.Ser.Sat.Aiunt quum ſibi ſint congeſta cibaria,ſicut.*
Cĭbātŭs, us.Lucret.li.1, *Poſſe niſi à terris paulatim cuiq; cibatum.*
Idem.lib.6, *Aut alios hominum paſtus,pecudumq; cibatus.*

Cĭbōrĭūm. *Hor.li.2.Od.7,Obliuioſo leuia Maſſico*
Ciboria exple,funde capacibus
Vnguenta de conchis;quis vdo
Deproperare apio coronas.

Cĭbŭs. *Virg.2.Georg.Et tophus ſcaber,& nigris exeſa chelydris*
Creta,negant alios aquè ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum.
Oui.3.Triſt.Eleg.Oſſa tegit macies,nec iuuat ora cibus.

Cĭcādă. *Virg.2.Eclog. At mecum raucis,tua dum veſtigia luſtro*
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta,cicadis.
Idem 3.Geor. Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ.
Idem 7.Aen. *Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.*
Oui.1.de Art. Vere prius volucres taceant,æſtate cicadæ.

Cĭcātrīx, *Virg.2.Georg.Quantum illi nocuere greges,duriq; venenum*
īcĭs. *Dentis,& admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.*

Hor.lib.1.Serm. ——— *aſt illi fœda cicatrix*
Setoſam leni frontem turpauerat oris. (*trix.*
Oui.12.Met.fab.Signa vides,apparet adhuc vetus inde cica-
Idem 3.Triſt. Facta cicatricem ducere noſtra ſine.
Prudent.cont.Sym.Vir ſolus,cui cura fuit,ne publica morum
Plaga;cicatricem ſumma leuiter cute clauſam
Duceret.

Cĭcēdŭlă *Pont.* ——— *& quod nec nigricante cicedula nocte.*

Cĭcĕr,ĕrĭs. *Hora.2.Serm.ſat.6,* ——— *inde domum me*
Ad porri & ciceris refero,laganiq́ catinum.
Idem eodem,Sat.Sepoſiti ciceris,nec longæ inuidit auenæ.
Idē in Art.Poët.Nec ſi quid fracti ciceris probat & nucis emtor.
Mart.li.1.Epig.98,Vendit qui madidum cicer coronæ.
Idem.li.5.Epig.120,Et feruens cicer,& tepens lupinus,
Parua eſt cœnula,quis poteſt negare?

Cĭchōrĭūm,Horat.1.Car.Od.31, ——— *me paſcant oliuæ,*
& *Me Cichoria,leuesq́ maluæ*
Cĭchŏrēūm.

Cĭcōnĭă. *Ouid.4.Meta.* ——— *ſumptis quin candida pennis,*
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
Horat.2.Ser.Sat.Tutus erat rhombus,tutoq́ ciconia nido.
Iuuen.Sat.74, ——— *ſerpente ciconia pullos*
Nutrit,& inuenta per deuia rura lacerta.

Periphraſis ciconiæ: *Auis colubris longis inuiſa.*
Virg.2.Georg.Optima vinetis ſatio eſt,quum vere rubenti
Candida venit auis,longis inuiſa colubris.

Cĭcūtă, pro calami ea parte,quæ inter duos nodos intercipitur.
Virg.2.Eclog. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula.
Lucret.lib.5, Agreſtes docuere cauas inflare cicutas.

Cĭcūtă, pro herba uenenoſa.
Oui.2.Met.fab.Coxerat ære cauo viridi verſata cicuta.
Horat.2.Serm.Sat.Sed mala tollat auum vitiato melle cicuta.
Lucret.li.5, Quippe videre licet pingueſcere ſæpè cicuta
Barbigeras pecudes;homini quæ eſt acre venenū.

Cĭlĭūm. *Mant.* ——— *hominum vitioſa ſeneris*
Acta

Acta premit cilijs.

Compoſit.*Concilium,Supercilium.*

Virg.10.Aen. Conciliúq; vocat diuûm pater atq; hominū rex.

Idem 8.Eclog.Hirſutumq; ſupercilium,prolixaq; barba.

Ciliatio,Inuſitatum,compoſit.*Conciliatio.* *(conciliatrix.*

Ciliator,inuſitatum.Compoſit.*Conciliator,Conciliatrix,Recōciliator,Re*

Ciliatus,itidem inuſitatum.Compoſit.*Conciliatus.*

Lucret.lib.2. Nequicquam commutari ſine conciliatu. (ctus.

Cimēx,icis.Mart.lib.11.Epig.33,Nec toga,nec focus eſt,nec tutus cimice le-

Idē li.eod.Epig.57,Et teges,& cimex,& nudi ſponda grabati,
Et breuis atq; eadem nocte dieq; toga.

Horat.1.Ser.Sat.vlti.Non ego;nam ſatis eſt equitē mihi plaudere,vt audax
Contemtis alijs exploſa arbuſcula dixit,
Men' moueat cimex?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cinără,carduus maior prouocans ſitim.

Columel.li.10,Hiſpida ponatur cinara,quæ dulcis Iaccho
		Naufragium ſibi quiſq; facit.
Frăgă.	*Vir.3.Eclo.*	*Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga.*
	Ouid.1.Met.	*Arbuteos fœtus, montanaq̃ fraga legebant.*
	Mant.	*Arida de calatho promebat fraga colurno.*
Fragilitas, atis.		
Frăgŏr, ōris.Vir.1.Geor.		*———— & horridis altis*
		Montibus audiri fragor, aut reſonantia longè
		Littora miſceri.
	Oui.1.Met.fab.	*Fit fragor, & denſi funduntur ab æthere nimbi.*
	Idem 11.Met.fab.	*Sæpè dat ingentem fluctu latus icta fragorem.*
Frămĕă.	*Iuuen.Sat.13,*	*Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula fatis.*
Frātĕr, tris.	*Vir.1.Geor.*	*Et coniuratos cœlum reſcindere fratres.*
	Idem 10.Aen.	*Huic frater ſubit Alcanor, fratremq̃; ruentem.*
	Catull.	*Aduenio has miſeras frater ad inferias.*
Frātĕrcŭlŭs.	*Iuuen.Sat.4,*	*Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigantum.*
Frăxĭnŭs.	*Vir.7.Eclo.*	*Fraxinus in ſiluis pulcerrima, pinus in hortis,*
		Populus in fluuijs, abies in montibus altis.
Frĕmĭtŭs.	*Vir.1.Geor.*	*Fluctibus & fremitu ſurgens Benace marino.*
	Idem li.9.Aen.	*———— fremituq̃; ſequuntur*
		Horriſono.
Frēnă, ōrŭm.	*Vir.4.Aen.*	*Stat ſonipes ac frena ferox ſpumantia mandit.*
	Hor.1.Ser.Sat.	*In campum doceat parentem currere frenis.*
Frēnātŏr, ōris.	*Oui.4.Faſt.*	*Quo ſimul ac venit frenator curribus angues.*
	Stat.1.Thebai.	*Solicitet licet ignipedum frenator equorum.*
Frĕquēntĭă.	*Pru.in Cath.*	*Fragore ab omni quem remotum & ſegregem,*
		Spreuiſſe tradunt criminum frequentiam,
		Caſto fruentem Syrtium ſilentio.
	Compoſit.	*Infrequentia.*
Frĕtŭm.	*Vir.1.Eclo.*	*Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,*
		Et freta deſtituent nudos in littore piſces.
	Ouid.5.Triſt.	*Et Scythicum profuga ſcindere puppe fretum.*
	Idem 2.de Pont.Eleg.	*Ignoſcas timeo naufragus omne fretum.*
	Sili.lib.4,	*Fertq̃; refertq̃; fretũ ſequiturq̃; reciproca Tethys.*
Fricatio.		

Frigillă,

Frigillă,æ. *Mart.li.9.Epig.* *Nunc ſturnos inopes, frigillarumq; querelas*
Audit, & arguto paſſere vernat ager.

Frigŭs,ŏris. *Virg.2.Eclog.* *Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant.*
Idem 1.Aen. *Extemplò Aeneæ ſoluuntur frigore membra.*
Mart.li.1.Epig. *Nunc Tyburtinis cedite frigoribus.*
Polit. *Nec vos mordaci frigore carpat hyems.*

Compoſit. *Refrigerium.*
Mant. *Quale refrigerium terræ ſolet imber aduſtæ,*
Ferre ſub ardenti quum iacet ægra Cane.

Fritillŭs. *Mart.lib.13.* *Hac mihi charta nuces, hac eſt mihi charta fritillus.*
Idem li.4.Epig. *Dum blanda vagus alea December*
Incertis ſonat hinc & hinc fritillis.

Friuŏlă, orum. *Horat.* *Viuendum eſt illic vbi nulla incendia, nulli*
Nocte metus; iam poſcit aquā, iā friuola transfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant.

Frūgēs. plural. *Virg.2.Georg.* *Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara,*
Frugibus infelix, ea nec manſueſcit arando.
Idem 3.Eclog. *Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres,*
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.
Lucret.lib.1, *At nitidæ ſurgunt fruges, ramiq; vireſcunt.*
Oui.1.Met.fab. *Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.*

Frūmentŭm. *Virg.1.Georg.* *Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.*
Hor.2.Ser.Sat.3, *Siquis ad ingentem frumenti ſemper aceruū*
Porrectus vigilet.
Mart.li.12 Epig. *Frumētum, milium, piſumq; fabamq; ſolebas.*

Frūtētŭm. *Virg.in Epig.* *Rura pruinoſis comebat gemma frutetis.*
Pontanus, *Interim occulto latitans fruteto.*

Frūtēx,icis. *Virg.2.Georg.* *Hos natura modos primùm dedit, his genus omne*
Siluarum fruticumq; viret, nemorumq; ſacrorū.
Oui.4.Triſt.Ele. *Quot frutices ſiluæ, quot flauas Tybris arenas.*
Claudianus, *Nec parui frutices iram meruere Tonantis.*

Frūticētŭm. *Hor.3.Car.Od.12,* *Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.*

F ante V.

Fūcŭs, pro colore.

Propert

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Propert.lib.2.An ſi cæruleo quadam ſua tempora fuco
Tinxerit.
Hor.li.3.Carm.Od.Lana refert medicata fuco.
Buch.in Ieph.Vt nil ſit aliud ſapere iam,me iudice,
Quàm ſcire velum noxiæ prætendere,
Fucumq́; factis peſſimis inducere.

Fucus,pro inſecto.

Virg.4.Geor. Ignauum fucos pecus à præſepibus arce.
Idem eodem, Immuniſq́; ſedes aliena ad pabula fucus.

Fŭgă,æ. Virg.3.Aen. ———— *longumq́; fugæ ne linque laborem.*
Idem, Ille volat,ſimul arua fuga,ſimul æquora vertit.
Pamph. Qui leuis eſt,timida ſpem locat ille fuga.

Compoſit. *Aufugium,Confugium,Diffugium,Effugium, Perfugium,Profugium,Suffugium.*

Virg.2.Aen. Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia,& culpam hanc miſerorũ morte piabũt.
Ouid.4.Triſt.Eleg. Qui veritus non es portus aperire fideles
Fulmine percuſſæ confugiumq́; rati.
Oui.de Nuce, Quod niſi ſuffugium nimbos vitantibus eſſem.

Hinc uenit particula compoſitiua *Fuga*, à quo componuntur *Perfuga, Transfuga, Lucifuga, Noctifuga, Solifuga, Lucrifuga:* quæ omnia exponuntur per participium præſentis temporis *Fugiens.*

Fŭgācĭtās.
Fŭlgētrŭm.Mant. Non ardens fulgetra metum,non nubila nymbũ.
Fŭlgŏr,ōris.Virg.8.Aen. Fulgores nunc terrificos,ſonitumq́; metumq́;.
Pont. Cum tonitru micat igniferis fulgoribus æther.
Fŭlgŭr,ŭris.Mant. Attonitus ſenſit flagrantia fulgura miles.
Fŭlĭcă, vel Fulix. Virg.1.Georg. ———— *quumq́; marinæ*
In ſicco ludunt fulicæ,notaſq́; paludes
Deſerit,atq; altam ſupra volat ardea nubem.
Ouid.lib.8, Nunc celebres mergis fulicisq́; paluſtribus undæ.
Fūlīgō,ĭnis. Virg.7.Eclog. ———— *hic plurimus ignis*
Semper,& aſſidua poſtes fuligine nigri.
Mant. Aeſtuat,ac nigra ſemper fuligine pallet.

Fŭltūră,æ.

Fūltūră,æ. Hor.2.Ser.Sat.3, *Deficient inopem venæ te,ni cibus,atq.*
Ingens accedat ſtomacho fultura ruenti.

Fūmārĭūm. Mart.li.10.Epig. *Improba Maſsiliæ quicquid fumaria cogunt,*
Accipit ætatem quiſquis ab igne cadus.

Fūmŭs. Virg.1.Georg. *Et ſuſpenſa focis exploret robora fumus.*
Idem 2.Aen. ——— *miſtoq́ vndantem puluere fumum.*
Oui.2.Met.fab.——— *calidoq́ inuoluitur vndiq́ fumo.*
Fauſt. *Quid ue fimi memorem fumū exhalantis opacū.*

Fūnālĕ. Virg.1.Aen. *Incenſi,& noctem flammis funalia vincunt.*
Oui.12.Met.fab. *Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis.*
Polit. *Omnis caratis radiat funalibus ara.*

Fūnālĭă, lĭūm. Hor.3.car.Od.26, *Læuum marinæ qui Veneris latus*
Cuſtodit,hîc hîc ponite lucida
Funalia,& veſtes & arcus
Oppoſitis foribus minaces.

Fūndāmĕn. Virg.4,Georg.——— *& lentum de cortice gluten*
Prima fauis ponunt fundamina.
Fauſt. *Vt benefacta manent ſolidi fundamina muri.*

Fūndāmēn-tūm. Virg.1.Aen. *Fundamenta locant alij,pars ducere muros.*
Lucret.lib.2, *Fundamenta,quibus nitatur ſumma ſalutis.*

Fūndŭs, notæ eſt quantitatis. Compoſit. *Latifundium.*

Fūnĭcŭlŭs.

Fūnĭs,is. Virg.1.Georg. ——— *non illa quiſquam me nocte per altum*
Ire,neq́ à terra moneat conuellere funem.
Oui.4.Met.fab. *Soluitur herboſo religatus ab aggere funis.*
Lucan.lib.2. *Vt tremulo ſtarent contenta fune carinæ.*

Fūnŭs,ĕrĭs. Virg.4.Aen. *Nec moritura tenet crudeli funere Dido.*
Oui.14.Met.fab. *Funera ducebat mediam lacrimoſa per vrbē.*

Fūr,fūrĭs. pro ſeruo & raptore.
Virg.3.Eclog. *Quid domini facient audent cùm talia fures?*
Mart.lib.5, *Callidus effracta numos fur auferat arca.*
Compoſit. *Bifur, Trifur.*

Fūrācĭtās.

Furcifer, uide,particulam, *Fer.* in *Latio.*

Fūrĭă,æ. Virg.3.Georg. *In furias,ignemq́ ruunt,amor omnibus idem.*
Idem 12.Aen. *Exuuiasq́ hauſit,furijs accenſus & ira.*

Fūrŏr,

Fŭrŏr,ōris. *Virg.10.Eclog.* ——— *libet Partho torquere Cydonia cornu*
Spicula,tāquam hæc ſit noſtri medicina furoris.
Idem 2.Aen. *Inſtamus tandem immemores,cæciq́; furore;*
Et monſtrum infœlix ſacrata ſiſtimus arce.
Idem 12.Aen. *Amplius hunc oro,ſine me furere antè furorem.*
Lucan.lib.1, *Quis furor,ô ciues,quæ tanta licentia ferri?*
Fūſcĭnă. *Mart.lib.1,* *Fuſcina dente minax nexu fuit anchora curuo.*
*Fūsĭō,ōnis.*uerbale.
Compoſit.*Confuſio,Diffuſio,Effuſio,Infuſio,Perfuſio,Profuſio.*
*Fūsŏr,*Compoſit.*Effuſor,Infuſor,Profuſor.*
Prud.in Cath.Fons vitæ liquida fluens ab arce,
Infuſor fidei,ſator pudoris,
Mortis perdomitor,ſalutis autor.
Fūsŭs,& Fuſum. *Virg.4.Georg.* ——— *dum fuſis mollia penſa*
Deuoluunt.
Idem 6.Aen. *Siue leui teretem verſabat pollice fuſum.*
Propert. *Non tot Achemenÿs armantur fuſa ſagittis.*
*Futatio,*uerbale inuſitatum.Compoſit.*Confutatio, Refutatio:* Item,*Refutatus,*4.inflexionis.
Lucret. *Ancipitiq́; refutatu conuincere falſum.*
Fūtĭlĭtās.

CLASSIS

CLASSIS PRIMAE
ORDO SEPTIMVS.

De quantitatibus nominum appellatiuorum incipientium à

G

G ante A.

Găbătă,æ. *Mart.lib.7.Epig.Tranſcurrunt gabatæ,volantq́; lances.*
Idem li.11.Epig.32,Sic implet gabatas,paropſidasq́;.

Gālbănūm, pro ſucco uel lacrima ferulæ.
Lucanus li.8. Hic ebulum ſtridet,peregrinaq́; galbana ſudant.

Galbana,ōrūm. pro ueſtis genere.
Iuuen.Sat.2. Cærulea indutus ſcutulata & galbana raſa,

Gālbŭlă. *Mart.lib.13, Galbula decipitur calamis & retibus ales,*
Turget adhuc uiridi quum rudis vua mero.

Gălĕă. *Virg.1.Georg. Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes.*
Ouid.2.Faſt. Nec galea tegimur,nec acuto cingimur enſe.
Lucan.lib.3, Arma ferunt,galeamq́; extenſus protegit vmbo.
Sil.lib.1, Quà corpus loricam inter,galeamq́; pateſcit.

Gălērŭs. *Virg.7.Aen. Bina manu,fuluosq́; lupi de pelle galeros.*
Idem in Epig. Hac viret anguſto foliorum tecta galero.
Polit. Splendeat ut rutilo frons inuidioſa galero.
Iuuen.Sat.6, ——flauo crinem abſcondente galero.

Gāmmărŭs. *Mart.li.2.Epig.Concolor in noſtra,gammare,lance rubes.*
Iuuen.Sat.5, Sed tibi dimidio conſtrictus gammarus ouo
Ponitur.

Gămŏs. uocabulum Græcum,latinè tranſcriptum, idem quod nuptiæ.Compoſit.eius ſunt, *Agamus, Bigamus, Digamus, Trigamus, Octogamus, Polygamus.*

Gănĕă,æ.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Gănēă,æ. uel *Gănēŭm.* gener.neut.

Mant. De ganea, de ſegnitie, de infamibus actis.

Iuuen.Sat.11, Sed laudem ſiliquas occultus ganeo pultes.

Gănēō,ōnis.Prud.in Ham.—— medicata vt fercula pigram
Ingluuiem, vegetamq́; gulam ganeonis ineſcent.

Gănēŭm. Ter.in Adel.Act.3.Sce.3, Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquò, perſuaſit ille impurus, ſat ſcio.

Gānnītŭs. Lucre. Longè alio pacto gannitu vocis adulant.
Auſon. Principio tremulis gannitibus aëra pulſat.

Gārrŭlĭtās, Ouid.5.Met. Raucaq́; garrulitas ſtudiumq́; immane loquēdi.
ātĭs. Mart.li.5.Epig. Crede mihi quamuis ingentia poſthume donec
Autoris pereunt garrulitate ſui.

Gărŭm. Mart.lib.6, Amphora corrupto nec vitiata garo.
Idē li.13.Epig. Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.
Idem lib.7, Addet & arcano miſta falerna garo.

Gărŭs, piſcis, de quo fit garum.

Gāusăpĕ, Ouid.2.de Art. Gauſapa ſi ſumſit, gauſapa ſumta proba.
&
Gāusăpă. Hor.2.Ser.Sat. Gauſape purpureo menſam perterſit, & alter.

Gāusăpĭnă, ueſtis uilloſæ genus.
Martial. Menſe vel Auguſto tollere gauſapinas.

Găză. Virg.5.Aen. —— & gaza latus agreſti.
Idem, —— tabulæq́; & Troia gaza per vndas.
Stat.lib.1.Sil. Digne Mida Crœſiq́; bonis & Perſide gaza..

G ante E.

Gĕlăsĭnŭs. Mart.lib.7. Nec grata eſt facies cui gelaſinus abeſt.

Gelatio, Compoſit. *Gongelatio, Regelatio.*

Gelicidum, vide Cadentia.

Gĕlū. Virg.2.Georg. Rura gelu tum claudit Hyems, nec ſemine iacto,
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Lucan.lib.4, Pigro bruma gelu, ſiccisq́; aquilonibus horrens.
Mant. —— ſtabunt tum flumina crudo
Incruſtata gelu.

Gĕmĕlli, *Virg.1.Eclog.* ——————— *modò nanq; gemellos*
& *Spem gregis ab ſilice in nuda connixa reliquit.*
Gĕmĭnī. *Oui.11.Met.fab.Naſcitur è Phœbo,namq; eſt enixa gemellos.*
ſubſtãtiuè.
Gĕmĭnātĭō. Compoſit. *Congeminatio.*
Gĕmĭtŭs. *Virg.3.Georg.Cum gemitu reboant ſiluæq; & magnus Olympus.*
Oui.2.Met.fab.Icta dedit gemitum,tractoq; à vulnere ferro.
Buch.Pſal.55, Aſpice attentus mihi quo tumultu
Aeſtuet pectus,gemitu dolores
Quo fremant,dum vis mihi frausq; ſæuæq;
Imminet hoſtis.

Gĕnæ,ārum. *Virg.8.Aen. Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentus*
Pont. Occupat & teneras purpura grata genas.
Gĕnĕr,ĕrī. *Virg.1.Georg. Teq; ſibi generum Thetys emat omnibus vndis.*
Idem 2.Aen. Et gener auxilium Priamo Phrygibusq; ferebat.
Perſ.Sat.2, Hunc optent generum rex & regina.
Lucan.lib.1, Et generos ſoceris mediæ iunxere Sabinæ.
Gĕnĕrātĭō, *Prud.in Ham.* ——————— *tum primus in illo*
ōnĭs. *Quē genuit,quid enim differt generatio ſimplex?*
Compoſit. *Congeneratio,Degeneratio,Regeneratio.*
Gĕnĕrātŏr, *Virg.4.Aen.* ——— *magnanimûm quondam generator e-*
ōrĭs.& *quorum.*
Generatrix.
Gĕnĕrōsĭtās.
Gĕnĕsĭs. *Iuue. Sat.5,* ——————— *Si prurit frictus ocelli*
Angulus,inſpecta geneſi collyria poſcit.
Idem Sat.14, Nota mathematicus geneſis tua.
Gĕnĭſtă,æ. *Virg.2.Georg.Curua tenent,vt molle ſiler,lentæq; geniſtæ.*
Mart.li.1.Epig.Non pyra quæ lenta pendent religata geniſtæ.
Gĕnĭtālĭă. *Iuuen.Sat.6, Mollia qui rupta ſecuit genitalia teſta.*
Gĕnĭtŏr, *Virg.4.Georg.Triſtis Ariſtæus Penei genitoris ad vndam.*
& *Idem 12.Aen. Anchiſes genitor Dauni miſerere ſenectæ.*
Gĕnĭtrīx. *Idem 4.Georg.Iamq; domū migrās genitricis & humida regna.*
Ouid.2.Triſt. Iure igitur genitorq; Deûm rectorq; vocatur.
Ouid.5. Met. fab. Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores.

Hinc particula compoſitiua, *Gena,* cuius compoſita communis

munis generis ſunt; *vt Graiugena, Cyprigena.*

Virg.3.Aen. *Graiugenūq; domos, ſuſpectaq; linquimus arua.*

Reliqua omnia quære in Proprijs.

Gĕnĭtūră.

Gĕnĭŭs. *Oui.1.de Art. Placari genius feſtis impunè diebus.*
Mart.li.6.Epig. Victurus genium debet habere liber.
Augur. *Exultatq; hilaris genius, geſtuq; ſoluto.*

Compoſit. *Ingenium.*

Oui.de Art. *Ingenium quondam fuerat precioſius auro,*
Nunc eſt barbaries grandis habere nihil.
Pont. ———— *dijq; ingenijs præſtantibus adſunt.*

Gĕntīlĭtās, ātis. *Prud.in Apoth. Et quod malorum tetrius omnium eſt,*
Gentilitati ſordida nubila.

Gĕnū, & Gĕnŭă. *Virg.3.Aen.* *Aggredior, genibusq; aduerſæ obluctor arenæ.*
Idem 5.Aen. *Genua labāt vaſtos, quatit æger anhelitus artus.*
Ouid.3.Met.fab. Et genibus pronis ſupplex ſimilisq; roganti.
Bapt.Pius. *Vade & prociduo dic bona verba genu.*

Gĕnŭālĭă. *Ouid.10.Met.fab.* ———— *quæq;*
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo.

Gĕnŭlæ, ārūm. diminutiuum à *Genæ.*
Bapt.Pius, *Et tantus niueis ſtat decor in genulis.*

Gĕnŭs, gĕnĕris. *Virg.2.Georg. Hæc genus acre virūm, Marſos, pubemq; Sabellā,*
Aſſuetumq; malo Ligurem, Volſcosq; verutos.
Idem 1.Aene. *Quod genus hoc hominū, quæve hunc tā barba-*
Permittit patria? *(ra morem*
Horatius. *Et genus & virtus niſi cum re uilior alga eſt.*
Idem, *Et genus & formam regina pecunia donat.*

Gĕōmĕtrēs, & Geometra. *Iuuen.Sat.3,* *Grammaticus, Rhetor, Geometres, pictor, aliptes.*

Gĕrĭēs, ēī. à *Gero,* in uſu non eſt. Compoſit. *Congeries.*
Oui.1.Met.fab.2, Sic vbi diſpoſitam, quiſquis fuit ille deorum,
Congeriem ſecuit, ſectamq; in membra redegit.
Claud. ———— *quid fului vaſta metalli*
Congeries?

Gĕrmānĭtās, ātis. Prud.in Ham. Pacem quietam diligat germanitas,

Vnum atq; viuum faſſa viuorum Deum.

Gĕrŭlŭs. *Colum.lib.10, Aere ſinus gerulus plenos grauis vrbe reportet.*

Compoſit.*Damnigerulus,Nugigerulus,Scandaligerulus, Scutigerulus.* Item cum *Ger,* compoſita, quæ ſubſtantiuè ſumũtur; *vt Clauiger.*

Ouid.7.Met.fab.Clauiger inuidit Vulcani incumbere prolem.

Sed hæc in Claſſe ſecunda poſita reperies.

Gēsă,ōrŭm.Virg.1.Aen. *Geſa manu, ſcutis protecti corpora longis.*
Codr. *Et nudare leui Gallica geſa manu.*

Gēſtāmĕn, ĭnĭs. *Virg.3.Aen.* *Aere cauo clypeum magni geſtamen Abantis Poſtibus aduerſis figo.*

G ante I.

Gĭgās,antis.Ouidius, *Affectaſſe ferunt regnum cæleste gigantes.*
Iuuen.Sat.4. *Vnde fit, ut malim fraterculus eſſe gigantum.*

Gĭngĭuă. *Iuuen.Sat.10, Frangendus miſero gingiua panis inermi.*

G ante L.

Glăcĭēs. *Virg 10.Eclog.Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.*
Idem 3.Georg.——————*filicumq; maniplis*
Sternere ſubter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, ſcabiemq; ferat, turpeisq; podagras.
Sil.lib.15, *Non glaciem Arctæam, non experiere furentis*
Ardorem cancri.

Glădĭātŏr, ōrĭs. *Oui.2.de Pont.Eleg.Cæſaris aduentu tutus gladiator arena.*
Mart.lib.3, *Das gladiatores, ſutorum, Regule, cerdo.*
Idē lib.5.Epig.25, Hermes & gladiator & magiſter.

Compoſit. *Digladiator.*

Glădĭŭs. *Virg.10.Aen. Aeneam petit hinc gladio, perq; area ſcuta.*
Oui.1.de Pont.Eleg.Me quoq; conantem gladio finire dolorem.
Iuuencus, *Pars ſtrictis gladijs, pars fidens pondere clauæ.*

Synonyma eius ſunt *Enſis & Mucro,* quæ ſuis inuenies locis.

Per Metonymiam uocatur ferrum.

Glārĕă,æ. *Virg.2.Georg.Nam ieiuna quidem cliuoſi glarea ruris*

Vix humiles apibus caſias, roremq́; miniſtrat.
Lucan. *Aut impulſa leui turbatur glarea vena.*
Tibull.li.1, *Namq; opibus congeſta tuis hic glarea dura.*
Glāucōmă, Prud.in Ham. *Nemo duos ſoles, niſi ſub glaucomate vidit.*
ătis. Idem ibidem, *Eſt glaucoma, aciem quod tegmine velat aquoſo.*
Glēbă,æ. Virg.1.Georg. *Vere nouo gelidus canis quum montibus humor*
Liquitur, & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.
Idem 1.Georg. *Multum adeò raſtris glebas qui frangit inertes,*
Vimineasq́; trahit crates, iuuat arua.
Fauſt. *Et craſſas rigido glebas diſrumpo ligone.*
Glēbŭlă,æ. Iuuen.Sat.14, *Curta fides, patria ſaturabat glebula talis.*
Glīs,glīris. Mart.li.Epig. *Somniculoſos ille porrigit glires.*
Fauſt. *Haud dormit rebus ceu glis hybernus ademptis.*
Globatio, Compoſit. *Conglobatio.*
Glŏbŭs. Virg.1.Georg. *Flammarumq́; globos, liquefactaq́; voluere ſaxa.*
Idem 6.Aen. *Principio cælum & terras, camposq́; liquentes,*
Lucentemq́; globum terræ.
Idem 9.Aen. *Qui globus, ô ciues, caligine voluitur atra?*
Mant. *Teutones attoniti ſubitis inſultibus vnum*
Collecti fecēre globum.
Glŏmĕrā- Lucr.li.2, *Et retinētur enim inter ſe glomeramina quæque.*
mĕn. Idem eodem, *Diſsimiles igitur formæ glomeramen in vnum*
conueniunt.
Glōrĭă. Virg.1.Georg. *Si te digna manet diuini gloria ruris.*
Idem in Cul. *Gloria perpetuum lucens manſura per æuum.*
Idem 12.Aen. *Tum neq; nomē erat, neq; honos, aut gloria mōti.*
Glōrĭŏlă,æ.
Glūtĕn,ĭnĭs. Virg.4.Georg. *Spiramenta linunt, fucoq́; & floribus oras*
& *Explent, collectumq́; hæc ipſa ad munera glutē,*
Glūtĭnŭm, *Et viſco & Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ.*
& Idem eodem, *Narciſsi lacrimam, & lentum de cortice gluten.*
Glūtŭm. Lucret.lib.6, *Glutine materies taurino ita iungitur vnà.*
Perſi.Sat.5, *Nec gluto ſorbere ſaliuam Mercurialem.*
Glutinatio, Compoſitum *Conglutinatio.*

G ante N.

Gnātŭs, *Vir.8.Aen.* *Non ego nunc dulci amplexu diuellerer vſquam,*
& *Gnate, tuo.*
Gnātă.
Gnāuĭă, inuſit. Compoſit. *Ignauia.*
Archit. *Non attingit, humi ſerpens ignauia culmen*
Pigra.
Buch.in Ieph. *At qui ſopori deditus & ignauia eſt,*
Et vitam inertem pecudis inſtar tranſigit,
Nil intereſſe opinor, an ſit mortuus,
An morte vitam obſcuriorem duxerit.

G ante O.

Gōbĭo, ōnis. *Iuuen.Sat.11,* *Nec mullum cupias, quum ſit tibi gobio tantum*
In loculis.
Gōbĭŭs. *Mart.lib.13;* *Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.*

G ante R.

Grăbātŭs. *Vir.in Moreto,* *Membra leuat ſenſim vili demiſſa grabato.*
Mart.li.6.Epig. *Sed ſi nec focus eſt, mundi nec ſponda grabati.*
Idem li.11.Epig.57, *Et teges, & cimex, & nudi ſponda grabati,*
Et breuis atq; eadem nocte dieq; toga.
Grăcŭlŭs. *Ouid.2.Ele.* ——— *& pluuiæ graculus autor aquæ.*
Idem in Phil. *Graculus inuento nitidi pauonis amictu.*
Grădŭs, us. *Vir.3.Geor.* *Corpore mox gyrum incipiat, gradibusq; ſonare.*
Ouid.in Epig. *Inq; tuo celerem littore ſiſte gradum.*
Idem 4.Met.fab. *Notitiam primosq; gradus vicinia fecit.*
Grāmĕn, ĭnis. *Vir.10.Eclo.* ——— *nec gramina riuis,*
Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellæ.
Idem, ——— *nulla neq; amnem*
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbã.
Idem in Cul. *Tondebant tenero viridantia gramina morſu.*
Grāmmătĭcŭs. *Hor.in Art.poët.* *Grammatici certãt, & adhuc ſub iudice lis eſt.*
Mart.li.2.Epig. *Bellus Grammaticus, bellus es Aſtrologus.*
Grānārĭŭm. *Hor.1.Ser.Sat.1,* *Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris.*
Perſi.

Perſ.Sat.5, *Iam nunc aſtringas, iam nunc granaria laxes.*
Grānŭm. *Oui.5.Tri.* *Quotúe ſoporiferum grana papauer habet.*
Idem 4.Faſt. *Detis & in veteres turea grana focos.*
Grăphĭārĭ-ūm. *Mart.lib.14,* *Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro,*
Si puero dones, non leue munus erit.
Grăphĭūm. *Oui.1.Amor.Ele.11,* *Quid digitis opus eſt graphiū laſſare tenē-(do.*
Grātēs. *Vir.2.Aen.* *Perſoluant grates dignas, & præmia reddant.*
Idem 3.Aen. ——————— *grates perſoluere dignas,*
Non opis eſt noſtræ, Dido.
Grātĭă,æ. *Vir.1.Geor.* *Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.*
Oui.9.Met.fab.5, *Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.*
Grātĭtūdō, Compoſit. *Ingratitudo.*
Grātŭlātĭō, ōnĭs. Compoſit. *Congratulatio, Prægratulatio, Regratulatio.*
Grātŭlātŏr, ōrĭs, *Mart.li.10.Epig.74,* *Iam parce laſſo, Roma, gratulatori,*
Laſſo clienti; quamdiu ſalutator
Anteambulones & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto.
Grăuēdō, ĭnĭs.
Grăuĭtās, pro pondere.
Oui.2.Met.fab.2, *Sed leue pondus erat, nec quod cognoſcere poſ-(ſent*
Solis equi, ſolitaq́; iugum grauitate carebat.
Idē 9.Met.fab.5, *Tendebat grauitas vterū mihi, quodq́; ferebā*
Tantum erat, vt poſſes autorem dicere tanti
Ponderis eſſe Iouem.
Grăuĭtās, pro maieſtate, ſeu auctoritate.
Hor.2.Epiſt.1, *Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.*
Mant. *In tenero grauitas ore ſenilis erat.*
Idem, *Quæ allegat grauitas & quæ proſcribit honeſtas.*
Gregatio, Verbale. Compoſit. *Aggregatio, Congregatio.*
Grĕmĭŭm. *Vir.2.Geor.* *Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes*
Magnus alit magnó commiſtus corpore fœtus.
Idem 1.Aen. *Hæret, & interdum gremio fouet inſcia Dido.*
Idem, ——————— *& fotum gremio Dea tollit in altos*
Idaliæ lucos.
Quint. ——————— *quos non temeranda poëſis*

Prædulci eduxit gremio.

Grĕx,grĕ-gis. *Virg.2.Eclog.Hædorumq́, gregem viridi compellere hibiſco.*
Idem 3.Georg.Lanigeros agitare greges hirtasq́, capellas.
Oui.4.Met.fab.Mille greges illi, totidemq́, armenta per herbas
Paſcebant.

*Grūmŭs.*pro Cliuulo.
Vir.in Opuſc. Interdum grumos ſpargit.

Grūnītŭs, ūs. *Pru.in Periſt.Elinguis,& quem porca grunitum ſtrepit,*
Cui vox fragoſa,clamor eſt inconditus.

Grus,is. *Virg.1.Georg. Strymoniaeq́, grues,& amaris intyba fibris*
Officiunt,aut vmbra nocet.
Idem 1.Georg.Strymoniæ dant ſigna grues.
Quint. *Atq́, grues nimium querulæ,picaq́, loquaces.*

Grȳps.Grȳphis,& Grȳphŭs,Grȳphī. Animal pennatum & quadrupes, omnibus membris leoni, alis & facie tantum aquilæ ſimile.
Virg.8.Eclog.Iungentur iam gryphes equis;æuoq́, ſequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula Damæ
Polit. *Gryphas Hyperboreos Nemeſis,Cytherea colūbas.*
Mant. *Eſt alijs gryphes latè bipatentibus alis.*

G ante V.

*Gŭbērnācŭlŭm;*vel *gŭbērnāclŭm.*per Syncopen.
Virg.6.Aen. Namq́, gubernaclum multa vi fortè reuulſum.
Lucret.lib.4,Atq́, gubernaclum contorquet quodlibet vnum.

Gŭbērnātĭō.

Gŭbērnātŏr, Vir.3.Aen. Quà curſum ventusq́, gubernatorq́, vocabant.
& *Idem,* *Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat.*

Gubernatrix.Oui.2.Triſt.Ele.Ipſe gubernator tollens ad ſidera palmas.

Gŭlă. *Mart.li.3.Epig.17,Sed magis ardebat Sabidi gula:protinus ergo*
Sufflauit buccis terq́, quaterq́, ſuis.
Iuuen. *————quanta eſt gula quæ ſibi totos*
Ponit apros,animal propter conuiuia natum.
Idem Sat.14, Et cana monſtrante gula quum ſeptimus annus.
Mant. *Inſeruire gulæ de more cucurbita in aluum.*

G ante Y.

Gȳmnăsĭūm. Mart.li.3.Epig. Gymnaſiū, therma, ſtadiū eſt hac parte, recede.
Iuuen.Sat.3, Gymnaſia, atq; audi facinus maioris abollæ.
Gȳmnŏsŏphĭſtă. uide ſimplex, Sophiſta.
Prud.in Ham. Oſtentaſq; ſuos vicatim gymnoſophiſtas.
Gȳnēcǣūm. Teren.in Phor. Act.5.Sce.6, Vbi in gynaceū ire occipio, puer ad me accurrit Mida,
Pone apprehendit pallio.
Gȳrŭs. Virg.5.Aen. Dixerat hæc, aditis quū lubricus anguis ab imis.
Septem ingens gyros, ſeptem volumina traxit.
Ouid.2.Am.Eleg.6, Viuit edax vultur, ducitq; per aëra gyros
Miluius, & pluuiæ graculus autor aquæ.
Tibul.lib.4, Seu libeat curuo melius contendere gyro.

CLASSIS PRIMAE,

ORDO OCTAVVS:

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum Appellatiuorum incipientium ab

H

H ante A.

Hăbēnă. Virg.9.Aen. Ipſe ter adducta circum caput egit habena.
Idem 12.Aen. Terribilis ſæuam nullo diſcrimine cædem
Suſcitat, irarumq; omnes effundit habenas.
Stat.lib.11, In præceps ſonipes ſtricta contemptor habenæ.
Hăbēntĭă. Compoſit. Cohibentia.
Hăbĭtăcŭlūm. Mant. Soliuagis vmbroſa feris habitacula quondam.
&
Habitaclū. Idem, Eijce, & exulibus da prima habitacula nobis.

Hăbĭtātĭō, Prud.in Ham.Multa in theſauris patris eſt habitatio, Chriſte. ōnis.

Hăbĭtātŏr. Lucan.lib.1, Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat Heſperia.

Iuuen.Sat.14, Magnum habitatorem, quantò felicior hic qui.

Mant. Sit opifex rerum, pater, atq; habitator Olympi.

Habitio, Compoſit.*Cohibitio.Exhibitio,Perhibitio.*

Hăbĭtūdō, Mant. Martis opus, vegeti ſenſus habitudine corpus. inis.

Hăbĭtŭs. Vir.1.Geor. Ventos & varium cœli prædiſcere morem Cura ſit; ac patrios cultusq; habitusq; locorum.

Stat.2.Silua. Forſan & ipſe dabit moresq; habitumq; decoris.

Hæmōrrhŏïs.Luc.li.9, Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes.

Idem eodem, Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo.

Hærēdĭtās, Buch.Pſal.94, Tuumq; populum pedibus interim premunt, ātis. Tuam proteruè hæreditatem proterunt.

Idem Pſal.119, Obſequi tibi, mihi vna eſt ſpes, opes, hæreditas: Vt bonus promiſſa præſtes, vnicè vnum id ambio.

Hærēntĭă, notæ quantitatis. Compoſit.*Cohærentia.*

Hærēs, ēdis. Vir.in Opuſ. Quatuor antiquis quæ hæredibus eſt data cõſors.

Oui.in Epiſt.Phyll. Hæredem patriæ perfide fraudis agis.

Compoſit.*Cohæres.*

Hæreſiarcha, vide, Archa.

Hærĕtĭcŭs. Mant. Hæreticos, & præcipuè quos fecerat impos.

Hālātĭō, Compoſit.*Exhalatio.*

Halcyones, vide Alcyones.

Hālec.ēcis. Hor.2.Serm.Sat.4,—————— ego fecem primus & halec Inueni.

Idem eodem, Peruellunt ſtomachum ſiſer, halec, fercula Coa.

Mart. Capparin & putri cæpas halece natantes.

Hălĭăētŭs. Oui.8.Met.fab. Et modò factus erat fuluis haliaetus alis.

Hālĭtŭs. Vir.2.Geor. Inter enim labentur aquæ, tenuisq; ſubibit Halitus, atq; animos tollent ſata.

Idem 3.Geor. Terraq; raſa ſonat, ſquamis quiq; halitus exit.

Mart.li.10.Epig.42, Tã dubia eſt lanugo tibi, tã mollis; vt illã, Halitus & ſoles & leuis aura terat.

Hāltĕr,

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Hāltĕr,ĕris.Mart.li.14.Epig.Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti,
Exercet melius vinea foſſa viros.
Hāmātūm. Tibull. *Candidaq; hamatis crura notare rubris.*

Eſt autem hoc ornamentum crurum, inſtar hami cancellatum, & diuerſis coloribus illuminatum; ut uidemus in antiquis picturis deorum & heroum.

Hāmŏtrăhō,ōnis.vide Tractio.
Hāmŭlā. Colum. *Atq; habilem lymphis hamulā; Bacchóue lagenā.*
Hāmŭlŭs.
Hāmŭs. Vir.3.Aen. *Loricam conſertam hamis auroq; trilicem.*
Oui.2.de Pont. Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo.
Idem de Arte, Caſus vbiq; valet, ſemper tibi pendeat hamus,
Quo minimè credis gurgite piſcis erit.
Mant. *Piſcibus inſidias tendebat arundine & hamo.*
Haphē, pulueris conſperſio.
Mart.li.7.Epig.Et flaueſcit haphe.
Hără,æ. Ouid.3.Eleg. *Et minor ex humili victima portus hara.*
Idem Epiſt.1, Hoc faciunt cuſtoſq; boum, longæuaq; nutrix,
Tertius immundæ cura fidelis haræ.
Hariolus vel Ariolus. Vide in litera *A.* huius primæ Claſsis.
Hārmŏnĭă, pro uocum conuenientia & concentu.
Lucret.lib.4, Nam multū Harmonia Veneris differre vidētur.
Prud.in Cathem. Sumere quum mouet hora cibum,
Noſtra Deus canet harmonia.
Idē in Periſt. *Manere ſaluā vocis harmoniam probæ,*
Non poſſe inani concauo verba exprimi,
Quæ concrepare lingua moderatrix facit.
Hăſtīlĕ. Vir.2.Georg. *Tum leues calamos, & raſa haſtilia virgæ.*
Idem 5.Aen. *Cornea bina ferunt præfixo haſtilia ferro.*
Oui.8.Met.fab. Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent.

H ante E.

Hĕbdŏmădē, Sidon. *Claudius Hebdomaden duplicem trahit, & Nero dirus.*
&
Hĕbdŏmădă,æ.Mant. *Semper vt hebdomadis curſus compleuerit orbē.*
Idem,

Idem, *Pratereo treis hebdomadas quas addidit iſtis.*

Hĕbĕnŭs,vel *Virg.2.Geor.Diuiſa arboribus patria,ſola India nigrum*
Ebenus,& *Fert hebenum.*
Hebenū,vel Mant. ———— *nec decolor India tantùm*
Ebenum. *Parturit enodos Hebenos.*
Perſi.Sat.1, *Caſtoreum,ſtuppas,hebenum,tus,lubrica,Coa.*

Hĕcătōmbē,Iuuen.Sat.12,———— *exiſtunt qui promittant hecatomben.*
&
Hĕcătōmbē.Prud.in Periſt.Addamus illam,vis,hecatomben tuam?
Centena ferro quum cadunt animalia.

Hĕdĕră, alba uel nigra eſt.
Virg.7.Eclog. Paſtores hedera creſcentem ornate Poëtam
Arcades,inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Idem 7.Eclog.Candidior cygnis,hedera formoſior alba.
Idem, ———— *aut hedera pandunt veſtigia nigra*
Idē in Pharm.———— *atq; hanc ſine tempora circum*
Inter victrices hederā tibi ſerpere lauros.(Baccho.
Ouid.3.Faſt. Cur hedera hac tincta eſt? Hedera eſt gratiſsima

Hĕllĕbŏrŭs, ſiue *Hĕllĕbŏrūm,*& *Elleborus* ſine aſpiratione.
Virg.3.Georg.———— *helleborosq; graues, nigrumq; bitumen.*
Colum.lib.10, Sed negat helleboros,& noxia galbana ſucco.
Hor.2.Ser.Sat.Expulit helleboro morbos bilemq; meraco.

Hēmĭtrĭtæ̆ŭs, febris ſemitertiana.
Mart.li.2.Epig.40,Vri Tongilius malè dicitur hemitritao,
Noui hominis mores,eſurit atq; ſitit.
Idem li.12.Epig.Cui grauis & feruens hemitritaus erat.

Hēpăr, ătĭs.

Hĕrnĭă. *Mart.* *Deriſor Fabianus herniarum.*
Idem, *Ingens iratis apparuit hernia ſacris.*

Hĕrnĭcă. *Syl.lib.4,* *Quosq; in pragelidis duratos hernica riuis.*

Hērōĭnă. *Prop.li.1.Eleg.Illa ſit Inachijs & blandior heroinis.*

Hērōĭs,ĭdĭs. pro fœmina illuſtri.
Oui.1.Triſt.Eleg.5,Prima locū ſanctas heroidas inter haberes,
Prima bonis animi conſpicerere tui.
Mart. *Mutatas formas heroidas inſuper ijſdem*
Addit.

Stat.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Stat.3.Silua. *Quæ veteres Latias,Graiasq́; heroidas aquas.*

Hērōs, Hē-rōis. Virg.4.Eclog. ——— *diuisq́; videbit*
Permiſtos heroas,& ipſe videbitur illis.
Idem ibidem, *At ſimul heroum laudes & facta parentis*
Iam legere,& quæ ſit poteris cognoſcere virtus.
Hor.2.Ser.Sat. *Conſule cur Aiax heros ab Achille ſecundus.*

Hĕrŭs, vel Hĕră. Virg.3.Aen. *Nec victoris heri tetigit captiua cubile.*
Ouid.9.Epiſt. *Aequaq́; formoſæ penſa rependis heræ.*
Hor.1.Epiſt.17, *Ne percuncteris,fundus meus,optime Quinti,*
Eruo paſcat herum,an baccis opulenter oliua.

Hēxăclīnōn. Mart.li.Epig. *Et teſtudineum menſus quater hexaclinon*
Ingemuit.

Hēxăphŏrŭm. Mart.li.2.Epig. *Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit.*

Hexaſtichon & Hemiſtichium,vide Stichos.

H ante I.

Hĭātŭs. Virg.6.Aen. *Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.*
Ouid.Epiſt.3, *Deuoret antè precor ſubito telluris hiatu.*
Propert.lib.3, *Et miſer inuiſam traxit hiatus aquam.*

Hĭbīſcŭs,ſiue Hĭbīſcŭm. Virg.2.Eclo. *Hædorumq́; gregem viridi compellere hibiſco.*
Idem Eclog.10, *Dum ſedet & gracili fiſcellam texit hibiſco.*

Hĭlărĭtās, atis. Plau.in Pſeu.Prol. *Gratia,decor,hilaritas,atq; delectatio.*

Hīlŭm. Eſt nigredo illa in ſummitate fabæ;unde pro re contemtibili & nullius precij ſumitur.
Lucret.lib.5, *Et numerum ſeruare genus didicere neq; hilo*
Maiore interea capiunt dulcedine fructum.

Hȳmēn, pro pelle uirginali.
Oui.1.Met.fab. *Nec quid hymē,quid amor, quia ſint connubia.*

Hīnnītŭs. Oui.2.Met.fab. *Solis equi,quartusq́; Phlegon hinnitibus auras.*
Idem eodem, *Addidit hinnitus,& brachia mouit in herbas.*
Mant. *Et procul hinnitu campus ſonat omnis acuto.*

Hīnŭlŭs. Propert.lib.3, *Atq; hinuli pellis totos operibat amantes.*

Hĭppōdrŏmŏs. Mart.li.12.Epi. *Pulnereuq́; fugax hippodromō vngula pulſat.*

Hippō-

Hippŏdrŏmŭs. *Mant.* *Vita hac hippodromus, vita hac eſt grata theatrum.* *(cunt*

Hippŏmănēs. *Vir.3.Georg.* *Hinc demum hippomanes, vero quod nomine dicunt*
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus.
Idem eodem, *Hippomanes quod ſæpè malæ legere nouercæ.*
Mant. *Stillat ab immundis naribus hippomanes.*

Hĭrūndō, ĭnis. *Virg.1.Georg.* *Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo.*
Idem 4.Geor. ——————— *ante*
Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Ouid.2.Faſt. *Fallimur, an veris prænuncia venit hirundo?*
Polit. *Canus olor ripis, tecto vaga plorat hirundo.*

Hĭrūdō. *Hor.de Art.* *Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.*

Hĭſtŏrĭă. *Mart.li.2.Epig.* *Hiſtorias bellas, carmina bella facis.*
Iuuen.Sat.7, *Vt legat hiſtorias, autores nouerit omnes.*

Hĭſtŏrĭcŭs, ſubſtantiuè. *Iuuen.Sat.7,* *Quis dabit hiſtorico, quantum daret acta legenti.*

Hiſtrĭōnĭă, æ. *Plau.in Prol.Amph.* ——— *operæprecium hic ſpectantibus*
Iouem & Mercurium facere hiſtrioniam.

H ante O.

Hædīlē.

Hædŭlŭs. *Iuuen.Sat.11,* *E Tiburtino veniet pinguiſsimus agro*
Hædulus.

Hŏlŏcauſtŭm. *Buch.Pſal.50,* *Non arguam te, quòd mihi victimæ*
Cruore raro altaria ſparſeris,
Aut parcus armenti cremâris
Rara ſacris holocauſta flammis.
Idem Pſal.20, *Protinus in cineres depaſta holocauſta reſoluet,*
In aſtra voluens flamma lucem ſplendidam.

Hŏmŏ, ĭnis. *Virg.10.Eclo.* *Aut deus ille malis hominum miteſcere diſcat.*
Idem 1.Geor. *Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem,*
Vnde homines nati, durum genus.
Oui.1.Met.fab.1, *Pronaq́ue quũ ſpectent animalia cætera terrã,*
Os homini ſublime dedit, cælumq́ue tueri
Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Remaclius, *Vilis homo, cognoſce tuæ monumenta ſalutis.*
Compoſit. *Semihomo.*
Virg. 8. Aen. *Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu*
Semihominis Caci.

Hŏmœŏmĕrĭă. Lucret. lib. 1, *Hinc & Anaxagoræ ſcrutemus homœomeriam.*

Hŏmŏnœă, hoc eſt concordia.

Hŏmŭncŭlŭs. dimin. ab homo.
Buch. Pſal. 9, *Rerum ſurge parens, neu ſine vt impotens*
Aduerſus tenues creſcat homunculus,
Et iuris preme frenis
Gentes, Arbiter, impias.

Hŏnĕſtās, ātis. Pru. cont. Sym. *Quæ nunc veſtalis ſit virginitatis honeſtas,*
Diſcutiam, qua lege regat decus omne pudoris.

Hŏnĕſtŭm. Hor. 1. Ser. Sat. 6, ———— *magnum hoc ego duco,*
Quòd placui tibi, qui turpi ſecernis honeſtũ;
Non patre præclaro, ſed vita & pectore puro.
Lucan. lib. 9, ———— *ſerpens, ſitis, ardor, arenæ,*
Dulcia virtuti; gaudet patientia duris:
Lætius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtũ.

Hŏnŏr, ōris. Virg. 4. Eclog. *Aggredere ô magnos, aderit iam tempus, honores.*
Idem 1. Aen. ———— *& lætos oculis afflarat honores.*
Oui. 1. Met. fab. *Quos quoniã cæli nondum dignamur honore.*

Hŏnōs, etiam dicitur, ad habendam ultimam longam.

Honoratio, onis.
Virg. 2. Eclog. *Addã cerea pruna; et honos erit huic quoq; pomo.*
Virg. 11. Aen. ———— *ſi quis Amatæ*
Tangit honos animum.
Oui. 11. Met. fab. *Nedum verborum ſtet honos, & gratia viuax.*

Hōră. Virg. 3. Eclog. *Hic alienus oueis cuſtos bis mulget in hora.*
Idem 1. Georg. ———— *nunquam te craſtina fallet*
Hora, neq; inſidijs noctis capiere ſerenæ.
Petrarch. *Quid vano ſermone leues conſumimus horas?*

Hōrāūm. Plau. in Capt. Act. 4. Sce. 1, *Horaũ, ſcombrum, & trygona, & cetum, & mollem caſeum.*

Horizon.

Hŏrrĭdĭtās.

Hor-

Hortatio,verbale. Compoſit. *Adhortatio, Cohortatio, Dehortatio.*

Hŏrtŭlŭs. diminutiuum ab *Hortus.*

Vir.in Opuſc. Cecropius ſuaues expirans hortulus auras.

Iuuen.Sat.3, Hortulus hic,puteuſq́; breuis,nec reſte mouendus.

Hŏſpĭtālĭtās.Mart.li.1.Epig.144,Tam comi patet hoſpitalitate,

Credas Alcinoi pios penates.

Compoſit. *Inhoſpitalitas.*

Hŏſpĭtĭŭm. Virg.3.Aen. Iungimus hoſpitio dextras,& tecta ſubimus.

Virg.4.Aen. ——————— benigno

Indulge hoſpitio,cauſaſq́; innecte morandi.

Idem 7.Aen. Ne fugite hoſpitium,neue ignorate Latinos.

Hŏſtĭă. Ouid. Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.

H ante V.

Hūbĕr,ĕrĭs.Virg.2.Georg. Quiq́; frequens herbis,& fertilis hubere campus.

pro fœcunditate. *Idem 1.Aen.Terra antiqua potens armis,atq; hubere glebæ.*

Columel.li.10,——————aut pruni lapidoſis obruta pomis

Gaudet,& iniuſſi conſternitur hubere mali.

Hubertas.

Hūmānĭtās,Buc.in Ieph. Nos quibus(vt hominis ſeruiamus nomini)

ātĭs. Peculiaris debet eſſe humanitas,

Longè à ferarum vincimur clementia.

Compoſit. *Inhumanitas.*

Humerale.

Hŭmĕrī. Virg.1.Georg. Certatim largos humeris infundere rores.

Idem 2.Aen. Hac fatus latos humeros,ſubiectaq́; colla

Veſte ſuper,fuluiq́; inſternor pelle leonis.

Oui.1.Met.fab.Dixerat iſta decet humeros geſtamina noſtros.

Hūmŏr,ōrĭs.Virg.1.Georg.Vere nouo gelidus canis quum montibus humor

Liquitur.

Idem eodem, Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.

Idem 2.Georg.Ipſa ſatis tellus quum dente recluditur vnco.

Sufficit humorem,& grauidas cũ vomere fruges.

Hŭmŭs. Virg.1.Georg. Nec non & lini ſegetem & cereale papauer

Tempus

Tempus humo legere, et iãdudũ incũbere aratris.

Idem 1.Aen. *Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor*
Corpora fundat humi; & numerum cum naui-
bus æquat.

Oui.5.Met. *Frigora dant rami, varios humus humida flores.*

H ante Y.

Hy̆ăcinthiă. Oui.10.Met.fab. *Nec genuiſſe pudet Spartẽ Hyacinthõ; honorq́;*
Durat in hoc æui; celebrãdaq́; more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hy̆ăcinthŭs. Vir.3.Eclo. *Et me Phœbus amat, Phœbo ſua ſemper apud me*
Munera ſunt lauri, & ſuaue rubens hyacinthus.

Idem 6.Eclo. *Ille latus niueum molli fultus hyacintho.*

Manili. *Pallentes violas, & purpureos hyacinthos.*

Hy̆ænă. Oui.15.Met.fab.———— *& quæ modo fœmina tergo*
Paſſa marem, nũc eſſe marẽ miramur hyænã.

Mant. *Callida, et vt perhibẽt noſtræ æmula vocis hyæna.*

Hy̆ălŭs. Vir.4.Geor. ———— *mileſia vellera nymphæ*
Carpebant hyali ſaturo fucata colore.

Mant. *Cum geminis fragiles hyalos, cum Palladis imbre.*

Hy̆brĭs, y̆dŏs, vel Mart.li.6.Epig.39, *Iamq́; hybridarum grex tibi foret plenus,*
Si ſpado Coreuſus, Dindymusq́; non eſſet.

Hy̆brĭdă, æ.

Hy̆dră, æ. & Vir.de Herc. *Proxima Lernæam ferro & face contudit hydrã.*

Idem, *Extincta eſt anguis quæ pullulat hydra ſecundò.*

Oui.9.Met.fab. *Arcadiæ vaſtator aper, nec profuit hydræ.*

Claud. *Lernæamq́; virens obſederat hydra paludem.*

Hy̆dră, æ. Seneca, *Exedit artus virus, vt fama eſt, hydræ.*

Hy̆drĭă. Pru.in Cath. *Nunciat vinum miniſter*
Eſſe promtum ex hydria;
Ipſe rex ſapore tinctis
Obſtupeſcit poculis.

Hy̆drŏcēlē. Mart.li.12.Epig. *Quem cuncti modò colei timebant*
Dicentem tumidas in hydrocelas.

Hy̆drŏpĭcŭs. Horat. *Vt teipſum ſerues non expergiſceris? Atqui*
Si noles ſanus, cures hydropicus.

Fauſt. *Quùm biberis ſitiens optatam hydropicus vndā.*

Hydrōps, ōpis. Horat. *Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops;*
Nec ſitim pellet, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.

Textor, *Lydiacis hydrops inſaturatus aquis.*

Hydrōpiſis. Archit. *Mœroris tumidam curas hydropiſin ægro.*

Hyēms, ēmis. Vir. 10. Eclo. *Sithoniasq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.*

Stroz. Pat. *Aut pluuialis hyems Zephyro ſpirante recedit.*

Hypŏcău-ſtūm. Sta. li. 1. Silu. *——— & tenuem voluunt hypocauſta vaporē.*

CLASSIS PRIMAE

ORDO NONVS.

De quantitatibus nominum Appellatiuorum incipientium ab

I

I ante A.

Iăctĭō, ōnis. notæ quantitatis. Compoſit. *Abiectio, Deiectio, Reiectio.*

Iăctūră. Oui. Met. fab. *Eſt tamen humani generis iactura dolori*
Omnibus.

Compoſit. *Coniectura.*

Iaculatio.

Iăcŭlātŏr, & Oui. 12. Met. fab. *Robore Nedymnum iaculatoremq; Lycotan*
Sternit.

Iăcŭlātrīx. Hor. 3. Car. Od. 4, *Quid Rhœtus, euulſisq; truncis*
Enceladus Iaculator audax,

Con-

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Contra ſonantem pallidis ægida
Poſſent ruentes?

Iuuen.Sat.7, *Felix, Orator quoq; maximus & iaculator.*

Oui.5.Met.fab. *Pallada nonne vides iaculatricem Dianam*
Abceſſiſſe mihi.

Idem 2.Faſt. *Inter Hamadryades iaculatricemq; Dianam.*

Iăcŭlūm. *Vir.2.Georg.* *Te libans Lenæe vocat, pecorisq; magiſtris*
Velocis iaculi, certamina ponit in vlmo.

Idem 9.Aen. *—— & iaculum contorquens mittit in auras.*

Oui.5.Met.fab. *Intorquet iaculum quod detulit error in Idam.*

Iăcŭlŭs. ſerpentis nomen.

Lucan.lib.9, *Et natrix violator aquæ, iaculiq; volucres.*

Iāmbŭs. *Oui.li.1.de Rem.* *Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur Iambus.*

Hor.in Art.poët. *Syllaba longa breui ſubiecta vocatur Iambus.*

Idem eodem, *Archilochum proprio rabies armauit Iambo.*

Compoſit. *Choriambus*; qui eſt pes tetraſyllabicus compoſitus ex choræo, qui etiam Trochæus uocatur, & iambo: prima & ultima longis, & duabus medijs correptis: & *Dÿambus*, hoc eſt, pes Tetraſyllabicus, conſtans duobus iambis.

Iānĭtŏr. *Virg.8.Aen.* *———— licet ingens ianitor antro*
Aeternum latrans exangues terreat vmbras.

Ouid.1.Faſt. *Sic ego perſpicio, cæleſtis ianitor aulæ,*
Eoas partes, Heſperiasq; ſimul.

Mart.li.5.Epig.23, *Illud adhuc grauius, quòd te poſt mille labores,*
Paule, negat laſſo ianitor eſſe domi.

Iānŭă. *Virg.Aen.* *Noctes atq; dies patet atri ianua ditis.*

Ouid.2.Amo. *Clauſa tuo maius ianua fulmen habet.*

Tibull.lib.1, *Clauditur & dura ianua firma ſera.*

Iăſpĭs, ĭdĭs. *Mart.li.5.Epig.* *Sardoniches, ſmaragdos, adamantes, iaſpidas vno*
Portat in articulo Stella, Seuere, meus.

Idem li.9.Epig. *Et precium magnis fecit iaſpidibus.*

Mant. *Multa ſinus & colla virens ornabat iaſpis.*

I ante B.

Ibĭs, ĭdĭs. Auis eſt ſerpentiuora, diuerſa à ciconia.

Oui.in Ibin, Ibidis interea tu quoq; nomen habe.
Iuuen.Sat.5, ——— illa pauet ſaturam ſerpentibus ibin.

I ante C.

Ichnēumōn.Bap.Pius, Ninicolamq; feram cautus crocodilon ichneumon Diliget.

I ante D.

Īdōlātră, a. & Idololatra. uide *Latria,* à quo *Idololatria* deſcendit.

Mant. *Idolatra pater natum obiurgare ſolebat.*

Īdōlūm. *Mant.* *Verùm etiam qui vana ſacris idola profanis, Et fragiles coluere Deos.*

Remacli. *Templa vides turgere, crucis periere profana Idola.*

Īdūs. *Ouid.Faſt.* *Idibus agreſtis fumant altaria Fauni.*
Mart.lib.7, *Maternaq; ſacris ornentur frondibus Idus.*

I ante E.

Iĕcūr, ŏris. Hor.2.Ser.Sat. Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi.
Idem 1.Ser.Sat. Ridens diſsimulare, meum iecur vrere bilis.
Idem 1.Car.Od.13, ——— va meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
Mart.li.13.Epig. Aſpice quā tumeat magno iecur anſere maius.
Mant. *En cucumis iecori pariens medicamen aduſto.*

Iēiūnĭūm. Ouid.1.Met.fab. Longa domant illos inopi ieiunia victu.
Iuuencus, *Languida concipient animos ieiunia flentes.*

Iēntācŭlūm. Mart.lib.13, Si ſine carne voles ientacula ſumere frugi.
Idem li.14.Epig. Surgite, iam vendit pueris ientacula piſtor, Criſtataq; ſonant vndiq; lucis aues.
Mant. *Atq; alias hac ante dapes ientacula mandunt.*

I ante G.

Ignĭcŭlŭs. diminutiuum ab *Ignis.*
Iuuen.Sat.3, Nec timet igniculum brumæ ſi tempore poſcas.

De quantitatibus Nominum ſubſtan:iuorum.

I ante L.

Īlĕx,ĭcĭs, *Vir.1.Eclog.* *Sæpè ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.*
Ouid.10.Met. *Enodiſq; abies,curuataq; glandibus ilex.*
*Īlĭă,*pro inteſtinis. *Virg.7.Eclog.* *Paſtores hedera creſcentem ornate Poëtam,*
Arcades,inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Oui.3.Met.fab. *Conſtitit,& totum deſcendit in ilia ferrum.*
Polit. *Et caſtigatum cohibent craſſa ilia ventrem.*
Mant. *Nunc ventoſa tument,& contrahit ilia flatus.*
Īlĭcētŭm. *Mart. lib.Epig.*——————— *è cathedra*
Surgentem focus excipit ſuperba
Vicini ſtrue cultus iliceti.
Īllĕcēbræ. *Virg.3.Georg.* *Dulcibus illa quidem illecebris,& ſæpè ſuperbos.*
Hor.in Art.poët.——————— *eò quòd*
Illecebris erat,& grata nouitate morandus
Spectator.
Illuuies,vide Luuies,ſimplex.

I ante M.

Ĭmāgĭnātĭō.
Ĭmāgō,ĭnĭs. *Virg.2.Aen.* ——————— *atq; ipſius vmbra Creuſæ*
Viſa mihi ante oculos,& nota maior imágo.
Idem 8.Aen. ——————— *Curuam ſeruans ſub imagine falcem.*
Idem 12.Aen. *Obſtupuit varia confuſus imagine rerum.*
Mart.li.9.Epig. *Quicquid & hirſutis ſqualet imaginibus.*
Ĭmbrĭcĭŭm. *Mart.li.Epig.* *Quum ſint crura tibi,ſimilent quæ cornua lunæ,*
Imbricio poteras Sexte lauare pedes.
Ĭmĭtāmĕn,ĭnis. *Ouid.4.Faſt.* ——————— *priſciq; imitamina facti*
Aera deæ comites,raucaq; terga mouent.
Idem 4.Met.fab. *Pars aliquas partes antiquæ imitamina vitæ.*
Ĭmĭtātĭō. *Prud.in Apotheo.*——————— *ſed non habet vmbra*
Quod corpus ſolidũ,cuius imitatio in vmbra eſt.
Ĭmĭtātŏr. *Mar.li.1.* *Si quis erit recti cuſtos,imitator honeſti.*
Hor.in Art.poët. *Reſpicere exemplar vitæ,morumq; iubebo*
Doctum imitatorẽ,& veras hinc ducere voces.

Immānĭtās, ātĭs. *Buch. in Ieph.* ——— *Si modò quis perdidit*
Hanc quam trucidat, cuius aſtans funeri
Immanitatis gloriatur ambitu.
Idem eodem, *Sortis furentis impotens immanitas.*
Impĕrātōr, & *Indūpĕrātōr,* per epenthesin. *Buch. in Ieph.* *Iſthac ne Iephtha eſt Imperatoris domus?*
An me feſellit error ambiguus viæ?
Iuuen. Sat. 4, *Quales nunc epulas ipſum glutiſſe putamus*
Induperatorem.
Mart. li. pub. in Virg. *Haud rarus quoq; conſul & induperator.*
Mant. *Tam ſubito præceps totam impletus obruit arcē.*
Impĕrĭŭm. *Virg. 2. Georg.* ——— *tunc deniq; dura*
Exerce imperia, & ramos compeſce fluentes.
Virg. 1. Aen. *Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.*
Idem 4. Aen. *Imperio læti parent.*

I ante N.

Ĭnānĕ, pro aere, ſeu rudi mundi conſtitutione, ſicut fuit ante creationis diſcretionem, in qua ſignificatione Virg. hic accipit.

Virg. 6. Eclog. *Namq; canebat, vti magnum per inane coacta*
Semina terrarumq; animæq;, mariſq; fuiſſent.

Ĭnānĭtās.
Ĭnchŏātōr. *Prud. in Ham.* *Vt ille mortis inchoator ruſticus*
Inſulſa terra deferens libamina.
Incola, vide Colonus.
Ĭncrēmēntŭm. *Virg. 4. Eclog.* *Chara deûm ſoboles, magnum Iouis incrementū.*
Lucret. lib. 4, *Incrementa timens non primis robora ripis.*
Ĭncūs, ūdĭs. *Ouid. 1. Triſt.* *Allatum medijs opus eſt incudibus illud.*
Lucan. lib. 7, *Martius incaluit Siculis incudibus enſis.*
Mart. li. 9. Epig. *Tam graue percuſsis incudibus æra reſultant.*
Ĭndāgātĭō.
Indagator, & Indagatrix.
Ĭndāgō, ĭnĭs. *Virg. 4. Aen.* *Dum trepidant alæ, ſaltuſq; indagine cingunt.*
Lucan. lib. 6, *Et ſiluas vaſtaſq; feras indagine clauſit.*
Mant. *Producenda modis ſolerti indagine monſtrant.*
Ĭndĭcĭŭm, vide Dicatio.

Indi-

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Īndĭgĕtēs. *Virg.1.Georg. Dij patrij, indigetes & Romule, Veſtaq́ mater,*
Idem 12.Aen. Indigetem Aeneam.

Īndŏlēs. *Virg.lib.5.Aen. Indole ſi dignum Latia, ſi Sanguine priſco*
Robur ineſt animis.
Idem 10.Aen. Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Lucan.lib.3, Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma.

Īndūcĭæ, ārūm. *Mant. Non pacem, non inducias, non gente volebat.*

Īndūmēntūm. *Prud.in Ham.—————— auium quoq́ verſicolorum*
Indumenta nouis texentem plumea telis.

Induſium.

Induuium.

Infamia, vide Fama.

Īnfĕrĭæ. *Virg.4.Georg. Inferias Orphei mittit, lucumq́ reuiſit.*
Idem 9.Aen. Abſenti ferat inferias, decoretq́ ſepulchro.
Ouid.5.Faſt. Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Catul. Aduenio has miſeras frater ad inferias.

Inficiatio.

Īnfĭcĭātŏr, *Mart.li.1.Epig. In ius, es fallax atq́ inficiator, eamus.*
&
Īnfĭcĭātrīx. *Prud.in Pſych. His dictis curæ emotæ, metus, & labor, & vis,*
Et ſcelus, & placitæ fidei fraus inficiatrix,
Depulſa vertére ſolum.

Infĭcĭæ, ārūm.

Infortunium, vide Fortuna.

Īnfŭlă, æ. *Virg.3.Georg. Lanea dum niuea circumdatur infula vitta.*
Idem 10.Aen. Infula cui ſacra redimibat tempora vitta.

Ingĕnĭūm. *Virg.1.Georg. Haud equidem credo, quia ſit diuinitus illis*
Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.

Inglŭuĭēs. *Virg.3.Georg. Improbus ingluuiem, ranisq́ loquacibus explet.*
Archi. —————— Ebria ventris.
Ingluuies, humiles faſtidit prodiga menſas.

Iniuria, vide Ius.

Īnquĭlīnūs, vide Colonus.

Inſania, vide Sanitas.

Īnſĭdĭæ. *Virg.3.Eclog. Non ego te vidi Damonis peſſime caprum*

Excipere inſidijs, multum latrante Lyciſca?

Inſidiātōr. Hor.2.ſerm. Inſidiatorem præroſo fugerit hamo.

Inſīlē, Lucre.lib.5, Textile poſt ferrum eſt, quia ferro tela paratur,
& Nec ratione alia poſſunt tam leuia gigni
Inſilia. Inſilia, ac fuſi radij, ſcapiq́ ſonantes.

Inſolentia, vide particul. Solentia.

Inſtĭtă, æ. Ouid.in Arte, Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris,
Quæq́ tegit medios inſtita longa ſedes.
Hor.1.Ser.Sat. Quarum ſub ſuras talos tegat inſtita veſte.

Inſtrūmēntūm. Hor.1.Ser.Sat.3, ——— vt Alphenus vafer omni
Abiecto inſtrumento artis, clauſaq́ taberna,
Sutor erat.

Īnsŭlă, æ. Virg.10.Aen. Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.

Īntēgrĭtās, ātis. Prud.in Periſt. Præſto eſt pudicis, nec patitur ſacræ.
Integritatis munera pollui.

Interitus, vide Itus.

Intertrimentum, vide Tritio.

Īntĕrŭlă.

Introitus, vide Itus.

Intuitus, vide Tuitus.

Intubus & Intubum uel etiam *Intўbă*, plur.
Virg.1.Georg. ——— & amaris intuba fibris.
Idem in Mor. Intybaq́ & Venerem reuocans eruca morantem.

Inuĭdĭă, æ. Virg.7.Eclog. Paſtores hedera creſcentem ornate Poëtam,
Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro.
Hor.1.Epiſt.2, Inuidia Siculi non inuenere Tyranni
Maius tormentum.

Inuītātōr. Mart.li.9.Epig.93, Ad cœnam ſi me diuerſa vocaret in aſtra,
Hinc inuitator Cæſaris, inde Iouis. (acta.

Īnŭlă, æ. Hor.2.Serm.Sat. Atq́ acidas mauult inulas, necdum omnis ab-
Colum.lib.11, Cappari s, & triſtes inulæ, ferulæq́ minaces.

Inuŏlūcrūm. Prud.in Ham. Corporis inuolucris tumulo frigente repoſtis.

I ante O.

Iŏcātĭo. *Iŏcŭlŭs.*

Iŏcŭlŭs.
Iŏcŭs *Mart.li.Epig.Conſueuere iocos veſtri quoq; ferri triumphi.*
Bapt.Pius, *Mixtaq; cum lepido vita modeſta ioco eſt.*

I ante R.

Ira,æ. *Virg.3.Georg.Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras,*
Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.
Oui.3.de Art.Candida pax homines, trux decet ira feras.
Horat. *Ira, truces inimicitias, & funebre bellum.*
Irācūndiă. Buch.Pſal.79, Parens benigne, quem modum tandem tuæ
Speremus iracundiæ?
An continenter inſtar ignis omnia
Vorantis, in nos ſæuiet?
Īris,idis, & is. non creſcente geniti. pro arcu cœleſti.
Oui.1.Met.fab.Concipit iris aquas, alimentaq; nubibus affert.

I ante T.

Ĭtĕr,Ĭtĭnĕris. *Virg.1.Georg.Sæpius & tectis penetralibus extulit oua,*
Anguſtum formica terens iter; & bibit ingens
Arcus.
Ĭtĕrātĭō,ōnis.
Itio,ōnis. uerbale ab *Eo*, non eſt in frequenti uſu.
Compoſit. *Abitio, Aditio, Ambitio, Coitio, Circumitio, & Circuitio, Interitio.* Et cum *Domus* compoſit. *vt Domuitio.*
Ouid.1.Faſt. Nec leuis ambitio, perfuſaq; gloria u co.
Idem 2.Faſt. Nulla tibi ambitio, eſt, nullo corrumperis auro.
Hinc deſcendunt Neutra in *um* deſinentia, ut *Exitium, Initium.*
Virg.3.Eclog.Idem amor exitium eſt pecori, pecorisq; magiſtro.
Idem 3.Geor. Hæc autem exitium primis dant ſigna diebus.
Lucret.lib.5, Exitium quoq; terrarum, cœliq; futurum.
Ĭtŭs,us. Non eſt in uſu. Compoſit. *Abitus, Aditus, Ambitus, Circuitus, Coitus, Exitus, Interitus, Introitus, Reditus, Obitus.*

Virg.9.Aen. *Hinc atq; hinc, omnemq; abitum cuſtode coronat.*
Virg.7.Aen. *Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto.*
Idem 9.Aen. ———— *aditumq; per auia quærit.*
Iuuen.Sat.8, *Quòd, ſi præcipitem rapit ambitus atq; libido.*
Virg.11.Aen. *Vndiq; circuitũ, & certã quatit improbus haſtã.*
Oui.4.Faſt. *Perq; ſuos coitus continet omne genus.*
Manili. *Inde tibi obliquo ſex tantum ſigna patebunt*
Circuitu.
Virg.5.Eclog. *Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones*
Interitum, monteſq; feri, ſiluæq; loquuntur.
Mant. *Ni fortuna virum minus aduerſata dediſſet*
Interitum tam infelicem.
Ouid.1.Faſt. *Ianitor egreſſus, introituſq; videt.*
Hor.in Epod.Od.13, *Vnde tibi reditum certo ſub tegmine Parcæ*
Rupere.
Virg.1.Georg. *Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur, & ortus.*
Idem 2.Aen. *Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum.*

I ante V.

Iŭbā, ārŭm. *Virg.2.Aen.* *Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;.*
Idem eodem, *Armorum facie, & Graiarum more iubarum.*
Ouid.13.Met. ———— *turpis ſine frondibus arbor,*
Turpis equus, niſi colla iubæ flauentia velent.
Iŭbăr, ăris. *Virg.4.Aen.* *It portis iubare exorto delecta iuuentus.*
Oui.1.Met.fab. *Per iubar hoc, inquit, radijs inſigne coruſcis.*
Stroz.Pat. *Purpureumq; micat ſole oriente iubar.*
Buch.Pſal.5, *Manè clamantem D E V S æquus audi;*
Nam tuum caſta prece, non inanem
Spem fouens, nomen iubar antè Eoum
Manè ciebo.
Iubilum. *Sillius,* *Et latus ſcopulis audiuit iubila cyclops.*
Iūcŭndĭtās, ātis.
Iūdēx, ĭcis. *Virg.2.Eclog.* ———— *non ego Daphnin*
Iudice te metuam, ſi nunquam fallit imago.
Oui.1.Triſt. *Res quoq; priuatas ſtatus ſine crimine iudex.*
Hor.2.Ser.Sat.2, *Dicam ſi potero, malè verum examinat omnis*

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Corruptus iudex; leporem ſectatus, equoue
Laſſus ab indomito.

Iūdĭcĭūm. vide Dicatio.

Iŭgālĕs. *Virg. 7. Aen.* *Abſenti Aeneæ currum geminoſq́ iugales.*

Iugatio. inuſit. Compoſi. *Coniugatio.*

Iugator. inuſit. Compoſit. *Coniugator.*

Iūgĕrūm, ri. Virg. 2. Georg. Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.

& *Mart. li 1. Epig. Rura, nemusq́ ſacrum, dilectaq́ iugera Muſis.*

Iugus, ĕrĭs. *Mant.* ———————— *dum pinguia curuo*

& *Iugera ſcindebat conſul Romanus aratro.*

Iūgĕră, plural.

Compoſit. *Semiiugerum.*

Iugulus, ſeu Virg. 10. Aen. Hæc loquitur, iuguloq́ haud inſcius accipit enſem.

Iŭgŭlūm. *Ouid. 1. Met. fab. Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.*

Iŭgūm. pro montis apice.

Virg. 5. Eclo. Dum iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Polit. *Ardua Pieridum per iuga ferre gradus.*

Idem pro onere.

Virg. 2. Eclog. Aſpice aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci.
Idem 4. Eclog. Robuſtus quoq́ iam tauris iuga ſoluet arator.
Ouid. 1. de Pont. Ducam ruricolas ſub iuga pando boues

Hinc componitur *Coniugium*, quaſi duo ſint ſub uno iugo. Item, *Coniunx*, ſeu *Coniux, iugis.* ſeu mauis à coniungendo deducere.

Virg. 7. Aen. *Rex tibi coniugium, & quæſitas ſanguine dotes.*
Idem 11. Aen. *Coniugium optatū, & pulchra Calydona viderē.*

Coniux, iugis.

Idem 3. Aen. *Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto*
Excipit?

Iūmēntūm. pro animali bruto.

Hor. 1. Epiſt. *Aetolis onerata plagis iumenta, canesq́.*
Pru. in Periſt. Feras, volucres, reptiles, natatiles,
Iumenta, pecua, ſubiugales beluas,
Flores, fruteta, germina, herbas, arbores,
Quæ ſunt odori, quæq́ vernant eſui.

Iumentum, à Iuuo deductum, à quo compoſita, *Adiumentum*, *Coadiumentum.*

Iunĭpĕrŭs. *Vir.7 Eclo.* *Stant & iuniperi,& caſtaneæ hirſutæ.*
Idem 10.Eclo. *Iuniperi grauis vmbra,nocent & frugib. vmbræ.*
Mant. *Addam & iuniperos,carie impenetrabile robur.*
Iūnĭŭs. *Oui.5.Faſt.* *Iunius à iuuenum nomine dictus adeſt.*
Idem 6.Faſt. *Iunius eſt iuuenum, qui fuit antè ſenum.*
Auſoni. *Iulius, Auguſtus,nec non & Iunius æſtas.*
Iūnĭx,īcĭs. *Perſi.Sat.3,* *Tot tibi quū in flāma iunicum omēta liqueſcant.*
Iūrāmĕn,ĭnĭs.
Iūrāmēntŭm.
*Iūrātĭō.*Compoſit.*Coniuratio.*
*Iūrātŭs.*ſubſtant.& Compoſit.*Coniurati,*qui inter ſe coniurauerunt.
Claud.ad Ruf.————— *tunc proditor ille*
Impius imperij,coniuratusq́. Getarum,
Diſtulit inſtantes, eluſo principe,pugnas.
Iūs,iūrĭs. *Virg.1.Aen.* *Iura dabat,legesq́; viris,operumq́; laborem.*
Oui.ad Liui. *Sed rigidum ius eſt,& ineuitabile mortis.*
Hor.2.Ser.Sat.Ius anceps noui,cauſas defendere poſſum.
Idem 1.Ser.Sat.Agricolam laudat iuris legumq́; peritus.
Compoſit.*Iniuria,*Et quæ in *um* neutra ſunt,ut *Deiurium, Periurium, Falſiiurium.* Deſcendit & hinc compoſ. *Iuſiurandum.*
Vir.1.Geor. ——— *ſatis iampridem ſanguine noſtro*
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Iūſtĭtĭă,æ. *Vir.1.Aen.* *Iuſtitiaq́; dedit gentes frenare ſuperbas.*
Idem 6.Aen. *Diſcite iuſtitiam moniti,& non temnere diuos.*
Hor.1.Car.Od.24,Ergò Quintilium perpetuus ſopor
Vrget? Cui pudor, & iuſtitiæ ſoror
Incorrupta fides,nudaq́; veritas,
Quando vllum inuenient parem?
Iūuēncŭs, *Vir.3.Geor.* *Seu quis olympiacæ miratur præmia palmæ,*
& *Paſcit equos,ſeu quis fortes ad aratra iuuencos.*
Iŭuēncă,æ, *Oui.Epiſt.5,* *Graia iuuenca venit,quæ te,patriamq́; domumq́;*
Perdat,Io prohibe,Graia Iuuenca venit.
*Iutor.*inuſit.Comp.*Adiutor,& Adiutrix,Coadiutor,Coadiutrix.*
*Iutorium.*inuſit.Compoſit *Adiutorium.*
Iŭuāmĕn.ĭnĭs.

Iŭuēncŭlă,æ. Mant.		*————— agnatos peragrare iuuencula ſaltus*
Iŭuēncŭs,	*Vir.2.Eclo.*	*Aſpice,aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci,*
&		*Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras.*
Iŭuēncă.	*Idem 8.Eclo.*	*Immemor herbarum quos eſt mirata iuuenca.*
	Idem 1.Geor.	*Tercentum niuei tondent vineta iuuenci.*
Iŭuĕnĭs.	*Vir.5.Aen.*	*Hoc Iuuenem egregium præſtanti munere donat.*
	Hor.in Arte,	*Imberbis Iuuenis tandem cuſtode remoto* *Gaudet equis,caniboſq; & aprici gramine cāpi:* *Cereus in vitium flecti,monitoribus aſper.* *Vtilium tardus prouiſor,prodigus æris,* *Sublimis,cupiduſq; & amata relinquere pernix.*
Iŭuēntă, vel	*Vir.de Ob.Mecæ.*	*Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta.*
Iŭuēntās.	*Mart.li.2.Epig.*	*Quintiliane vagæ moderator ſumma iuuentæ.*
Iŭuēntūs, ūtĭs.	*Vir.2.Geor.*	*Et patiens operum,paruoq; aſſueta iuuentus.*

CLASSIS PRIMAE

ORDO DECIMVS.

De quantitatibus nominum appellatiuorum incipientium ab

L

L ante A.

Lābēcŭlă.		
Lābēs.	*Virg.2.Aen.*	*Hinc mihi prima mali labes.*
	Stat. Saty.	*Si modo mens nigra candida labe caret.*
Lăbēllŭm.	*Virg.2.Eclog.*	*Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellum.*
	Ouid.3.Eleg.	*Illic purpureis condatur lingua labellis.*
Lăbĭŭm.		
Lăbŏr, ōrĭs.	*Virg.1.Georg.*	*——— Labor omnia vincit*
		Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.
	Idem 1.Aen.	*Me quoq; per multos ſimilis fortuna labores*
		Iactatam, hac demum voluit conſiſtere terra.
	Hor.2.Ser.	*Mollijt auſterum ſtudio fallente laborem.*
Lābrūm.	*Virg.3.Eclo.*	*Nec dum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.*
	Idem 8.Eclog.	*Sicut aqua tremulum labris vbi lumen ahenis*
		Sole repercuſſum, aut radiantis imagine lunæ.
	Fauſt.	*Qui tinxit dulci labra tenella fauo.*
Lābrūscă, æ. & Lābrūscūm. Item Lăbrūſcă, & Lăbrūſcūm.		
	Virg.5.Eclog.	*——— aſpice vt antrum*
		Syluestris raris ſparſit labruſca racemis.
	Idem in Cul.	*Denſaq; virgultis auidè labruſca petuntur.*
Labyrinthus.	*Mant.*	*Nobilis Aſcyrij furto bouis & Labyrintho*
		Dædaleo.
Lāc.		

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Lăcĕrātĭō, ōnis. *Prud.in Periſt.* *Vltima carnificina dehinc*
Non laceratio vulnifica,
Crate tenus, nec arata cutis
Flamma, ſed vndiq; lampadibus.

Lăcĕrnă. *Ouid.2.faſt.* *Mittenda eſt domino, nunc nūc properate puellæ,*
Quamprimum noſtra facta lacerna manu.
Mart.lib.Epig. *Amphitheatrales nos commendamur ad uſus,*
Cum legit algentes noſtra lacerna togas.
Prop.lib.4. *Texitur in caſtris quarta lacerna tuis.*

Lăcērtă, æ. & *Lacertus* animal terreſtre *Lacertus*, pro piſce.
Virg.2.Eclog. *Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.*
Mart. *Cum ſaxetani fertur tibi cauda lacerti.*

Lăcērtŭs, pro parte corporis humani.
Virg.5.Aen. ——————— *ferit æthera clamor,*
Nauticus, adductis ſpumant freta verſa lacertis.
Ouid.1.Met.fab. ——————— *Laudat digitoſq; manuſq;,*
Brachiaq;, & nudos media plus parte lacertos.
Idem Epiſt.4, *Seu lentum valido torques haſtile lacerto,*
Ora ferox in ſe verſa lacertus habet.

Lăchănŏn, herbæ nomen.
Hor.1.Serm.Sat.6; *Ad porri & ciceris refero, lachaniq; catinū.*

Lăcĭă, inuſitatum à *Lacio*, uerbo quoq; inuſitato.

Compoſit. *Delicia, & Delicium.*

Virg.2.Eclog. *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin,*
Delicias domini, nec quid ſperaret habebat.

Hinc etiam *Illecebræ* & *Perlecebræ* componuntur.

Lăcrĭmă, vel Lăcrĭmă. *Hor.2.Carm.Od.6,* *Ille te mecum locus & beatæ*
Poſtulant arces; ibi tu calentem
Debita ſparges lacrima fauillam
Vatis amici.
Stat.5.Silua. *Parce precor lacrimis, ſaeuo nec concute planctu*
Pectora, nec crucia fugientem coniugis vmbrā.
Ouid.2.Met.fab. *Perfudit lacrimis, & aperto pectore fouit.*
Lucre.lib.2, *Et lacrimis ſpargunt rorantibus ora genasq;.*

Hoc nomen à *Lacero*, deductum eſſe putant: *vnde* non *Lachryma* ſcribendum eſſe contendunt; ſicut & *Sidus*, non *Sydus*; *Conſidero*, non autem *Conſydero*, *Silua*, non *Sylua*.

Lacrimatio, Compoſit. *Collacrimatio*, *Illacrimatio*.

Lăctūcă. *Mart. li. 1. Epig.* *Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat auorum, Dic mihi cur noſtras incipit illa dapes?*

Fauſt. *Seſſilis imminuit ventres lactuca tumentes.*

Lăctūcŭlă. *Colum. lib. 10,* ——— *Iam teneris frondens lactucula fibris.*

Lăcūnă. *Virg. 1. Georg.* *Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans*
Exit, & obducto latè tenet omnia limo:
Vnde caua tepido ſudant humore lacunæ.

Idem 3. Georg. *Et tota ſolidam in glaciem vertere lacunæ.*

Lăcūnŭlă, dimin.

Lăcūnăr. *Hor. 2. Carm: Od. 18,* *Non ebur, neq; aureum*
Mea renidet in domo lacunar.
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltima reciſas
Africa.

Lăcŭs. *Virg. 4. Geor.* *Iamq; domũ mirans genitricis & humida regna,*
Speluncisq; lacus clauſos, lucosq; ſonantes.

Ouid. 2. Tri. *Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua*
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

Idem Faſt. *Præmia de lacubus proxima muſta tuis.*

Læſĭŏ. Verbale, notæ eſt quantitatis. Compoſit. *Alliſio, Colliſio.*

Lætĭtĭă. *Vir. 5. Eclo.* *Ipſi lætitia voces ad ſidera iactant.*

Idem 12. Aen. *Lætitia exultans, horrendumq; intonat armis.*

Laganum, genus placentę ſapidiſsimæ. Compoſit. *Anolaganus.*

Lagēnă. *Mart. li. 7. Epig.* *Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis.*

Pont. *Non dulces mihi funditent lagenas.*

Mant. *Plena penus, plenią; cadi, plenaq; lagena.*

Lăgēŏs genus uuæ. *Vir. 2. Geor.* *Et paſſo pſythia vtilior, tenuisq; lageos*
Tentatura pedes olim, vincturaq; linguam.

Lăgōĭs genus piſcis. *Hor. 2. Ser. Sat. 2,* *Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.*

Lăgōpŭs, *ŏdis.* *Mart. lib. 7,* *Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus.*

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Lāgūncŭlă. Stat.1.Sil. *Molles caioli,lagunculiq́,*
Et maſſis amerina non peruſtis.

Lălīsĭō,ōnis.Mar.li.Epig. *Dum tener eſt onager,ſolaq́ laliſio matre*
Paſcitur,hoc infans,ſed breue nomen habet.

Lāmă,æ. *Hor.1.Epiſt.13,Viribus vteris per clinos flumina lamas.*

Lāmēntā-tĭō,ōnis. *Buch.in Ieph.* *Vt vocis autem peruium patuit iter,*
Non ille gemitus;eſſe nec qualis ſolet
Fremitus doloris atq; lamentatio.

Lāmēntūm.Vir.4.Aen. *Lamentis,gemituq́, & fœmineo vlulatu*
Tecta fremūt,reſonat magnis plangoribus æther.

Mant. ———————— *miſerandaq́,ſecum*
Fert lamenta dies.

Lucret.li.5, *Dulcia linquebant lamentis lumina vitæ.*

Buch.Pſal.6, *Lamenta Dominus,& meorum fletuum*
Placatus audijt ſonum.

Lāmēllă, diminutiuum à *Lamina.*

Lāmĭnă. *Vir.1.Geor.* *Tum ferri rigor,atq; argutæ lamina ſerræ;*
Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum.

Ouid.1.Faſt. *Et leuis argenti lamina crimen erat.*

Lāmpās,ădis. *Virg.9.Aen.* *Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.*

Ouid.12.Met.fab.Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis.

Cimbr. *Dum ſol flammigera luſtrabit lampade terras.*

Lāmpētră.

Lampyris,idis.

Lānă. *Virg.4.Eclog.* *Nec varios diſcet mentiri lana colores.*

Idem 2.Georg. *Quid nemora Aethiopum molli canentia lana.*

Oui.6.Met. *Phocaico bibulas tingebat murice lanas.*

Lāncĭnātŏr,ōris. *Prud.in Periſt.Quid maximorum lancinatores gregum,*
Euiſcerata carne crudos criminor?

Lănĭātŭs. *Mant.* ——*in ardeſcens dolor inteſtina,piamq́,*
Crudeli laniatu animam diſcerpſit.

Lănĭēnă. *Prud.in Periſt.Horretis omnes haſce carnificum manus,*
Num mitiores ſunt manus medentium?
Laniena quando ſæuit Hippocratica?

Lănĭſtă. *Iuue.Sat.3,* *Hic plaudat nitidi prædonis filius inter*
Pinnirapi cultos iuuenes,iuueneſq́ laniſtæ.

Lānĭtĭūm. Virg.3.Georg. Si tibi lanitium curæ,primum aſpera ſylua,
Lappaq́; tribuliq́; abſint.
Lănĭūs. Mart.li.2.Epig.48,Coponem,laniumq́;,balneumq́;,
Tonſorem,tabulamq́;,calculoſq́;.
Lānūgō.inis.Virg.2.Eclog.Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneaſq́; nuces,mea quas Amaryllis amabat.
Mant. Omnis enim tenera puer vt lanugine vernat.
Lăpăthŏs, Colum.lib.10,Lubrica iam lapathos,iam rhamni ſpōte vireſcūt.
&
Lapathum.
Lăpĭdātĭō,Compoſit.Dilapidatio.
Lăpĭdātŏr.Compoſit.Dilapidator.
Lăpillŭs. Ouid.lib.10, Munera fert illi conchas,tereteſq́; lapillos.
Hor.1.Ser.ſat.2,Nec magis huic intra mucos virideſq́; lapillos.
Lăpĭs,ĭdis. Virg.1.Eclog. Et tibi magna ſatis,quamuis lapis omnia nudus,
Limoſoq́; palus obducat paſcua iunco.
Idem 1.Georg.———— Lapidemq́; reuertens
Incuſum,aut atræ maſſam picis vrbe reportat.
Idem 2.Georg.Aut lapidem bibulum,aut ſqualentes infode cō-(chas.
Compoſit.Antelapis.
Lăquĕārē. Virg.2.Aen. Dependet lichni laquearibus aureis.
Mant. ———— alta lacunar
Coniugat excelſum tabulis laquearia pictis.
Lăquĕŭs. Virg.1.Geor. Tum laqueis captare feras & fallere viſco,
Inuentum.
Oui.6.Met.fab.———— laqueoq́; animoſa ligauit
Guttura.
Manil. Mendaceſq́; parant foueas,laqueoſq́; tenaces.
Lar.Lāris,pro interiore parte domus.
Oui.1.Faſt. Omnis habet geminas hinc atq́; hinc ianua frōtes:
E quibus hæc populum ſpectat,at illa larem.
Lārgĭtās, Prud.in Cath.Vt turbidarum ſcabra culparum ſeges
ātis. Vaneſcit almo trita ſub ieiunio,
Si blanda ſemper miſceatur largitas.
Lārgītŏr. Prud.in Apoth.Auctorem lucis, largitoremq́; dierum.
Idem in Cath.Largitor DEVS omnium bonorum.

Lārix,

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Lărīx,īcis. *Luca.lib.9,* *Et larices fumoq́; grauem ſerpentibus vrunt*
Abrotanum.

Mant. *———Abies pronis vmbroſa lacertis,*
Et longaua larix.

Lăsānūm. *Hor.1.Ser.Sat.6,* *Quum Tyburte via prætorē quinq; ſequūtur*
Te pueri,laſanum portantes œnophorumq́;.

Lăscīuĭă. *Lucret.lib.5,* *Tum caput,atq; humeros plexis redimire coronis,*
Floribus & folijs laſciuia læta monebat.

*Latatio.*inuſitatum.Compoſit.*Aequilatatio,Dilatatio.*

Lătēbră, *Virg.2.Georg.* *Dulcem ferre cibum,& curuas præbere latebras.*
& *Lucan.lib.1,* *Cedendum eſt bellis,quorum tibi tuta latebra*
Lătēbră. *Leſpus erit.*

Mant. *Aſt ego per latebras illo duce lumine olentes*
Ducor.

Lătĕr,ĕrĭs. *Mart.li.9.Epi.77,* *Non ſilice duro ſtructili ve cæmento,*
Nec latere cocto,quo Semiramis longam
Babylona cinxit,Tucca balneum fecit.

Laterculus.

Lătērnă. *Mart.li.14,* *Dux laterna via clauſis feror aurea flammis.*
Et tuta eſt gremio parua lucerna meo.

Lătēx,ĭcis. *Virg.2.Georg.* *———————— hîc fertilis vuæ,*
Hic laticis,qualem pateris libamus & auro.

Idem 1.Aen. *Rigales inter menſas laticemq́; Lyæum.*

Idem 4.Aen. *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.*

Mant. *Certatim gelidos latices & lactea mittunt*
Flumina.

Lătĭbŭlūm.Marul. *Quærentes per noctis opaca latibula.*

*Lātĭō,*uerbale inuſit.Compoſit.*Allatio,Collatio,Delatio, Dilatio.*

Archit. *Aſperitas quam pigra parit dilatio recti.*

Lătĭtātĭō.

Lătĭtūdo,ĭnis.

Lātŏr,ōris. Compoſit. *Allator, Collator, Dilator,Delator:*item,
Legiſlator.

Marti. *Et delator habet quod dabat exilium.*

Hor.in Art.poët. *Dilator ſpe longus,iners,auidusq́; futuri.*

Lātrātŏr. *Virg 8.Aen.* ———— *& latrator Anubis.*
Lātrātŭs,us. *Virg.5.Aen.* ——*ſauitq́, canum latratus in auras.*
Oui.2.Faſt. *Sic vt aper longè ſyluis latratibus actus,*
Fulmineo celeres diſsipat ore canes.
Lātrātŭs. *Mant.* *Infremuit, quaſi multiſono quum ſylua latratu*
Intonat.

Latria. Græca dictio. Latine idem quod cultus ſeu ueneratio. Compoſit. ſunt, *Idololatria:* item, *Idololatra, & Idolatra.*

Mant. *Idolatra pater natum obiurgare ſolebat.*
Lātrīnă. *Colum.lib.10,* *Immundis quacunq́, vomit latrina cloacis.*
& *Fauſt.* *Et ventri patro ſpurca latrina graui.*
Lātrīnă.
Lătrŏ,ōnĭs. *Virg.12.Aen.* ———— *fixumq́, latronis*
Impauidus frangit telum.
& *Horat.1.Epiſt.* *Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones,*
Tu teipſum vt ſerues non expergiſceris?
Lātrŏ,ōnĭs. *Hor.2.ſerm.ſat.1,* ———— *quem cur diſtringere coner*
Tutus ab infeſtis latronibus.
Fauſt. *Graſſante inuaſus capitur latrone viator.*
Lātrōcĭnĭūm. *Oui.2.de Art.* *Siue latrocinijs ſub imagine calculus ibit.*
Hor.1.Ser.Sat.3, ———— *quum dicas eſſe pares res,*
Furta latrocinijs, & magnis parua.
Lătŭs,ĕrĭs. *Virg.6.Eclog.* *Ille latus niueum molli fultus hyacintho.*
Idem 2.Aen. ———— *Lateriq́, Argiuũ accomodat enſem.*
Hor.1.Serm.ſat.9, *Hũc neq́, dira venena, nec hoſticus auferet enſis.*
Nec laterũ dolor, aũt tuſsis, nec tarda podagra.
Tibul.lib.1, *Primus & in tenero fixus erit latere.*
Lătŭſcŭlūm. *Lucret.lib.4.* *Quin etiam quæcunq́, latuſcula ſunt ſpeculorũ.*
Lăuācrūm. *Auſon.* *Donec marcentem calidi feruore lauacri.*
Claudius, ———— *auido ſplendore lauacri.*
Lăuātĭŏ.
Lāutĭtĭă,æ.& Lāutĭtĭēs.

L ante E.

Lĕă. *Luc.lib.5,* *Irritata Deæ iaciebant corpora ſaltu.*

Leænă.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Lĕănă. *Virg.2.Eclog. Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam.*

Lĕbēs,ētĭs. Virg.5.Aen. Tertia dona facit geminos ex ære lebetas.

Ouid.Epiſt.3, Viginti fuluos operoſo ex ære lebetas.

Mant. Preſſa ſequebatur patinas, vnctoſq; lebetes.

Lĕcĕbrā,arum. inuſit. Compoſit. *Illecebra, Perlecebra.*

Mant. Non illum blandis vnquam peritura voluptas
Flecteret illecebris.

Legatio. Compoſi. *Ablegatio, Allegatio, Delegatio.*

Legator.

Lēgātŭm. Compoſit. *Delegatum.*

Lēgātŭs. Virg.lib.11, Atq; hic legatos Aetola ex vrbe remiſſos

Idem eodem, Legati reſponſa ferunt, nihil omnibus actum.

Compoſi. *Collegatus.* Hinc *lega* inuſitatū, à quo *Collega.* Et *legium*, à quo *Collegium.*

Lĭgēntĭă, à Lego, non eſt uſitatum uocabulum. Compoſi. *Diligentia, Indiligentia, Intelligentia, Negligentia.*

Ter.in Prol. And. Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam.

Buch.in Ieph. Quare ſecundæ nunc pater quum maximè
Res ſunt; precari, votaq; decet ſoluere:
Non quum reflauit ſortis aura mobilis
Palpare numen precibus; in re proſpera
Obliuioſa ſacra negligentia
Deſerere.

Lĕgĭō,ōnĭs. Virg.2.Georg. Vt ſæpe ingenti bello quum longa cohorteis
Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto.

Hor.1.Ser.Sat.6, Nūc quia Mecœnas tibi ſum conuictor, at olim
Quod mihi păréret legio Romana Tribuno.

Lex,Lĕgis. Virg.1.Georg. Continuò has leges, æternaq; fœdera certis
Impoſuit natura locis.

Idem ibidem, Vicinæ ruptis inter ſe legibus vrbes
Arma ferunt, ſæuit toto Mars impius orbe.

Idem 4, Aen. —————————— cui littus arandum,
Cuiq; loci leges dedimus.

Mart.li.5.Epig. Quæ legis cauſa nupſit tibi Lælia, Quinte,
Vxorem potes hanc dicere legitimam.

Iuuen.Sat.8, *Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet.*

Lĕgūmĕn, ĭnis. *Virg.1.Georg.* *Vnde prius lætum ſiliqua quaſſante legumen.*
Fauſt. *Nec ſemper frumenta fero, vel pingue legumen.*

Lĕmūrēs. *Hor.lib.Epiſt.* *Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,*
Nocturnos lemures.

Lĕmūrĭă. *Ouid.5.Faſt.* *Ritus erit veteris nocturna lemuria ſacri,*
Inferias tacitis manibus illa dabunt.

Lēnă. *Stroz.pat.* *Nec maculet caſtos improba lena choros.*

Lēnīmĕn, *Oui.11.Met.fab.* ——— *addidit illis*
Hoc quoq; lenimen, quo ſolo flexit amantem.
Stroz.pat. *Sæpè affer blandum rapido lenimen in æſtu.*

Lēnĭtās, ātis. *Buch.Pſal.90,* ——— *ô tandem placidus fauensq;*
Deſine irarum, propiusq; ſeruis
Semper aſſueta tibi lenitate
Conſule feſsis.

Lēnō,ōnis. *Oui.1.Eleg.* *Denouet imperium tamen hæc lenonis auari.*
Iuuen.Sat.3, *Lenonum pueri quocunq; in fornice nati.*

Lentitas, & Lētia, nomina ſunt inuſitata, ſignificantia & tarditatem, & præ copia, ſeu ſuperfluitate nauſeam quandam. Hinc multa fiunt compoſita: ut, *Opulentia, vinolentia, Somnolentia.*

Lĕō,ōnis. *Virg.4 Eclog.* *Hubera nec magnos metuent armenta leones.*
Lucret.lib.6, ——— *rapidiq; leonis*
Solſticiale caput.

Lĕpŏr,ōris. *Lucret.lib.5,* *Vt nunc eſſe vides vario diſtincta lepore*
Omnia.
Pont. *Hunc dulcis lepor, & grata facundia geſtu*
Adiuuat.
Fauſt. *Plena venuſtabat ſuaui charis alma lepore.*

Lĕprā. *Iuuencus,* *Lurida diſcutitur ſquamoſo corpore lepra.*

Lĕpŭs,ŏris. *Virg.1.Georg.* *Auritosq; ſequi lepores, tum figere damas.*
Idem 3.Geor. *Et canibus leporem, canibus venabere damas.*
Fauſt. *Scilicet omniparens leporem natura fugacem*
Protulit.

Lēthārgĭă, vel Lēthārgŭs. *Hor.2.Ser.Sat.3,* *Quondam lethargo grandi eſt oppreſſus; vt (hæres*
Iam circum loculos & claueis lætus, ouansq;
Curreret.

Lēthūm.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Lēthūm. *Virg.5.Aen.* *Millia multa darent letho, gemerentq́; repleti.*
Idem 12.Aen. *An fratris miſeri lethum crudele videres?*

Lĕuāmĕn. *Virg 3.Aen.* *Heu genitorem omnis curæ, caſusq́; leuamen,*
Amitto Anchyſem.
Mart.li.6.Epig. *Hic tibi curarum ſocius, blandumq́; leuamen.*
Pont. *Stella mihi ſolamen adeſt, mihi molle leuamen.*

Leuamentum. Compoſit.. *Alleuamentum.*
Leuatio. Compoſit. *Alleuatio, Eleuatio.*

Lĕuĭtās. *Oui.2.Met.fab.2,* *Perq́; mare inſtabiles nimia leuitate ferūtur.*
Mant. *Quæ vobis leuitas ſic inconſulta procaxq́;.*

Lĕūncŭlūs, à *Leo* diminutiuum.
Buc.Pſal.104, *Tum fera prorepit latebris, ſiluisq́; relictis*
Prædator vacuis errare leunculus aruis
Audet, & è cœlo mugitu pabula rauco
Te patrem expoſcit.

Lēuŏr, ōrĭs. *Lucret.lib.4,* *Aſperitas autem vocis fit ab aſperitate*
Principiorum; & item leuis leuore creatur.

L ante I.

Lībāmĕn, ĭnĭs. *Virg.6.Aen.* *Ignibus imponit ſacris libamina prima.*
Ouid.3.Faſt. *Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen,*
Libaq́;, quòd ſanctis pars datur inde focis.
Liba Deo fiunt, ſuccis quia dulcibus idem
Gaudet, & à Bacho mella reperta ferunt.
Idem eodem, *Melle pater fruitur, liboq́; infuſa calenti,*
Iure repertori ſplendida mella damus.

Lībāmĕn-tūm. *Stat.3,Sil.* *Hac ego naſcentes lætus Bachatus ad aras*
Libamenta tuli.

Libatio. Compoſit. *Delibatio, Prælibatio.*

Lĭbĕllūs. *Mart.li.1.Epig.86,* *Fama refert noſtros te Fidentine libellos,*
Non aliter populo quàm recitare tuos.

Lĭbĕr, pro cortice, & Codice.
& *Virg.10.Eclo.* ——— *quum moriens alta liber àret in vlmo.*
Mart.li.1.Epig.34, *Mutare dominum non poteſt liber notus.*

Lĭbrī, vel Lĭbrĭ. *Virg.2.Georg.*——— *huc aliena ex arbore germen*
Includunt, vdoq; docent inoleſcere libro.

Hor.1.Ser.Sat.10, Quale fuit Caſſi rapido feruentius amni
Ingenium: capſis quem fama eſt eſſe, libriſq;
Ambuſtum proprijs.

Idem 2.Epiſt.1, Curam redde breuem, ſi munus Apolline dignū
Vis complere libris, & vatibus addere calcar,
Vt ſtudio maiore petant Helicona virentem.

Mart.li.1.Epig.6, Vis, puto, cum libro Marce natare tuo.

Mant. *Plena laboratis habeas quum ſcrinia libris.*

Mant. *Explorata gelu ſcabroq; horrentia libro.*

Lībĕrālĭtās, ātis. *Mart.li.8.Epig.38, Qui praſtat pietate pertinaci*
Senſuro bona liberalitatis.

Catu.Car.27, Quid eſt? an hac ſiniſtra liberalitas
Parum expatrauit? an parum helluatus eſt?

Compoſit. *Illiberalitas.*

Lĭbĕrātŏr, ōris. *Buch in Ieph.*——— *ſed modum ſtatuens ſua*
Iræ, propitius liberatorem dedit.

Lībĕrī, pro natis, ſeu prole.

Buch.in Ieph.——— *patris autem iniuria*
Aequi ac iniqui perferenda eſt liberis.

Lībĕrtās. *Virg.Eclog.1, Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?*
Libertas; quæ ſera tamen reſpexit inertem,
Candidior poſtquam tondenti barba cadebat.
Reſpexit tamen, & longo poſt tempore venit.

Idem ibidem,——— *dum me Galatea tenebat,*
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculij.

Lībĕrtŭs, vel Lĭbĕrtă. *Hor.1.Ser.Sat.1,*——— *at hunc liberta ſecuri*
Diuiſit medium fortiſſima Tyndaridarum.

Compoſit. *Collibertus, a.*

Lĭbīdŏ, ĭnis. Mant. *Nunc mores periere boni, regnatq; libido*
Improba.

Lībră, ponderandi inſtrumentum.

Virg.1.Georg. Libra diei ſomniq; pares vbi fecerit horas.

Ouid.4.Faſt. Pendula cæleſtis libra mouebat aquas.

Lucan.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Lucan.lib.4, Atq; iterum æquatis ad iuſta pondera libræ.
Perſius, Sat.4, Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance
Ancipitis libræ.
Compoſit. *Selibra.*
Mart.li.8.Epig.71, Beſſalem ad ſcutulā ſexto peruenimus anno,
Poſt hunc in cotyla raſa ſelibra data eſt.
Et quæ in *um* exeunt: ut *Aequilibrium.*

Lībrāmĕn, ĭnis. *Prud.in Periſt. Relegendus olim ſempiterno iudici,*
Libramine æquo qui malorum pondera,
Et præmiorum comparabit copias.

Lībrārĭŭs. *Hor.in Art.poët. Vt ſcriptor ſi peccat idem liberarius vſq;,*
Quamuis eſt monitus, venia caret.

Lībŭm. *Virg.2.Georg.*——— *lanceſq; & liba feremus.*
Idem 7.Aen. ——— *& adorea liba per herbā*
Subijciunt Epulis.
Mart.lib.3, Nec te liba iuuant, nec ſecta quadra placenta.

Lĭbŭrnă, genus nauigij uelociſsimi.
Hor.in Epod.Od.1, Ibis liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula.
Paratus omne Cæſaris periculum
Subire Mecœnas tuo.
Lucan.lib.3, Ordine contentæ gemino creuiſſe liburnæ.

Lĭbŭrnŭm, genus eſt uehiculi.
Iuuen.Sat.3, Si vocat officium, turba cedente vehetur
Diues, & ingenti curret ſuper ora liburno.
Atq; obiter leget, aut ſcribet, aut dormiet intus.
Namq; facit ſomnos clauſa lectica feneſtra.

Lĭcĕntĭă. *Luca.lib.1, Quis furor, ô ciues, quæ tanta licentia ferri?*
Mart. *Sit procul à nobis obſcœna licentia ſcripti.*
Horat.in Art.poët. Acceſsit numeriſq; modiſq; licentia maior.

Līchĕn, ēnis. Mart.lib.11, Nec triſte mentum ſordidius lichenes.

Lĭcĭă, orum. Virg.8.Eclog. Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo.
Oui.2.Faſto. Tunc cantata tenet cum fuſco licia plumbo.
Lucret.lib.10, Vt mos eſt Pharijs miſcendi licia telis.

Licitatio, Compoſit. *Pollicitatio.*

Ter.in Phor.Act.5.Sce.6, Quin tu hinc pollicitationes aufer, & (quòd fers cedò.

Licitum. Compoſit. *Pollicitum.*

Buch.Pſal.116, Sic mecum ipſe loquebar;
Nulli certa homini fides:
At rerum arbiter optimus,
Vnus polliciti tenax.

Lien, ēnis.

Ligāmēn, ĭnĭs. *Prop.li.2.Eleg.30,* ———— *nocturna ligamina mitræ.*
Compoſit. *Religamen.*

Ligātiō, uerbale. Compoſit. *Alligatio, Colligatio, Religatio.*

Hinc alia ſunt compoſita, quæ uel in *Ligium* uel *Ligio* exeunt: *vt, Coniuligium,* quo noua nupta ornabatur. Item, *Religio,* hinc deducitur, quaſi quæ nos ad incorruptibilia diuinæ maieſtatis mandata liget atq; adeò religet. in quo uocabulo *L* à poetis geminatur, propter primā breuem.

Virg. ———— *riuos deducere nulla*
Relligio vetuit.

Ligator, Compoſit. *Alligator.*

Ligatura, Compoſit. *Alligatura.*

Ligŭlă. *Mart.li.5, Epig. Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ.*
Idē li.8.Epig.71, Octauus ligulam miſit ſextante minorem;
Nonus acu leuius vix cochleare tulit.

Ligūſtrūm. Virg.2.Ecclog. Alba liguſtra cadunt, vacinia nigra leguntur.
Colum.lib.10, ———— *& nigro permiſta liguſtro*
Balſama.

Līliă, ōrūm. Virg.2.Eclog. ———— *tibi lilia plenis*
Ecce ferunt Nymphæ calathis, tibi candida Nais.
Idem 6.Aen. ———— *& candida circum*
Lilia funduntur.
Ouī.5.Met. *Ludit, & aut violas aut candida lilia carpit.*

Līmă. *Ouīd.1.de Pont.Eleg. Scilicet incipiam lima mordacius uti,*
Vt ſub iudicium ſingula verba vocem.
Stroz.fil. *Et nos diſtulimus vigili dare carmina lima.*

Līmāx. *Colum.* *Implicitur conchæ limax hirſutaq; campe.*

Līmēn, ĭnĭs. Virg.8.Eclog. ———— *quæ nunc ego limine in ipſo*

Terra

Terra tibi mando, debent hæc pignora Daphnin.
Idem 2. Aen. Limen erat, cæcæq́ fores, & peruius vſus.
Catull. Intulit & trito fulgentem in limine plantam.

Hinc particula *Liminium:* cuius compoſit. ſunt *Colliminium, Poſtliminium.*

Lĭmĕs, ĭtis. *Virg. 1. Eclog.* *Hinc tibi, quæ ſemper vicino ab limite ſepes*
Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.
Virg. 12. Aen. *Limes agro poſitus, litem vt diſcerneret aruis.*
Idem 1. Georg. *Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum,*
Fas erat.

Līmŭs. *Virg. 8. Eclog.* *Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit,*
Vno eodem igni: ſic noſtro Daphnis amore.
Idem 4. Georg. *Tu tamen & leui rimoſa cubilia limo.*
Fauſt. *Ipſa Prometheo mortalia corpora limo*
Finximus:

Lĭnĕă. *Hor. 1. Epiſt. 17,* *Ipſe Deus ſimul atq́ volam, me ſoluet, opinor*
Hæc ſentit, moriar, mors vltima linea rerum eſt.
Prud. in Pſychō. *Hæc ad figuram prænotata eſt linea,*
Quam noſtra recto vita reſculpat pede,
Vigilandum in armis pectorum fidelium.
Idē in Cathem. *Ioannes huius artis haud minus potens,*
Dei perennis præcucurrit filium,
Curuos viarum qui retorſit tramites,
Et flexuoſa corrigens diſpendia,
Dedit ſequendam calle recto lineam.

Linimentum. Compoſit. *Dilinimentum.*
Linitio, Compoſit *Dilinitio:*
Linitor. Compoſit. *Dilinitor.*

Lĭntĕōlŭm. *Pont.* *Quas veſtit tenui vaſcia linteolo.*
Prud. in Cath. *Viuax flamma viget, ſeu caua teſtula*
Succum linteolo ſuggerit ebrio.

Līnŭm. *Virg. 1. Georg.* *Vrit enim campum lini ſeges, vrit auenæ.*
Oui. 6. Faſt. *Feſta dies illis, qui lina madentia ducunt.*

Liquamen. Compoſit. *Eliquamen.*
Liquiæ, inuſitatum, à *Liqueſco.* Compoſit. *Colliquiæ, Deliquiæ, arum.*

Lĭquĭdŭm.

Liquidum. *Hor.1.Ser.Sat.1,Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius vrna*
ſubſtantiuè. *Vel cyatho.*

Liquium,inuſitatum,à *Linquo*.Compoſit.*Deliquium.*

Liquor,oris. *Virg.3.Geor. Rurſus abundabat fluidus liquor,omniaq; inſe,*
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.
Poli. Aut dulces gelido delibant amne liquores.

Lira,hoc eſt, ſulcus directus.

Compoſit.*Deliramentum,Delirium, & Deliratio*, à uerbo Agricolarum *Liro*,quod eſt,ſulcos directos facio.

Oui.10.Met.fab. Quærat & ambages deliramentaq; vatum.
Mant. O miſeri,nonne hæc deliramenta videtis?

Lis,itis. *Virg.3.Eclog. Non noſtrum inter vos tantas componere lites.*
Idem 9.Eclog. Quod niſi me quacunq; nouas incidere lites
Antè ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris,nec viueret ipſe Menalcas.
Ouidius, Cum forma lis eſt magna pudicitiæ.
Pamph. Obſtrepit inſanis litibus omne forum.

Litamen, *Prud.in Ham. Cuius litamen ſordet,& terram ſapit,*
inis. *Terra caduci corporis venam putrem.*

Litatio.

Litera, *Ouid.Epiſt. Quam legis à rapta Briſeida litera venit.*
& Litera.

*Litio,onis.*uerbale à *Linio*,ſed inuſitatum.Compoſit.*Circumlitio, Perlitio,Relitio.*

Literula. *Hor.2.Epiſt.2,Litterulis Græcis imbutus,idoneus arti*
Litterula. *Cuilibet,argilla quiduis imitabitur vda.*

Litura,æ. *Oui.1.Triſt.Eleg.Neve liturarum pudeat qui viderit illas.*
Idē 2.de Pōt.Eleg.Non ſemel admonitu facta litura tuo eſt.
Mar.li.7.Epig.Hac illis precium facit litura.
Hor.in Art.poët.————————vos ô
Pompilius ſanguis carmen reprehendite,quod nō
Multa dies,& multa litura coërcuit,atq;
Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem.

Litus, *Virg.4.Aene. ——————cui littus arandum*
& poeticè

Littus,

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Littus,ōris. — *Cuiq; loci leges dedimus.*

Lituūs. *Virg.6.Aen.* *Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.*
Ouid.3.Faſt. *Iam lituus pugnæ ſigna daturus erat.*
Lucan.lib.1, —— *ſtridor lituum,clangorq; tubarum.*
Mant. *Tortilibus clangunt lituis,& tympana pulſant.*

Liuōr,ōris. *Ouid.3.de Pont.Liuor ineſt,vitium mores non exit in altos.*
Claud.lib.3, —— *Rabiem liuoris acerbi*
Nulla poteſt placare quies.
Archit. *Ira parens odij,quod proles tertia liuor.*

L ante O.

Lōcārius. *Mart.li.5.Epig.25,Hermes diuitiæ locariorum.*

*Locatio.*uerbale.Compoſit.*Collocatio.*

*Locator.*Compoſit.*Collocator.*

Lōcēllus. *Mart.lib.14; Si quid adhuc ſupereſt in noſtri face locelli,*
Munus erit.Nihil eſt,ipſe locellus erit.

Lōcūlus. *Hor.2.Ser.Sat.3,*—— *vt hæres*
Iam circum loculos & claueis lætus ouansq;
Curreret.
Mart.lib.14.Epig.Hos niſi de flaua loculos implere moneta
Non decet.

*Lōcus,*plur.*Virg.1.Georg.Qua locus Erigonen inter, Chelasq; ſequentes*
*Loca,*uel *os.* *Panditur.*
Virg.1.Aen. *Deuenere locos, vbi nunc ingentia cernis*
Mœnia.
Idem 2.Georg.—— *ſin in ſua poſſe negabunt*
Ire loca,& ſcrobibus ſuperabit terra repletis.

Lōcūſtā. *Mant.* —— *& eſuriem tenui ſedaſſe locuſta*
Dicitur.

*Lōcūtiō,*uel *Loquutio.*Compoſi.*Allocutio,Circumlocutio,Collocutio,Elocutio,Interlocutio.*
Stat.2.Sil. *Tu caſta titulum decusq; Polla*
Iucunda dabis allocutione.

*Locutor.*Compoſi.*Allocutor,Circumlocutor, Collocutor, Elocutor, Interlocutor.*

Lōdix,

Lōdix,īcis. *Mart.lib.14,* *Lodices mittet docti tibi terra Catulli,*
Non Helicaonia de regione ſumus.

Lŏgĭcā. *Pamphi.* *Quòd logicæ laqueos & cæca Sophiſmata ſoluis.*

Lŏgŏs,vel lŏgŭs, Græcum,latine eſt *Sermo.* Hinc uaria fiunt compoſita. *Aretalogus, Aſtrologus.*
Iuuen.Sat.15, ———— *riſum fortaſſe quibuſdam*
Mouerat vt mendax aretalogus.

Lōlīgo,ĭnis. *Hor.1.Ser.Sat.4,* ——— *hic nigræ ſuccus loliginis.*
Dardanus, *Nullius hic nigra tingo loligine famam.*

Lŏlĭūm. *Vir.5.Ecl.& 1.Geor.* *Infelix loliũ,& ſteriles dominantur auenæ.*
Ouid.1.Faſt. *Et careant lolijs oculos vitiantibus agri;*
Nec ſterilis culto ſurgat auena ſolo.
Idem 5.Met.fab. *Semina iacta legunt, lolium, tribuliq́; fatigãt.*

Lōmēntūm. *Mar.lib 5,* *Lomento rugas vteri quòd condere tentas.*

Lŏquācĭtās,ātis. *Pru.in Periſt.* *Scaturientes perdat vt loquacitas*
Sermonis auras, perforatis follibus.

Lŏquēlă. *Lucret.lib.5,* ——— *nec cuiquam adhibenda eſt*
Almæ nutricis blanda atq; infracta loquela.

Lŏquēntĭă. inuſit. uocabulum. Compoſit. *Altiloquentia, Blandiloquentia, Eloquentia, Magniloquentia, Multiloquentia.*
Buc.Pſal.106, *Quis facta verbis æquet? eloquentia*
Quis aſſequetur illius potentiam?

Lŏquĭūm. inuſit. quidem. Compoſit. *Alloquium, Colloquium, Anteloquium, Eloquium, Multiloquium, Pauciloquium.*
Stat.Theb.li.7, *Sed mite alloquiũ,& ſæuis pax quæritur armis.*
Virg.7.Aen. ———— *fruiturq́; deorum*
Colloquio,atq; imis Acheronta affatur Auernis.
Iuuen.Sat.10, *Eloquium ac famam Demoſthenis aut Ciceronis.*
Stat.1.Silua. *Eloquio fandiq́; opibus ſublimis abũdans.* (quia.
Plau.in Mer.Act.1.Sce.1, *Multiloquiũ,pauciloquiũ; hoc d.o ſit,*

Lōrīcă,æ. *Virg.3.Aen.* *Loricam conſertam hamis auroq́; trilicem.*
Sill.lib.3, ———— *non aurea caſſis,*
Nec lorica riget ferro.

Lōrūm. *Virg.3.Geor.* ———— *illi inſtant verbere torto,*
Et proni dant lora, volat vi feruidus axis.
Idem 1.Aen. *Fertur equis, curruq́; hæret reſupinus inani.*

Idem 5. Aen. Non ſic immiſſis aurigæ vndantia lora.

Lōtiūm.

Lōtŏs. pro arbuſcula. *Virg. 2. Georg. Præterea genus haud vnum, nec fortibus vlmis,*
Nec ſalici, lotoq́, nec Idæis cypariſſis.
Oui. 10. Met. fab. Amnicolæq́, ſimul ſalices, & aquatica lotos.
Pont. Et ceraſi, palmæq́, & lotos amica Lyæo.

Compoſit. *Melilotos.*
Ouid. Pars thyma, pars flores, pars meliloton amant.

L ante V.

Lūcānĭcă. Mart. li. 13. Epig. Filia Picenæ venio Lucanica porcæ,
Pultibus hinc niueis grata corona dabor.

Lŭcēllūm. diminutiunm, à *Lucrum.*
Hor. 2. Ser. Sat. 5, De ſene guſtauit tecum partita lucellum,
Vt canis à corio nũquam abſterrebitur vncto.

Lūcērnă, æ. Mart. li. 14. Epig. Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis,
Totq́, geram myxos, vna lucerna vocor.
Archi. Præuia noctifugam ferat inſopita lucernam.
Buc. Pſal. 119, Sancta lex, velut lucerna, dirigit pedes meos,
Obſtinaui animum tuis vt obſequar ſermonib.

Lūcĭfĕr, pro die. vide Dies.

Lūcūbrātĭo. Con. Cel. 3. Car. Od. 6, Nam longa ſibi lucubratione
Deſcripſi Hercinia vagos receſſus,
Vrbem cum populo, ſuoſq́, mores,
Artes, mœnia, porticus & ædes
Priuatas, ſuperiſq́, dedicatas.

Lūcrūm, & *Oui. 3. de Art. Ira ſubit deforme malum, lucriq́, cupido,*
Iurgiaq́, & rixa, ſolicitusq́, dolor.
Mant. Rimari ſolitos, & auaro incumbere lucro.

Lūcrūm. Virg. Sperne lucrum, vexat mentes veſana libido.

Lūcūs. Virg. 5. Aen. Lucus in vrbe fuit media lætiſſimus vmbra.
Item 6. Aen. Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.
Ouid. 2. Faſt. Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,
Aut quia principium tu dea lucis habes.

Lūdĭbrĭūm. Vir. 6. Aen. ——— folijs tantùm ne nomina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Fauſt. Turpia qui ſæuæ paſſus ludibria mortis.

Lūdĭ-

Lūdibrĭūm.Lucret.lib.5, Proculcare ac ludibrio ſibi habere videtur.
Buch.Pſal.80,———————————iurgia
Noſtris finitimi de ſpolijs ferunt,
Et noſtra exagitant ludibrio mala.
Lūdĭō,ōnĭs.Oui.1.de Art. Ludius æquatam ter pede pulſat humum.
vel *Mart.li.5.Epig.Hermes cura,laborq́; ludiarum.*
Ludius,& *Con.Celt.in Epod.Od.3, Quæ cuncta poſtquam ludioni ademerat*
fœmin.
Lūdĭă. — *———Fortuna verſans omnia:———*
Mox quæ cutem vicina veſtis texerat
Femoris,pedumq́; vincula
Sorti reponit,cuncta poſcens numina,
Lucro vt fauerent præſides.
Lūdŭs. *Virg.7.Eclog. Poſthabuit tamen illorum mea ſeria ludo.*
Hor.1.Ser.Sat.1,Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo.
Pont. *Et mecum dulces egit per carmina ludos.*
Compoſit.*Diludium.*
Hor.1.Epiſt. *Diſplicet iſte locus,clamo & diludia poſco,*
Ludus enim genuit trepidum certamen & iram.
Ira truces inimicitias,& funebre bellum.
Lŭēs. *Virg.3.Aen.* *————ſubito quum tabida membris*
Corrupto tractu cœli,miſerandaq́; venit,
Arboribusq́;,ſatisq́; lues,& lethifer annus.
Mant. *Heu funeſta lues,fatalis machina paſſim.*
*Lūgūbrĭă,*pro ueſtibus lugubribus,uid.obſer.22.
Ouid.11.Met.fab. Surge,age, da lachrymas lugubriaq́; indue, nec me
Indeploratum ſub inania tartara mitte.
*Lŭĭtĭō.*Compoſit.*Circumluitio.*
Lūmbrīcūs.Serenus, *Lumbrici quoq; terreſtres paſcentur oliuæ.*
Lūmĕn,ĭnĭs.Vir.1.Georg.————vos ô clariſſima mundi
Lumina,labentem cœlo quæ ducitis annum.
Virg.7.Aen. *———tum fumida lumine fuluo*
Inuolui,totis Vulcanum ſpargere tectis.
Idem in Cul. *Candidaq́; aurato quatiebat lumina curru.*
Lūnă. *Oui.3.Faſt.* *Luna nouum decies impleat cornibus orbem.*

Quæ

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Quæ fuerat virgo credita mater erat.

Ouid.3.Faſt. Luna regit menſes,huius quoq; tempora menſis
Finit Auentino luna colenda iugo.

Compoſit.*Interlunium,Nouilonium,Plenilun ium.*

Lŭpānăr. *Iuuen.Sat.6, Intrauit calidum veteri centone lupa nar.*
Mant. Iuſſa eſt ad commune trahi vitianda lupanar.

Lŭpātūm. *Oui.1.Amo. Eleg.2,Aſper equus duris confunditur ora lupatis.*
Mart.li.1.Epig.149,Mordent aurea quòd lupata ce rui.

Lŭpīnŭs, *Virg.1.Georg.Aut tenues fœtus viciæ,triſtisue lupini*
vel *Suſtuleris fragiles calamos,ſiluamq; ſo nantem.*

Lŭpīnūm. *Mart.li.5.Epig.120,Et feruens cicer,& tepens lupinus,*
Parua eſt cœnula,quis poteſt negare?

Lŭpŭs,pro quadrupede,& piſce,& pro freno.

Virg.3.Georg.Quid lynces Bachi variæ,& genus omne luporũ,
Atq; canum?

Idem 6.Aen.——pleno lupus inſidiatus ouili.

Mart.li.2.Epig.Mullum dimidium,lupumq; totum.

Oui.4.Triſt.Eleg.Tempore paret equus lĕtis animoſus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

Lŭpă,fœm.*Idem 3.de Art.——rapidæ tradis ouile lupæ.*
Mant. Aut lupa proiectos nutriſſet Martia fratres.

Lūrŏr,ōris. *Lucret.lib.4,——quia luroris de corpore eorum*
Semina multa fluunt,ſimulachris obuia rerum.

Lŭſcĭnĭă, *Hor.2.Ser.Sat.3,Luſcinias ſoliti impenſo cœnare coëmtas.*
& *Mart.li.7.Epig.86,Luſciniæ tumulum ſi Teleſina dedit.*
Lūſcĭnĭă. *Phil. Nec culices elephas,pia nec luſcinia coruos.*

Synonymum eius eſt,*Attis,idis.*

Mart. Sic vbi multiſona feruet ſacer attide lucus.

*Luſio.*uerbale.Compoſit.*Alluſio,Colluſio,Illuſio.*

Lūsŏr. *Oui.4.Triſt.Eleg.9,Ille ego qui fueram tenerorum luſor amorũ.*
Iuuen.Sat.9, Cum matre,& caſulis,& cum luſore catello.

Compoſit.*Colluſor,Illuſor,Præluſor.*

Lūſtrāmĕn, *Vale.Flac.6.Argo.——ſæuam miſero luſtramine verſant*
inĭs. *Congeriem.*

Lūsūs. *Mart.lib.1,* *Innocuos cenſura poteſt permittere luſos.*
Pont. *Abſint nequitiæ, procaxq; luſus.*

Lutio.inuſit.uerbale à *Luo*.Compoſit.*Ablutio.*

Lūtră,æ. *Mant.* *Lutraq; piſcatrix, terraq; habitator & vndæ Fiber.*

Lūtūm, *Virg.4.Eclog.* *Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti*
pro herba. *Murice, iam croceo mutabit vellera luto.*

Lūtūm, *Hor.1.Epiſt.2,* *Vixiſſet canis immundus, vel amica lutoſus.*
pro cœno. *Mant.lib.10,* *Picta Prometheo dixerit eſſe luto.*

Lŭuiēs,inuſitat.à *Luo*.Compoſit.*Alluuies, Colluuies, Diluuies, Eluuies, Illuuies.*

Hor.4.Car.Od.14, *Quum ſæuit, horrendamq; cultis*
Diluuiem minitatur agris.

Lucret.lib.6, *Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur.*
Imbribus.

Pont. *Illuuiem immūdam, craſsiſq; liquoribus hauſtā.*

Lucan.lib.4, *Colluuies immota iacet, cadit omnis in hauſtus.*

Compoſita quoq; in *um*, quæ ſecundæ ſunt declina.ut *Abluuium, & Alluuium, & Diluuium.*

Virg.7.Aen. *Diluuio ex illo diuerſa per æquora vecti.*

Idem 12 Aen. *Diluuio miſcens, cœlumúe in tartara ſoluat.*

Item tertiæ declinationis compoſit.in *o* deſinentia:ut *Alluuio, Circumluuio, Eluuio, Colluuio.*

Pru.in Apoth. *Intende noſtris colluuionibus.*
Vultum gemello cum diademate.

Lūx,lūcis. *Virg.2.Aen.* *Exultat telis & luce coruſcus ahena.*

Ouid.4.Met. *Hunc quoq; ſiderea qui temperat omnia luce.*

Mart.li.11.Epig.57, *O quàm tu cupies ter viuere Neſtoris annos;*
Et nihil ex vlla perdere luce voles!

Lūxŭriă,æ. *Virg.1.Georg.* *At ſi luxuria foliorum exuberat vmbra*
& *Nequicquam pingues.*

Quint. ———————— *famoſa Neronis*
Luxuria auratas ſtrueret quum prodiga cellas.

Lūxŭriēs. *Virg.1.Georg.* *Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.*

Lucan.lib.4, ——————— *ô prodiga rerum*
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu.

L ante

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

L ante Y.

Lyră, pro inſtrumento muſico, & ſidere cœli.

Oui.10.Met.fab. Te lyra pulſa manu, te carmina noſtra ſonabunt.

Ouid.3.Faſt. Illa nocte aliquis tollens ad ſidera vultum,

Dicet, vbi eſt hodie, quæ lyra fulſit heri?

CLASSIS PRIMAE

ORDO VNDECIMVS:

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum Appellatiuorum incipientium ab

M

M ante A.

Măcēllūm. Mart.li.10.Epig. Diues & ex omni poſita eſt inſtructa macello
Cœna tibi, ſed te Mattya ſola iuuat.
Hor.2.Ser.Sat.3. Cũ ſcurris fartor, cum velabro omne macellũ
Manè domum veniant.

Mācĕrĭēs. Pru.in Hama. Quamuis maceries florentes ambiat hortos,
Sepibus & denſis vallentur vinea rura.

Măchără. Iuuen.Sat.7, ———— ames nomen victumq́; machæræ.

Măchĭnă. Virg.2.Aen. Quo molẽ hãc immanis equi ſtatuere? quis autor?
Quidue petũt? quæ religio? aut quæ machina belli?
Hor.2.Epiſt.2, Torquet nunc lapidẽ, nũc ingens machina tignũ.
Mirand. Machina terrifico quam fulminat ænea bombo.

Măchĭnātŏr, Buc.Pſal.120, O lingua fraudis machinatrix impia,
& Quæ ſpe meum oppugnas caput?
Măchĭnātrīx.

Măcĭes. *Virg.3.Georg.Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.*
Idem 3.Aen. Quum ſubitò è ſyluis macie confecta ſuprema
Ignoti noua forma viri, miſerandaq; cultu
Procedit.
Idem 4.Geor. Continuò eſt ægris alius color, horrida vultum
Deformat macies, tum corpora luce carentum
Exportant tectis.

Măcŭlă,æ. Vir.1.Geor. Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum,
Conditus in nubem, medioq; refugerit orbe.
Idem ibidem, Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni,
Omnia tunc pariter vento, nimbisq; videbis.
Idem 3.Geor. ———— *ne maculis infuſcet vellera pullis*
Naſcentum.
Mant. Si tamen aut turpes maculas poſt fata tulere.

Măcŭlă. Quint. Nulla immunda tuum per corpus macula fluxit.

Măgālĭă. Virg.1.Aen. Miratur molem Aeneas magalia quondam.
Idem 4.Aen. Vt primum alatis tetigit magalia plantis.
Mant. Ruſtica ſuccinctus redit ad magalia paſtor.

Măgīă,æ. Pru.li.1.cont.Sym. Nec non Theſſalicæ doctiſsimus ille magiæ,
Traditur extinctas ſumta moderamine virga
In lucem reuocaſſe animas.

Măgīrŭs. Græcum uocabulum, Latinè tranſcriptum, ſignificans coquum: à quo compoſitum ſimiliter Græcum, ſed tranſcriptum, à Latinis poetis uſurpatum eſt, *Archimagirus.*
Iuuen. Finierunt pariter librarius Archimagiri.

Măgīſtĕr. Virg.9.Aen. Quos pater Aeneas, ſi quando aduerſa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit eſſe magiſter.
Oui.3.Triſt.Ele.7, Sæpe tui iudex, ſæpe magiſter eram.
Horat.1.Epiſt.1, Ac ne fortè roges, quo me duce, quo lare tuter,
Nullius addictus iurare in verba magiſtri,
Quò me cunq; rapit tempeſtas, deferor hoſpes.
Compoſi. *Ludimagiſter.*

Măgīſtră. Ouid. Epiſt.5, Quid grauis Antenor, Priamus quid ſuadeat ipſe,
Conſule, queis ætas longa magiſtra fuit.

Măgĭ-

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Măgĭſtĕrĭūm. *Tibul. li. 1. Eleg. 4,* *Parce puer, quæſo, ne turbis fabula fiam,*
Quum mea ridebunt vana magiſteria.

Măgĭſtrātŭs. *Lucret. li. 5,* *Inde magiſtratus partim docuere creare,*
Iuraq́; conſtituere, vt vellent legibus vti.
Mant. ———— *quarum illuſtrata ſuperbo*
Vita magiſtratu fuerit.

Māgnĭtūdo, ĭnis. *Buch. Pſal. 8,* *Et ſuper cœli radiantis orbes,*
Tua magnitudo ſe extulit.

Măgŭs. *Lucan. lib. 6,* *Tunc Babylon Perſea licet, ſecretaq́; Memphis*
Omne vetuſtorum ſoluat penetrale magorum.

Māiālēs.

Māiēſtās. *Ouid. 5. Faſt.* *Donec honor, placidoq́; decens reuerentia vultu*
Corpora legitimus impoſuere toris.
Hinc ſata maieſtas, quæ mūdum temperat omnē,
Quaq́; die partu eſt edita, magna fuit.
Mant. *Cæſarea populos qui maieſtate gubernas.*

Mālă, æ. *Hor. 2. Car. Ode 19,* *Rhetum retorſiſti leonis*
Vnguibus, horribiliq́; mala.
Virg. 5. Aen. ———— *duro crepitant ſub vulnere malæ.*
Lucan. lib. 5, *Iuuentas molli veſtit lanugine malas.*

Mălīgnĭtās, ātis. *Buch. in Iepht.* *Humana quamuis finxerit malignitas*
Crimen, repoſtos perſpicit ſenſus DEVS,
Illoq́; vincit purus animus iudice.

Malleolus.

Mălĭtĭă, æ. *Ter. in Heau. Act. 4. Scen. 5,* *Dicunt; Ius ſummū, ſæpe ſumma malitia eſt.*
Plaut. in Prol. Rud. *Neq; is adeò propter malitiam patria caret.*

Vbi notent adoleſcentes, æquè poſſe auctoritates ex Comicis, atq; ex Elegiacis ſcriptoribus peti, modò tam noti eſſent Iambici uerſus, quàm ſunt Heroici ac Elegiaci, quorum rationem dilucidè in libello de Generibus carminum, uobis tradam.

Mălŏbăthrūm. *Hor. 3. Car. Od. 7,* *Cum quo morantem ſæpe diem mero,*
Fregi coronatus, nitentes
Malobathro Syrio capillos.

Mălŭm, pro infortunio. Compoſi. *Antemalum.*

Virg.1.Aen. ——— *neq; enim ignari ſumus antemalorum.*

Mālŭm, pro pomo.

Virg.3.Eclog. *Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.*

Mart.li.1.Epig. *Aut imitata breues Punica mala roſas.*

Mālŭs, pro nautico inſtrumento.

Virg.5.Aen. *Ingentiq; manu malum de naue Sereſti.*

Ouid.Epiſt.5, *Erigit rigido pendentia lintea malo.*

Lucan.lib.1, *Fractaq; veliferi ſonuerunt pondera mali.*

Idem lib.2, *Antennas, proram, malos, tenſaſq; natantes.*

Mālŭs, pro arbore pomifera.

Mant. *Iam ſpicata ſeges, malus iam punica multo*
Flore rubet.

Māmīllă. *Iuuen.Sat.6,* *Illa loqui recta facie ſtrictiſq; mamillis.*

Mant. *Cedere, aut altrices hominum violare mamillas.*

Mancipatio. Compoſit. *Emancipatio.*

Māncĭpĭŭm. *Mant.* *Mancipium venale fuit.*

Buch.in Iepht. *Nec portenta hominum mole Cyclopia*
Fregerunt, timidi mancipium ſumus
Ammonis: Grauius flagitium malo,
Sub turpi domino ſegne iugum pati.

Mandibula.

Māndrăgŏră, herba ſoporifera.

Colum. *Mandagora pariat flores mæſtamq; cicutam.*

Mănēntĭă, Compoſit. *Eminentia, Prominentia.*

Mănĭă, genus inſaniæ.

Conr.Celt.in Epod.Od.2, *Latis ſtudebis ergo verbis ludere,*
Veſana cogens pectora;
Ni feceris, frenans temerarias manus,
Te quarta vexo mania.

Mănĭcă, pro parte ueſtis.

Virg.9.Aen. *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.*

Mănĭcă, pro uinculo. *Virg.2.Aen.* ——— *manicas, atq; arcta leuari*
Vincla iubet Priamus.

Manil. ——— *manicæ velant extrema capaces*
Brachia.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Lucan. *Aſt alias manicaq́, ligant teretesq́, catena.*
Mănĭpŭlŭs, Virg.1.Georg. ——— *non ore ſolutos*
& *Immundi meminere ſues iactare maniplos.*
Mănĭplŭs. Ouid.3.Faſt. *Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos:*
Vnde maniplaris nomina miles habet.
Lucan. 1, *Conuocat armatos extemplò ad ſigna maniplos.*

Compoſit. *Commanipulo,onis.*

Mantele, quod & mantile dicitur.

Ouid.3.Faſt. *Dixerat ad dextram villis mantele ſolutis.*
Mart.lib.12, *Mantele è menſa ſuſtulit Hermogenes.*
Virg.4.Georg. ——— *tonſisq́, ferunt mantilia villis.*

Mănŭlŭs, Dimin. à *Manus*, uel *Mannus* equus.

Mart.li.12 Epig.24, *Nuſquam eſt mulio, manuli tacebunt;*
O ſi conſcius eſſet hic Auitus.

Mănŭs, pro parte corporis humani.

Virg.8.Eclog. *Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem*
Commaculare manus.
Idem 1.Aen. *Tendentemq́, manus Priamum cōſpexit inermes.*
Ouid.Epiſt.17, *Iam tibi formoſam porriget illa manum.*
Mart.lib.14, *Currant verba licet, manus eſt velocior illis,*
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Mănŭs, pro multitudine.

Virg.6.Aen. *Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi.*
Idem eodem, ——— *Iuuenum manus emicat ardens*
Littus in Heſperium.

Măpālĭă. *Virg.3.Georg.* ——— *& raris habitata mapalia tectis.*
Mărăthŭs. *Oui.de Med.faciei,* *Profuit & marathos benè olentibus addere myrrhis,*
Idē de Reme. *Quinq́, parāt marathi, ſcrupula myrrha nouæ.*
Mărĕ, măris. Virg.4.Geor. *Vt mare ſolicitum ſtridet refluentibus vndis.*
Idem 2.Aen. ——— *quum Iuppiter æthere ſummo*
Deſpiciens mare veliuolum terrasq́, latentes.
Idem eodem, ——— *vaſtum maris æquor arandum.*

Synonyma eius ſunt, *Aequor, Fretum,* & plural. *Freta, Oceanus, Pelagus, Pontus,* quæ ſuis quære ordinibus.

Periphraſ. *Veneris vnda*, uocat Oui. *& Cytheriaca aquas. Epiſt.7.*
Aequorea aqua, dicitur.
Epiſt.3. *Sis licet immitis, matriſq́ ferocior vndis,*
Vt taceam, lacrimis comminuere meis.

Per Metonymiam uerò uocatur *Neptunus, Amphytrite, Thetis, Triton, Nereus.*

Oui. Epiſt.9. *Quà latam Nereus cæruleus ambit humum.*
Mărgărĭtă, æ. Prud. in Periſt. *Iamiam ſilebo: margaritas ſpargere,*
Chriſto vetamur inter immundos ſues,
Lutulenta ſanctum ne terant animalia.
Mārgō, ĭnis. Calent. ——— *hîc violæ ſuaues, hic lilia nullis*
Marginibus deſunt.
Mărīſcă. *Mart. lib.14,* *Infanti melimela dato fatuaſq́ mariſcas.*
Iuuen. Sat.2, *Caduntúe tumidæ medico ridente mariſcæ.*
Mărītŭs, & *Virg.8.Eclog.* *Sparge marite nuces, tibi deſerit Heſperus Oetã.*
Mărītă. *Ouid.4.Faſt.* *Quum primũ cupido Venus eſt deducta marito,*
Hoc bibit, ex illo tempore nupta fuit
Idem 2.Faſt. ——— *dura cum ſorte marita*
Reddebat vteri pignora rara ſui.
Mārtyrĭūm. Lud. Big. *Martyrium æternam peperit mihi flebile vitam.*
Mās, măris. Mart. li.1. Epi.58, *Quòd nunquã marib. iũctã te Baſſa videbã.*
Prud. in Cathem. *Mas omnis infans occidat,*
Scrutare nutricum ſinus,
Interq́ materna vbera
Enſem cruentet puſio.
Mătĕllă, dimin. à Matula.
Mart. *Diſpeream ſi tu Pyladi praſtare matellam*
Dignus es.
Māter, mā-tris. *Virg. Eclog.8,* *Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala,*
Dux ego veſter eram, vidi cum matre legentem.
Idem ibidem, *Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrem*
Commaculare manus: crudelis tu quoq́ mater.
Mātercŭ-lă, æ. *Hor.1.Epiſt.7,* *Dum pueris omnis pater & matercula pallet.*

Mātē-

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Mātĕrĭă,æ. Ouid.2.Triſt. Diuitis ingenij eſt immania Cæſaris acta
Condere, materia ne ſuperetur opus.
Hor.de Art.poët.Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
& Viribus,& verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri:cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc,nec lucidus ordo.
Mātĕrĭēs,ēi.Idem in Art.poët.Publica materies priuati iuris erit,ſi
Nec circa vilem,patulumq́; moraberis orbē.
Mātērtĕră.Oui.1.Met.fab.———— ne tantum fida ſorori
Eſſe velis,prolisq́; mea matertera dici.
Compoſi:*Abmatertera.*
Măthēmătĭcŭs.Iuue.Sat.14,Nota mathematicis geneſis tua.
Măthēsĭs. Mant. Sunt Sophiæ partes, eſt ingenioſa Matheſis.
Mātrālĭă. Ouid.6.Faſt. Ite bonæ matres, veſtrum Matralia feſtum,
Flauaq́; Thebana reddite liba deæ.
Matrimonium.
Mātrōnă. Oui.2.Met.fab.Senſerat hoc olim magni matrona Tonantis.
Matula.
Mātūrĭtās, Pru.in Periſt.Expectat ergò dum doloſa & farrea
ātis. Feruens coquat maturitas
Compoſit.*Immaturitas.*
Māzŏnŏ- Hor.2.Ser.Sat.vlt.Mazonomo pueri magno diſcerpta ferentes
mŭm. Membra gruis.
Mĕātŭs,us. Pru.in Cath.Clauſus aurium meatus,
Et ſonorum neſcius.
Compoſit.*Commeatus.*
Mĕdēlă,æ. Pru.cōt.Sym.Sed quoniam renouata lues turbare ſalutem
Tentat Romulidū,patris imploranda medela eſt.
Mĕdĭātŏr. Pru.in Apot. Nemo patrem nouit niſi filius, & cui monſtrat
Filius,& noſtri mediator & Omnipotentis.
Mĕdĭcă. Vir.1.Geor. Vere fabis ſatio,tunc te quoq;,medica,putres
Accipiunt ſulci,& milio venit annua cura.
Mĕdĭcāmĕn.Oui.de Art. Ergo age,& irata medicamina fortia præbe,
Illa ferè requiem ſola doloris habent.
Mant. Retulit in lucem fellis medicamen aquoſi.
Idem. En cucumis iecori pariens medicamen aduſto.

Mĕdĭcātŭs,us. Oui.in Ep. Quemq́, feros repulit doctis medicatibus ignis.
Mĕdĭcīnă. Virg 10, Eclog.——— libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula, tanquam hac ſit noſtri medicina furoris.
Oui.2.de Rem. Principijs obſta, ſerò medicina paratur,
Quum mala per longas inualuere moras.
Mĕdĭcŭs. Cato, Corporis auxilium medico committe fideli.
Mĕdĭŏcrĭtās. Hor.2.Car.Od.10, Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.
Mĕdĭŭm. Oui.2.Met.fab.1,——— medio tutiſſimus ibis.
Compoſit. *Dimidium, Remedium.*
Ouid. Dimidium facti qui benè cœpit habet.
Lucret.lib.6, Incomitata rapi cernebant funera vaſta;
Nec ratio remedj communis certa dabatur.
Buch.in Ieph. Conſilia dubijs remedium rebus ferunt.
Qui conſulit, quum nullus auxilio eſt locus,
Addit miſerijs ſponte ſtultitiam ſuis.
Mĕdūllă. Virg. Quid delubra iuuāt, eſt mollis flamma medullas.
Hor.in Epod.Od.5, Exerta vti medulla, & aridum iecur,
Amoris eſſet poculum.
Mant. Amplius in molles Venus inſinuata medullas.
Mel mellis.
Mĕlāntĭă. Colum. Naſcuntur gracili melantia grata cumino.
Mĕlānūrŭs, Lippus in 3.Oppia. Haud facili paruus melanurus fallitur arte.
& Idem ibidem, Melanurum, turdum, merulam, timbramq́, marinam.
Mĕlānūrŭs.
Mĕlĭmēlă. Mart.lib.7, Infanti melimela dato fatuasq́, mariſcas:
Nam mihi quæ nouit pungere chia placet.
Mĕlĭphȳllŏn. Virg.4.Geor.——— Huc tu iuſſos aſperge liquores,
Trita meliphylla & cerinthæ ignobile gramen.
Mĕlŏs. Nomen defectiuum.
Bapt.Pius, Gratum verba fauum nectareumq́, melos.
Lactan.Firm. Fitq́, repercuſſo dulcior aura melo.
Pru.in Cath. Hymnorum modulis dulce canunt melos,
Calcant & pedibus lilia candidis.

Memora-

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Memoratio.verbale. Compoſit *Commemoratio.*

Mĕmŏrātŏr.Prop.li.3.Eleg.1,Nec non ille tui charus memorator Homerus.
Compoſi. *Commemorator.* (*gaudes*

Mĕmŏrĭā. *Ter.in And.Act.1.Sce.1, In memoria habeo,haud muto factum,*
Si tibi quid feci,aut facio,quod placet,Simo.

Mĕnăpĭ. *Mart.li.13.Epig.54, Ceretana mihi fiet,vel maſſa licebit*
De menapis,lauti de petaſone vorent.

Mĕndācĭŭm.Ouid.3.Eleg.Turpia quid referam vana mendacia linguæ.
Idem Epiſt.21, Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ.

Mens,mentis. notæ eſt quantitatis. Compoſ. *Amentia, Dementia.*
Stat.5.Theb. *Tunc primum ex animis præceps amentia ceſſit.*
Fauſt. ———— *num vos maleſana furentes*
Armatas conferre manus dementia cogit?

Mĕntāgrā. *Mant.* *Et mentagra cutem maculis variata cruentis.*

Mĕphĭtĭs, *Vir.li.7.Aen.* ———— *nemorum quæ maxima ſacro*
pro fœtore. *Fonte ſonat,ſæuamq́; exhalat opaca mephitem.*
Mant. *Exhalatq́; grauem nox importuna mephitim.*

Mĕrācŭm. *Hor.2.Ser.Sat.Expulit helleboro morbum,bilemq́; meraco.*

Mercedula. (*vt illi*

Mĕrcēnā- *Hor.2.Ser.Sat.6, O ſi vrnam argenti fors quà mihi monſtrat,*
rĭŭs. *Theſauro inuento,qui mercenarius agrum*
Illum ipſum mercatus arauit diues amico
Hercule.

Mĕrēndā. *Calph.in Buc.* ———— *feraq́; videbitur hora merendæ.*

Mĕrētrĭx, *Fauſt.* *Perfida quid meretrix,dānoſa quid alea prodeſt?*

Mĕrētrĭcĭs. *Hor.1.Ser.Sat.4,* ———— *à turpi meretricis amore*
& *Quum terreret.*

Mĕrētrīcĭs.Hor.1.Epiſt.18,Vt matrona meretrici diſpar erit,atq́;
Diſcolor infido ſcurræ diſtabit amico.

Mĕrĭtŭm. *Virg.9 Aen.* ———— *meriti tanti non immemor vnquam.*
Oui.8.Met.fab.Nil agis,ab fruſtra meritorum oblite meorum.

Mĕrŏps, *Virg.4.Geor.* *Abſint & picti ſqualentia terga lacerti,*
Pinguibus è ſtabulis meropesq́; aliaq́; volucres.

Mĕrŭlă. *Hor.2.Ser.Sat.8,* ———— *tum pectore adeſto.* (*bes.*
Vidimus & merulas poni,& ſine clune palum
Idem in Art.poët.Intentus merulis auceps.

Mĕrŭ-

Merulus. Ouid.de Phil. *At merulus modulans tam pulchris concinit odis.*

Merum. Vir.3.Aen. *Tum pater Anchiſes magnum cratera corona*
Induit, impleuitq́; mero, diuosq́; vocauit,
Stans celſa in puppi.

Oui.2.Triſt.Ele. *Nec fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo;*
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.

Meſpilum. Pal.li.de Inſitio. *Meſpilaq́; exarmat pugnacibus horrida mēbris.*

Meta. Virg.3.Aen. *Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachini.*

Idem 5.Aen. *Hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam*
Conſtituit ſignum nautis.

Oui.ad Liui. *Tendimus huc omnes, metā properamus ad vnā,*
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

Idem de Art. *Docta quid ad magicas Erato diuerteris artes?*
Interior curru meta tenenda meo eſt.

Buc.Pſal.107, *Cantemus dominumq́; bonum, facilemq́; parentē,*
Cuius habet nullas larga indulgentia metas.

Metallum. Virg.2.Georg. *Hæc eadem argenti riuos, ariſq́; metalla*
Oſtendit venis, atq; auro plurima fluxit.

Hor.1.Epiſt.10, *Sic qui pauperiem veritus, potiore metallo*
Libertate caret.

Pamph. *Nil iuuat argentum, crocei nil fulua metalli*
Pondera.

Metanæa, æ. Mant. *Huic geminæ comites, ſpes, & Metanœa doloris*
Conſcia perpetui.

Metator. Lucan.lib.1, *Heſperios audax veniam metator in agros.*

Metrum. Mart.li.4.Epig.6, *Quum ſis improbior, Macilliane,*
Quàm qui compoſitos metro Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos.

Compoſit. *Dimetrum, Trimetrum, Tetrametrum.*

Hor.de Art.poët.———— *hic & in Accij*
Nobilibus trimetris apparet rarus & Ennij.

Metus. Virg.7.Aen. ———— *multosq́; metu ſeruata per annos.*

Ouid.3.Faſt. *Omnia ſolliciti ſunt loca plena metus.*

Idem 1.Faſt. *Proq́; metu populum ſine vi pudor ipſe regebat.*
Nullus erat iuſtis reddere iura labor.

Mica.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

M ante I.

Micā. *Ouid.1.Faſt.* *Antè Deos homini quod conciliare valeret,*
Far erat,& puri lucida mica ſalis.
Catul. *Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.*
Ouid. *Non eſt in toto corpore mica ſalis.*

Micatio. Compoſit. *Dimicatio, Emicatio.*

Milēs, itis. *Virg.* ——— *armato milite complet.*
Hor.1.Ser.ſat.1,O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Mant. *Milite tam rigido, tam immani, tam truculēto.*
Compoſit. *Commiles, itis.& Commilito, onis.*

Militiă. *Oui.2.faſt.* *Hac mea militia eſt, gerimus quæ poſcimus arma,*
Dextraq; non omni munere noſtra vacat.
Si mihi non valido torquetur pila lacerto,
Nec bellatoris terga premuntur equi.
Nec galea tegimur, nec acuto cingimur enſe,
His habilis telis, quilibet eſſe poteſt.
At tua proſequimur ſtudioſè pectore Cæſar.
Nomina, per titulos ingredimurq; tuos.
Compoſit. *Commilitium.*

Miliŭm. *Virg.1.Georg.* *Vere fabis ſatio, tunc te quoq; medica, putres*
Accipiunt ſulci, & milio venit annua cura.
Mart.li.12.Epig. Frumentum, miliū, piſumq; , fabamq; ſolebas.

Mimŭs. *Oui.2.Triſt.Eleg.Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos.*
Mant. *Caupones, mimiq; leues, ſcurræq; loquaces.*
Compoſit. *Archimimus, Peutomimus.*

Mină, pro numiſmate. *Fanni.apud Priſ.Accipe præterea paruo quam nomine Graij*
Mnam vocitant, noſtriq; minam dixere priores.
Centū hæ ſunt drachmæ, quòd ſi modò demſeris
Quatuor, efficies hanc noſtrā deniq; librā. (illis
Ter.in Adel.Act.3.Sce.4, Dedit præterea in ſumtū dimidiū mi-
Id diſtributū ſanè eſt ex ſententia. (næ.

Mīnā, ārūm. *Virg.3.Aen.* *Dij prohibete minas, dij talem auertite caſum.*
Ouid 2.Faſt. *Inſtat amans hoſtis precio, precibuſq; , minisq;*

Nec pre-

Nec prece, nec precibus, nec mouet ille minis.

Minatio. Compoſit. *Comminatio, Eminatio.*
Plaut. in Capt. Act. 4. Sce. 1, Quæ illhæc eminatio eſt? nam nequeo mirari ſatis.

Miniſter. *Hor. li. 1. Epiſt. Sedulus importes opera vehemente miniſter.*
Buch. Pſal. 101, Integer vitæ mihi ſit miniſter;
Tecta non intret mea fraudulentus;
Nemo mecum intra mea commoretur
Limina mendax.
Compoſit. *Adminiſter, Comminiſter.*

Miniſterium. Virg. 7. Aen. Abſtinuit tactu pater, auerſusq́; refugit
Fœda miniſteria, & cæcus ſe condidit vmbris,
Ouid. 11. Met. fab. Somne quies rerũ, placidiſsime ſomne deorũ,
Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris
Feſſa miniſterijs mulces, reparasq́; labori.

Miniſtratio, Compoſit. *Adminiſtratio.*

Miniſtrator, Compoſit. *Adminiſtrator.*

Minium. *Virg. 10. Eclog.* ——————————— *quem vidimus ipſi*
Sanguineis ebuli baccis, minioq́; rubentem.
Idem in Cir. Inde alijs partes minioq́; infecta rubenti.

Minutal. *Mart. 11. Epig. 32, Hinc exit varium coco minutal,*
Vt lentem poſitam fabamq́; credas.

Minutio, Compoſit. *Comminutio, Diminutio.*

Mirabilitas, Compoſit. *Admirabilitas.*

Miraculum, & Miraclum, per Syncopen.
Hor. in Art. poet. Cogitat vt ſpecioſa dehinc miracula promat.

Miratio, Compoſit. *Admiratio, Demiratio.*
Iuuen. Sat. 6, Non propter numos minor admiratio ſummis.

Mirator. *Lucan. lib. 9, Sigeasq́; petit fama mirator arenas,*
Et Simoëntis aquas.
Mart. li. 10. Epig. 87, Mirator veterum ſenex auorum,
& *Donet Phidiaci toreuma cæli.*
Prop. li. 2. Eleg. 13, Non ego ſum formæ tantùm mirator honeſtæ.

Miratrix. *Senec. in Hipp. Fama miratrix ſenioris æui.*
Compoſit. *Admirator.*

Miſeratio, uerbal. *Buch. Pſal. 109, Nullaq́; progeniẽ miſeratio ſubleuet orbã;*

Mors

Mors falce totam demetat ſemel domum.

Compoſit. *Commiſeratio.* (*vide,*

Miſeriă,æ. *Ter.in Hecy.Act.3.Sce.4,Nā alias vt omittā miſerias, vnā hăc*
& plur. *Dies triginta,aut plus eo,in naui fui;*
Miſeriā,ārūm. *Quum interea ſemper mortem expectabā miſer.*
Miſericordiă,æ.vide Cor,cordis.
Miſſio uerbale,notæ quantitat.Compoſit. *Appromiſſio*, *Compromiſſio, Promiſſio,Repromiſſio.*
Sic Compoſit.à *Miſſŏr,Appromiſſor,Compromiſſor,Promiſſor, Repromiſſor.*
*Miſſum,*notæ quantit.Comp.*Compromiſſum,Promiſſum, Repromiſſum.*
Mitellă, à Mitra dimin.
Virg.in Cop. *Copa Syriſca caput Graia redimita mitella.*
Mitră. *Virg.9.Aen.* *Et tunicæ manicas,& habent redimicula mitræ.*
Ouid.lib.14, *Ille etiam picta redimitus tempora mitra.*
Prud. *Vt mitra cæſariem cohibens aurata virilem.*

M ante N.

Mnēmŏſўnōn.Catull. ——————*Mnemoſynon mei ſodalis.*

M ante O.

Mobilitas. *Virg.4.Aen.* *Fama malum quo non aliud velocius vllum:*
Mobilitate figet,uireſq; acquirit eundo.
Mant. ——————*inſidaq; vulgi*
Mobilitas,rerum ſemper ſtudioſa nouarum.
Lucret.li.4, *Tanta eſt mobilitas,& rerum copia tanta.*
Compoſit.*Immobilitas.*
*Modatio,*Inuſitatum.Compoſit.*Accomodatio,Commodatio.*
Mŏdĕrāmĕn,Ouid.3.Met.fab.Obſtupui,capiatq; aliquis moderamina,dixi.
inis. *Idem,* *Inq; diem alipedum ius & moderamen equorū.*
*Mŏdĕrātĭŏ,*Compoſit.*Immoderatio.*
Mŏdĕrātŏr,Ouid.3.faſt. *Vincitur ars vento,nec iam moderator habenis*
Vtitur,at votis is quoq; poſcit opem.
Mart.li.2.Epig. *Quintiliane vagæ moderator ſummæ iuuentæ.*
Sili.lib.5, *Autololum moderator erat,quem poplite cæſo.*

Lucret.

Ioannis Lucienbergij Claſsis I.

Lucret.lib.6, Et robuſtus item curui moderator aratri.

Mŏdēſtĭă. Quint. Præcipuum & niuei diuina modeſtia vultus.

Compoſit.*Immodeſtia.*

Mŏdĭcūm. Iuuen.ſat.9, ———— modico contentus agebat.

*Mŏdĭtās.*non dicitur, compoſito utimur,*Commoditas,Incōmoditas.*

Ouid.Epiſt.15,Cogimur ipſius commoditate frui.

*Mŏdĭŭs vel Mŏdĭūm.*Compoſit.*Semodius,& Semodium.*

Iuuen.Sat.14, ———— & tamen vno
Semodio ſcobis hæc emundat ſeruulus vnus.

Mŏdŭlāmēn,Ouid.in Phil.Nō quamuis aliæ volucres modulamina tētēt,
inis. Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.

Mŏdŭlātĭo.

Mŏdŭlātŏr.Hor.1.Ser.Sat.3,Vt quāuis tacet Hermogenes,cantor tamē atq;
Optimus eſt modulator:vt Alphenus vafer omni
Abiecto inſtrumento artis,clauſaq; taberna,
Sutor erat.

Mŏdŭlātŭs,us.

Mŏdŭlŭs. Hor.2.Ser.Sat.Ad ſummum totus moduli bipedalis, & idem.
Bapt.Pius, Sed pia concordes agmina dant modulos.

Mŏdŭs. Virg.10.Eclog.Et quis erit modus?inquit,amor nō talia curat.
Horatius, Eſt modus in rebus,ſunt certi deniq; fines,
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.
Ouidius, ———— modus eſt pulcherrima virtus.
Bapt.Pius, Pindaricisq; moues plectra canora modis.

Compoſit.*Commodum.Incommodum.*

Mœſtĭtĭă,æ. Buch.in Ieph. ———— multa mihi faciunt fidem,
Mæſtitia præſens,priſtina indulgentia,
Et nullius mens criminis mihi conſcia.

Mœſtĭtūdŏ, Idem eodem, Quæ mæſtitudo læta turbat gaudia?
inis.

*Mŏlă,*pro inſtrumento quo fit farina.

Ouid.3.de Art.Illa ſonat raucum quiddā,atq; inamabile ridet,
Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola.

Idem pro libo ſacrificiorum.

Virg.8.Eclog. Sparge molā,& fragiles incēde bitumine lauros.
Hor.Ser.2.ſat.3,Tu quum pro vitula ſtatuis dulcē Aulide natā,
Ante

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Ante aras, ſpargiſq; mola caput improbe ſalſa.

Mŏlāris, *Stat.li.1.Theb.Protere exanimes artus aſperoſq; molares.* pro dente.

Mŏlātiŏ, Inuſitat. Compoſit. *Immolatio.*

Mŏlātŏr. Inuſitat. Compoſit. *Ĭmmŏlātŏr.*

Buch.in Ieph. O ſanctitas, ô fas, & innocentia!
Peccare metuit immolator filiæ.

Mŏlēs, is. *Virg.1.Aen. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.*
Idem eodem, Hoc metuens molemq; & montes inſuper altos
Impoſuit.
Lucan.lib.8, Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.

Mŏlĕſtĭă. *Buch.in Ieph. In me profectò, quod ſciam, erratum eſt nihil;*
Nec ſi fuiſſet, id tibi moleſtiam
Afferre debet: Nam parentum iniurias
Aequo neceſſe eſt liberi vt animo ferant.
Idem eodem, Sed rem ſuopte expende vtranq; examine;
Sors neutra pura eſt omnibus moleſtijs.

Mōlimĕn, ĭnis. *Ouid.de Pōt.Eleg.3, Magna tenent illud numē molimina rerū.*
Idē 12.Met.fab.————— ſolidoq; reuellere dumo
Annoſam pinum magno molimine tentat.

Mŏlĭtiŏ, ōnis. uerbale inuſitat. Compoſit. *Demolitio.*

Mŏlĭtŏr, ōris.

Mōlītŏr. *Oui.8.Met.fab.7, Tyndaridæ gemini præſtantes, cæſtibus alter,*
Alter equo, primæq; ratis molitor Iaſon.

Mōllĭtĭēs. *Arch. Dignaq; mollities, & inertia parca laboris.*
Claud. Mollities, leueſq; genæ ſe prodere poſſent.

Mōlȳ. *Mant. Omniaq; infuſo curat vt vulnera moly,*
Moly quod omnigenis fecit Deus vtile morbis.

Mōmĕn, ĭnis. Antiquum, idem quod *Momentum.*
Lucre.lib.3, Momine vti paruo poſſint impulſa moueri.

Mōmĕntŭm. *Hor.1.Ser.Sat.1,—— quid enim concurritur, horæ*
Momento cita mors venit, aut victoria læta.

Mōmŭs.

Mŏnăs, ădis.

Mŏnăulŏs. *Mart.li.14.Epig. Sæpe tuas pariter ſæpe monaulon habet.*

Mŏnēdŭlă. *Ouid.7.fab. Nigra pedes nigris velata monedula pennis.*

Mōnētă. *Ouid.li.1.Faſt.Aera dabant olim, melius nūc omen in auro eſt,*
Victaq́; conceſsit priſca moneta noua.

Mōnīlĕ. *Virg.7.Aen.* *Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.*
Ouid.lib.10, *Pendebant tereti gemmata monilia collo.*
Idem eodem, *Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.*

Mŏnĭmēn-tūm. *Virg.5.Aen.* ———— *quem candida Dido,*
Eſſe ſui dederat monimentum & pignus amoris.
Hor.3.Car.Od.vlt.Exegi monimentum ære perennius,
Regaliq́; ſitu Pyramidum altius;
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Poſsit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum;
Non omnis moriar; multaq́; pars mei
Vitabit Libitinam.

Mŏnŭmēntūm, pro ſepulchro.
Oui.13.Met.fab.At puto funeribus dotabere regia virgo,
Condeturq́; tuum monumentis corpus auitis.

Inter hęc duo uocabula, una ab origine deſcēdentia, nēpè à *Moneo*, hoc diſcriminis eſſe uolunt peritiores, quòd illud mnemoſynon & recordationis pignus, itemq́; grauium auctorū uolumina atq; opera ſignificet, rectèq́; per tertiam uocalem ſcribatur: quum uerò defunctorum ſepulcra dicere uelimus, melius per quintam uocalem tunc ſcribi.

Mŏnĭtĭō. Compoſit. *Admonitio, Commonitio, Præmonitio.*

Mŏnĭtŏr, ōris. *Stat.5.Silu.* ———— *nec enim externo monitore petendus*
Virtutis tibi pulcher amor.
Compoſit. *Admonitio, Commonitio, Præmonitio.*

Mŏnĭtūm, & Mŏnĭtă, plur. *Virg.8.Aen.* ———— *quum Hetruſca reſedit*
Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm.
Buch.Pſal.95, Si modò non lentam verbis damus illius aurem,
Nec reſpuamus monita pertinaciter.
Compoſit. *Admonita.*

Mŏnĭtŭs, tus. *Virg.4.Aen.* *Multaq́; præterea vatum prædicta priorum*
Terribili monitu horrificant.

Compoſit.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Compoſit. *Admonitus, Commonitus, Præmonitus.*
Oui.15.Met.fab. Non tamen inſidias, venturaq́ vincere fata
Præmonitus valuere deûm.

Mōră. *Virg.3.Eclog.* ——— *In me mora non erit vlla.*
Idem 3.Aen. *Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti.*
Ouid. *Differ, habent paruæ commoda magna moræ.*
Mant. *Mobile tempus alit mora nulla fugacibus annis.*

Mōrātĭō à Moror. Compoſit. *Commoratio, Remoratio.*

Mōrēs, plural. *vide Mos.*

Mōrētūm. *Virg.in More. Tum demum digitis mortaria tota duobus*
Circuit, inq́ globum diſtantia contrahit vnum,
Conſtet vt effecti ſpecies nomenq́ moreti.
Ouid.4.Faſt. Non pudet herboſum, dixi, poſuiſſe moretum
In dominæ menſis? an ſua cauſa ſubeſt?
Lacte, mero veteres vſi narrantur, & herbis,
Sponte ſua ſi quas terra ferebat, ait.

Mōrĭō, ōnĭs. id eſt, Stultus.
Mart.li.8.Epig.13, Morio dictus erat, viginti millibus emi:
Redde mihi numos, Gargiliane, ſapit.

Mōrtālĭtās, ātĭs. Compoſit *Immortalitas.*
Prud.in Periſt. Hic ſe videndum præſtitit mortalibus,
Mortale corpus ſumſit immortalitas.
Buch.Pſal.21, Vitam popoſcit; mortis illi eſt addita
Immunis immortalitas.

Mōrtārĭūm. *Virg.in More. Tum demum digitis mortaria tota duobus*
Circuit.

Mōrūm, fructus, & plur. *Mōră.*
Virg.6.Eclog. Sanguineis frontem moris & tempora pingit.

Mōrŭs, arbor morifera.

Mōs, mōrĭs. *Virg.1.Georg. Ventos & varium cœli prædiſcere morem,*
Cura ſit.
Virg.1.Aen. *Virginibus Tyrijs mos eſt geſtare pharetram.*
Idem 4.Aen. *Non licuit thalami expertem ſine crimine vitā*
Degere, more feræ.

Mōrēs, plural. Vocabulum eſt medium, quod tam in bonam,

quàm malam partem accipitur. Sunt autem Mores boni, habitus, ſeſe modeſtè, pudicè, humaniter atq; ſeuerè gerendi, ut nemo offendatur, nemoq; lædatur. Et qui tam diuinũ ſibi habitum compararunt, *Bene morati* dicũtur.

Ouidius, *Adde quòd ingenuas didiciſſe fideliter artes,*
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.
Hor. in Art. poët. *Reſpicere exemplar vitæ, morumq; iubebo*
Doctum imitatorẽ, & veras hinc ducere voces.

Motio, uerbale. Compoſi. *Admotio, Amotio, Commotio, Promotio.*

Mōtŏr, ōris. Mart. li. 11. Epig. Cunarum fueras motor Charideme mearum,
Et pueri cuſtos, aſſiduusq; comes.

Compoſi. *Admotor, Amotor, Commotor, Promotor.*

Mōtūs. *Virg. 1. Georg.* ——————— *quo maxima motu*
Terra tremit, fugere feræ; & mortalia corda
Per gentes humilis ſtrauit pauor.
Ouid. Epiſt. 18, Sæpè per aſsiduos languent mea brachia motus.
Lucret. *Quæ tremulum faciunt membris exiſtere motũ.*
Compoſit. *Admotus.*

M ante V.

Mucor.

Mūcrō, ōnis. Ouid. 1. Met fab. ——————— *Iugulum mucrone reſoluit.*
Sil. lib. 6, *Vſq; ad noſtra ferus penetrauit viſcera mucro.*
Idem lib. 8, ——————— *breuibusq; hebetes mucronibus enſes.*
Mūcūs. *Catul.* *Mucusq; & mala pituita naſi.*
Mūgĭl, vel Mūgĭlis. *Mart. li. 10. Epig. 30, Natat ad magiſtrum delicata murana,*
Nomenculator mugilem citat notum,
Et adeſſe iuſsi prodeunt ſenes mulli.
Catull. Car. 15, Quem, attractis pedibus, patente porta,
Percurrent raphaniq;, mugilesq;.
Mūgītūs. *Virg. 6. Eclog. Prætides implerunt falſis mugitibus agros.*
Virg. 2. Georg. Mugitusq; boum.
Ouid. 1. Faſt. *Mugitum rauco furta dedere ſono.*

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Idem 1.Met.fab.Et gemitu, & lacrimis, & luctiſono mugitu.

Mŭlĭĕr. *Hor.li.2.Ser.Sat.*——— *mulier ſi fortè doloſa,*
Libertasúe ſenem delirum temperet.
Idem in Art.poët.——— *vt turpiter atrum*
Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne.
Lucret.lib.4,Nec mulier ſemper ficto ſuſpirat amore.

Mŭlĭercŭlă.Lucret.lib.4,Deteriore ſit vt forma muliercula ametur.

Mŭlĭō,ōnis. Mart.li.9.Epig.58,Nec pigri rota quaſſa mulionis.
Iuuen.Sat.3, Nam mihi commota iamdudum mulio virga.

Mŭltĭtĭă, ōrŭm. *Iuuen.Sat.2,* —— *quaro an deceant multitia teſtem.*
Idem ibidem,Non facient alij quum tu multitia ſumas Cretice?

Mŭltĭtūdō, ĭnis. *Buch.in Ieph.Nec ſi tyrannis blandiens palpatio*
Peiora laudet,recta mutans nomina,
Efficiet vt qua viſa multitudini
Honeſta ſunt,honeſta fiant protinus.

Mūlŭs, & Mūlă. *Iuuen.Sat.7,*——— *munda nitet vngula mula.*

Mŭndĭtĭă, & Mŭndĭtĭæ,ārŭm. *Mart.li.10.Epig.90,Tales munditiæ decent puellas.*

Mŭndĭtĭēs. Oui.3.de Art.Mundicijs capimur ne ſint ſine lege capilli.

Mūnĭă. orum. *Hor.2.Ser.Sat.2, Alter vbi dicto citius,curata ſopori*
Membra dedit,vegetus præſcripta ad munia ſurgit.
Pru.in Pſych.Munia nunc agitet tacita toga candida pacis.

Hinc eſt *Communio.*Item *Communitas & Immunitas.*

*Munificentia.*uide in ordine *F.*particulam compoſitiuam *Ficentia.*

Mūnīmĕn, ĭnis. *Virg.2.Georg.*——— *hoc effuſos munimen ad imbres,*
Hoc vbi hiulca ſiti ſindit canis æſtifer arua.
Mant. *Expulit ingenti fortem munimine Gallum.*

Mūnīmĕntŭm.

*Mūnītĭō,ōnis.*uerbale.Compoſit.*Circummunitio.*

Mūnītŏr,ōris.Oui.Epiſt.5, Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit.
Compoſit.*Communitor.*

Mūnŭs,ĕrĭs.Virg.2.Eclog.Et faciet; quoniam ſordent tibi munera noſtra.
Mart.li.1.Epig.Priſca fides taceat non poſt tua munera Cæſar,
Hac iam fœminea vidimus acta manu.
Mūnūſcŭlŭm.Vir.4.Eclo.At tibi prima puer nullo munuſcula cultu
Errantes hederas paſſim cum bacchare, tellus,
Miſtaq́, ridenti colocaſia fundet acantho.
Mūrænă. Mart.lib.13, Quæ natat in Siculo grandis murana profundo,
Non valet exuſtam mergere ſole cutem.
Mūrĕx,ĭcĭs.Virg.4.Eclog. Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti
Murice.
Idem li.9.Aen.Vobis picta croco, & vulgenti murice veſtis.
Mūrĭă,æ. Hor.2.Ser.Sat.8, ———— illotos Cotillus echinos
Vt melius muria, quàm teſta marina remittat.
Perſi.Sat.6, Tingit olus, ſiccat muria vafer in calice empta.
Mūrmŭr,ŭrĭs.Vir.9.Eclo. Aſpice, ventoſi ceciderunt murmuris auræ.
Mūrŭs. Virg.4.Eclo. Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.
Oui.2.de Pont.Eleg.Oppida turritis cingantur eburnea muris.
Mūs,mūrĭs.Oui.de Philo. Mus auidus mintrat.
Muſa, pro carmine ſeu cantiuncula.
Virg.6 Eclog. Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.
Mūsĭcă,æ.
vel
Muſice,es.
Mūſtrĭcŏlă.Afrani. Muſtricolam in dentes indam tibi.
*Mutabilitas.*Compoſit.*Immutabilitas.*
*Mūtātĭo,*uerbale.Compoſit.*Commutatio,Demutatio,Immutatio.*
Mūtātŏr,ōrĭs.Lucan.li.10,Exerit, & varij mutator circulus anni.
Mutatus,us. Compoſi.*Commutatus,Immutatus.*
Lucret.lib.1, —— quapropter quoniam quæ diximus antè
In commutatum veniunt.

M ante Y.

Mÿrĭcă. Virg.4.Eclo. Non omnes arbuſta iuuant humilesq́ myricæ.
Oui.10.Met.fab.Perpetuoq́ virens buxus tenuesq́ myricæ.

Myſte-

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Myſtēriăr-chēs. *Pru.in Periſt.* *Bene eſt quòd ipſe ex omnibus*
Myſteriarches incidat,
Hic ſolus exemplum dabit,
Quid mox timere debeant.

Myſtēriūm. *Pru.in Periſt.* *Age explicemus, ſi placet, myſteria,*
Præfecte, veſtra, iam neceſſe eſt audias
Nolis, velis, ne quid colatis ſordium.

Mytilŭs. piſcis nomen.
Mart.li.5.Epig. *Sumitur inciſo mytilus ore mihi.*

CLASSIS PRIMAE
ORDO DVODECIMVS:

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum Appellatiuorum incipientium ab

N

N ante A.

Nāblĭūm. *Buch.Pſal.81,* *Nec lyra, nec ceſſent genialia nablia, feſtis*
Tuba calendis clangite.

Nānŭs. *Prop.li.4.Eleg.8,* *Nanus & ipſe ſuos breuiter cōcretus in artus,*
Iactabat truncas ad caua buxa manus.

Nārēs. *Virg.1.Georg.* ——— *aut bucula cælum*
Suſpiciens, patulis captauit naribus auras.
Ouid.lib.12, *Perq; cauas nares, oculos aureſq;, cerebrum*
Molle fluit.

Nārrātŭs. *Oui.6.Met.* ——— *veniet narratibus hora*
Tempeſtiua meis.

Narthecium. *vide Theca.*

Naſiterna, uas aquarium anſatum ac patens.

Nāsūs. *Mart.lib.9, Exprimeret quoties rorantem frigore naſum.*
Idem lib.13, Naſutus ſis vſq; licet, ſis deniq; naſus.
Nātālis. *Virg.3.Eclog. Phyllida mitte mihi, meus eſt natalis, Iola.*
Oui.in Epiſt. Sex mihi natales ierāt.
Pro anno hic ponitur natalis.
Iuuen.Sat.6, Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.
Natalitia.
Nātātūs,us. Stroz.Fil. Inſurgentem amnem volucri ſuperare natatu.
Buch.Pſal.8, Quiq; pinnarum celeri natatu
Piſcis pererrat æquora.
Quiq; pennarum celeri volatu,
Metitur ales aëra.
Nātātōr. *Oui.1.de Rem.Am. Pugnat in aduerſas ire natator aquas.*
Nātēs. *Theocrit. Quando nates duro tangebam uerbere molles.*
Nātĭō, uerbale à *Naſcor.* *Buch.Pſal.105, Vos Abrami, vos Iacobi*
Poſteri, ſerui Dei
Separati, ſorte lecta
Natio, vos alloquor.
Idem eodem, Et ferarum nationum
Occupatis oppidis.
Compoſit. *Agnatio, Cognatio.*
Nātrix. *Lucan.lib.6, Et natrix violator aquæ, iaculiq; volucres.*
Nātūrā,æ. *Virg.1.Georg. Continuò has leges, æternaq; fœdera certis*
Impoſuit natura locis; quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.
Mant. Sed quoniam natura ſagax Deus, vſus, & aſtra.
Nātūs, pro filio. *Virg.1.Aen. Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus.*
Idem 3.Aen. Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.
Nāuālē. *Ouid.3.Met. Haud aliter quam ſi ſiccum nauale tenerent.*
Mant.in Exhort.————naualia vobis
Fœta armis totum vexare potentibus orbem.
Nauarchus.
Nāufrăgūs. *Ouid.in Ibin, Siue per immenſas iactabor naufragus vndas.*
Naufragium. vide *Fractio.*
Nauia,æ.
Nāuĭgiūm. *Virg.2.Georg. Aut vbi nauigijs violentior incidit Eurus,*
Noſſe

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Noſſe quot Ionij veniant ad littora fluctus.
Hor.li.1.Epiſt.——————*conducto nauigio aquè*
Nauſeat ac locuples, quem ducit priua triremis.

Nauicula.
Nauicularia,a.
Nauicularius.
Nauiculator.

Nāuis. *Oui.2.Met.fab.* *Vtq; labant curua iusto ſine pondere naues.*
Mant. *Claſſis adeſt, mare veliuolis iam nauibus albet.*

Per Synecdochen uocatur, *Prora, Puppis, Abies, Carina.*
Virg.9.Aen. *Quot prius aratæ ſteterant ad littora proræ.*
Idem 3.Aen. *Anchora de prora iacitur, ſtant littore puppes.*
Idem 4.Aen. *Huc curſum Iliacas vento tenuiſſe carinas.*
Lucan.lib.1. *Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.*

Nāuitā. *Virg.1.Georg.* *Nauita tum ſtellis numeros & nomina fecit.*
Ouid.2.Faſt. *Quid tibi cū gladio? dubiā rege nauita puppim,*
Non ſunt hæc digitis arma tenenda tuis.

Nāumāchiā. Mart. in Amph. Epig. 28. *Fucinus & pigri taceātur ſtagna Ne(ronis,*
Hanc norint vnam ſecula naumachiā.
Idem lib.1. *Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis,*
Vis, puto, cum libro Marce natare tuo.

N ante E.

Nēbrīs, idis. Sidon. *Hic diſtincta latus maculoſa nebride Thyas.*
Stat. *Hic chelyn, hic flauam maculoſo nebrida tergo.*

Nēbŭlā. *Virg.1.Georg.* *At nebulæ magis ima petunt, campoq; recūbunt.*
Idem 2.Georg. *Quæ tenuem exhalet nebulā, fumosq; volucres.*
Iuuen. Sat.10.——————*pauci dignoſcere poſſunt*
Vera bona, atq; illis multum diuerſa, remota
Erroris nebula.
Mant.——————*nigrantes*
Proſpiciunt nebulas toto ſe voluere olympo.

Nēbŭlō, ōnis. Hor.1.Ser.Sat.1.——————*Non ego auarum*
Quum veto te fieri, vappā iubeo aut nebulonē.

Nēcēſſitās. Hor.1.Car.Od.3. *Poſt ignem ætheria domo*
Subductum, macies, & noua febrium

Terris incubuit cohors:
Semotiq́; prius tarda neceſsitas
Lethi corripuit gradum.
Idē li.3.Od.24,Si figit adamantino
Summis verticibus dira neceſsitas
Clauo;non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.

Neceſsitudo.

Nĕcis, Genitiuus ſine nominatiuo,nam *Nex* non dicitur.
Compoſi.*Internicies,Pernicies.*

Nĕfās,vide Fas.
Paciſi. *Infandum crimen paſſa,nefasq́; graue.*

Negatio.

Negocium,vide Ocium.

Nĕmŭs,ŏris.Virg.6.Eclog.His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.
Idem 7.Eclog.Phyllidis aduentu noſtra nemus omne virebit.
Ouid.7.Met. *Quas nemus vmbroſum,ſecretaq́; ſilua tegebat.*

Nĕōmēnĭă,æ.

Nĕpă. *Mant.* *In thorace cauo,coluber,nepa,vipera,bufo.*

Nĕpĕtă.

Nĕpōs,ōtĭs. Virg.9.Eclog. Inſere Daphni pyros,carpent tua poma nepotes.
Idem 6.Aen. Fortè recenſebat numerum,clarosq́; nepotes.
Compoſit.*Abnepos,Atnepos,Pronepos.*

Fœminina à *Neptis* non indigent demonſtratione quantitatis, quia maſculi ſequuntur naturam.

Ouid. ——————— *pronepos ego regis aquarum.*
Perſ.Sat.6, *Iam reliqua ex amita patruelis nulla proneptis.*

Nĕquĭtĭă,æ.Ouid.3.Eleg. Nequitiam vinoſa tuam conuiuia narrant.
Hor.2.Ser.Sat.3,Nequitia & nugis prauorū & amore gemellū.
Buch.Pſal.82,Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Ioua,
Qui iudicantum examinabit
Nequitiam trutina ſeuera.

Nĕquĭtĭēs. Hor.li.2.Ser.Sat.2,Illum aut nequities,aut vafri inſcitia iuris,
Poſtremum expellet certè viuacior hæres.

N ante I.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

N ante I.

Nīcērōtiānūm, Genus unguenti laudatiſsimi.
Mart. lib. 6, Laudas pinguia nicerotiana.
Idem eodem, Fragras plumbea nicerotiana.

Nīcētēriă. Sunt præmia ex uictoria relata, ut torques, &c.
Iuuen. Sat. 3, Et ceromatico fert niceteria collo.

Nīdōr, ōris. Virg. 12. Aen. Occupat os flammis, illi ingens barba reluxit,
Nidoremq; ambuſta dedit.
Mart. li. 1. Epig. Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ.
Mant. Fumifico motus craſſæ nidore culinæ.

Nīdŭs. Virg. 1. Georg. ———— iuuat imbribus actis
Progeniem paruam, dulceſq; reuiſere nidos.
Ouid. 1. Faſt. Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis.
Et facili dulces editis ore ſonos.

Nigredo.

Nigrōr. Pont. Exacſcet fumo, & piceum dabit vſta nigrorem.

Niſūs, ſus. Hor. 4. Car. Od. 4, Ventiq; iam nimbis remotis
Inſolitos docuere niſus.

Nitōr, ōris. Oui. 2. de Pōt. Eleg. 2, Nunc tibi & eloquij nitor ille domeſticus
Quo poteras trepidis vtilis eſſe reis. (adſit,
Quin. Ecce domus rutilo micuit pateſacta nitore.

Nitēdŭlă.

Nitēllă. Mart. li. 5. Epig. 38, Quæ crine vincit Bætici gregis vellus,
Rheniq; nodos, aureamq; nitellam.

Nitrūm. Virg. 1. Georg. Et nitro prius, & nigra perfundere amurca.
Compoſit. *Aphronitrum, Ammonitrum.*
Mart. Ruſticus es, neſcis quid græco nomine dicar,
Spuma vocor nitri, Græcus es? Aphronitrum.

Niuēs. Virg. 10. Eclog. Tu procul à patria, nec ſit mihi credere tantum,
Alpinas ah dura niues & frigora Rheni.
Idem ibidem, Sithoniaſq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.
Mant. Frigora, Biſtonias, Sarmaticaſq; niues.

N ante O.

Nōbĭlĭtās. Ouid. 7. Met. fab. 1, ———— ſed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo eſt, ea gratia formæ,

Vt ti-

Vt timeam fraudem, meritiq́; obliuia noſtri.

Compoſit. *Ignobilitas.*

Ouid. lib. 6, Met. fab. Res obſcura quidē eſt ignobilitate virorū,
Mira tamen.

Nŏcēntiā. Compoſit. *Innocentia.*

Prud. in Periſt. Poſcit litari victimas Chriſto & patri,
Quas ſcit placere, candidatas, ſimplices,
Frontis pudorem, cordis innocentiam,
Pacis quietem, caſtitatem corporis,
Dei timorem, regulam ſcientiæ,
Ieiuniorum parcitatem ſobriam,
Spem non iacentem, ſemper & largam manum.

Buch. in Iepht. O ſanctitas, ô fas, & innocentia,
Peccare metuit immolator filiæ.

Nodatio. Compoſit. *Enodatio.*

Nōdŭs. *Virg. 5. Eclog. Formoſum paribus nodis, atq; ære Menalca.*
Idem 8. Eclog. Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.
Stroz. pa. Hæc mea difficili vinxit præcordia nodo.

Compoſit. *Internodium.*

Ouid. 1. Met. fab. Mollia nodoſus facit internodia poples.

Nŏēmă, ătis.

Nōmĕn. *Virg. 3. Eclog. Dic quibus in terris inſcripti nomina regum*
Naſcantur flores, & Phyllida ſolus habeto.
Idem 2. Aen. ———— Et nos aliquod nomenq́; decusq́;
Geſsimus.
Ouid. 10. Met. ———— Magnum & memorabile nomen.
Idem, Conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis.

Compoſit. *Agnomen, Cognomen, Prænomen, Pronomen.*

Virg. 1. Aen. At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo.
Horatius, ———— gaudent prænomine molles
Auriculæ.

Item hinc deſcendit *Ignominia.*

Virg. 3. Georg. Multa gemens ignominiam, plagasq́; ſuperbi.
Val. Var. Quis ferat hoc ignominiæ damnabile crimen?

Nōmēnclā-tūrā. *Mant. Hic obiter quæ ſit nomenclatura dierum.*
Idem, Fertur, & id talis nomenclatura decebat.

Nōmēn-

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Nōmēncŭ-lātŏr. *Mart.li.10.Epig.30, Nomenculator mugilem citat notum,*
Et adeſſe iuſſi prodeunt ſenes mulli.

Nōmĭnātĭō. Compoſit. *Annominatio, Agnominatio, Cognominatio.*

Nōnă, ārŭm. *Oui.2.Faſt.* *Dum canimus ſacras alterno pectine nonas.*

Nŏtă, æ. *Oui.Epiſt.4,* *His arcana notis terra pelagoq; feruntur,*
Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.
Stroz.pat. *Damnat & infamis pagina plena notæ.*

Nŏtārĭŭs. *Mart.li.10.Epig.62, Nec calculator, nec notarius velox,*
Maiore quiſquam circulo coronetur.

Notio, ōnis. Compoſit. *Agnitio, Cognitio, Recognitio.*
Buch.Pſal.36, Vultuq; radius purus effuſus tuo,
Lumine nos pura cognitionis alet.

Nōtĭtĭă, æ. *Ouid.2.Triſt.* *Et ſunt notitiæ multa minora tuæ.*
& *Idem 4.Met.fab.Notitiam, primosq; gradus vicinia fecit.*
Nōtĭtĭēs. *Lucret.lib.5, Præterea ſi non alij quoq; vocibus vſi*
Inter ſe fuerant; vnde inſita notities eſt
Vtilitatis?

Nŏthŭs, pro ſpurio.
Virg.7.Aen. *Suppoſita de matre nothos furata creauit.*

Nŏtŏr, ōrĭs. inuſitatum. Compoſit. *Agnitor, Cognitor, Præcognitor.*
Recognitor.
Buch.Pſal.17, Ad tuum læſus fugio tribunal,
Et fidem appello; mihi cognitorem
Te peto; oppreſſos oculis benignis
Aſpice iuſtos.

Nŏuācŭlă, æ. *Mart.lib.11,* *Quid ſi me tonſor cum ſtricta nouacula ſupra eſt.*
Buch.Pſal.52, Tua lingua ſemper fraudibus
Intenta comminiſcitur
Nefas, nitente cotibus
Acutior nouacula.

Nŏuālĭă, ōrŭm. *Virg.1.Eclog.* *Impius hæc tam culta noualia miles habebit?*

Nŏuālĭs. *Virg.1.Georg.* *Alternis idem tonſas ceſſare nouales,*
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.

Nouatio. Compoſi. *Innouatio, Renouatio.*

Nŏuātŏr, trix.	*Ouid.15.Met.*	——— *rerumq́; nouatrix*
		Ex alijs alias reddit natura figuras.
	Compoſ.*Innouator, Renouator, & Renouatrix.*	
	Buch.Pſal.85,	*Ecce ſalus, ecce incultas bona copia terras*
		Incolet, & læti renouatrix gloria ſecli.
Nŏuēmbĕr.	*Mant.*	*Non pruinoſi iam nox erat orta Nouembris.*
Nŏuĕrcă.	*Virg.3.Eclog.*	*Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca.*
	Ouid.lib.1.Met.	*Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.*
	Pont.	*Exatiatq́; animum cruda nouerca ſuum.*
Nŏuĭtās, ātĭs.	*Virg.1.Aen.*	*Res dura, & regni nouitas me talia cogunt*
		Moliri.
	Ouid.4.Met.	——— *dulciq́; animos nouitate tenebo.*
	Horat.	*Quòd ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet.*

N ante V.

Nūbēs, bis.	*Virg.5.Eclog.*	*Sub pedibusq́; videt nubes, & ſidera Daphnis.*
	Idem 1.Georg.	*Et fœdam glomerant tempeſtatē imbribus atris*
		Collecta ex alto nubes.
	Lucret.lib.6,	*Incidit in validam maturo fulmine nubem.*
	Ouid.6.Met.	*Exiliantq́; cauis eliſi nubibus ignes.*
Nubecula, æ. diminut.		
Nūbĭlă.	*Virg.1.Georg.*	*Dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent.*
	Oui.5.Met.	*Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.*
	Pont.	*Non nebulæ, non me nubila nigra tegunt.*
Nubium, à *Nubo,* non eſt in uſu. Compoſit. *Cōnnūbĭūm, & Cōnnūbĭūm,* per ſyſtolen.		
	Virg.	*Connubio iungam ſtabili, propriamq́; dicabo.*
Nucella.		
Nucula.		
Nŭclĕŭs.	*Mart.li.11.Epig.87,*	*Mella dari, nucleosq́; iubet, dulcesq́; placētas,*
		Et quicquid pueros non ſinit eſſe truces.
Nūgæ.	*Hor.2.Ser.Sat.3,*	*Nequitia et nugis prauorū et amore gemellūm.*
	Stroz.Pat.	*Tu quoq; parce leues nugas extollere tantum.*
	Idem,	*Et qui vaniloquis conſumunt tempora nugis.*
Nūmĕn, inis.	*Vir.4.Eclo.*	*Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis,*
		Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Mant. *Candidè per ſuperos, per olympiça numina iuro.*
Buc.Pſa.81, *Nec proſtratus humi ſupplex noua numina adores,*
Sed vnicum tibi me D E V M
Eſſe velis, domini qui rupta compede Nili;
Iuris tui te reddidi.

Numerabilitas. Compoſi. *Innumerabilitas.* *(meratio.*
Nŭmĕrātĭō. Compoſit. *Connumeratio, Dinumeratio, Enumeratio, Renu-*
Nŭmĕrŭs. *Virg.6.Eclog.Tum verò in numerum Faunosq́, ferasq́, videres*
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Idem ibidem, Cogere donec oues ſtabulis, numerumq́, referre
Iuſſit, & inuito proceſſit veſper Olympo.
Idem 7.Eclog.Hic tantum borea curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrētia flumina ripas.

Nŭmĭſmă, ătĭs. uel *Nomiſma.* nam utrumq; dicitur.
Mart.lib.1, *Cur data ſunt equiti bis quinq́ numiſmata?*
Idē li.8.Epi.78, *Nūc veniūt ſubitis laſciua numiſmata nimbis.*
Nŭmŭs. *Ouidius,* *Creſcit amor numi, quātum ipſa pecunia creſcit.*
Nŭrŭs. *Oui.Epiſt.3,* *Si progreſſa forem, caperer ne nocte timebam,*
Quamlibet ad Priami munus itura nurum.
Mart.lib.4, *Atq́ inter Latias gloria prima nurus.*
Nŭtrĭtŏr. *Mart.li.8.Epig.28, An Arteſſiacus ſtabuli nutritor Iberi,*
Batis in Heſperia te quoq́ lauit aqua?
Compoſit. *Connutritor, Enutritor.*

Nŭtrīx, īcis. *Lucret.lib.5,* *Nec crepitacillis opus eſt, nec cuiquā adhibēda eſt*
Alma nutricis blanda atq́ infractā loquela.
Nŭtrĭcŭlă. diminutiuum.
Iuuen.Sat.7, *Gallia potius nutricula cauſidicorum.*
Nŭtrīmĕn, ĭnis. *Oui.15.Met.* *Naturaq́ ſuum nutrimen deerit edaci.*
Nŭtrīmĕntŭm. *Virg.1.Aen.* *Suſcepitq́ ignem folijs, atq́ arida circum*
Nutrimenta dedit, rapuitq́ in fomite flammam.
Nŭtŭs. *Virg.Aen.* *Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.*
Pont. *Quæ poſtquam facili perfecit omnia nutu.*
Nŭx, nŭcis. pro arbore & pro fructu.
Iuuen.Sat.11, Annoſam ſi fortè nucem deiecerat Eurus.
Virg.2.Eclog: Caſtaneaq́ nuces, mea quas Amaryllis amabat.
Idem 8.Ecl. Sparge marite nuces, tibi deſerit Heſperus Oetam.

CLAS-

CLASSIS PRIMAE
ORDO XIII.

De quantitatibus Subſtantiuorum appellatiuorum incipientium ab

O ante B.

ŏbēdĭēn- tĭă,æ. *Buch.in Ieph.*———————— *oſtendere*
Vel hinc volebat, victima obedientiam
Magis placere.

Ŏbĕlĭſcŭs. *Virg.* *Hæc aperit prima faſtigia celſa obeliſci.*

Ŏbĕlŭs. *Petrarch.* *Venit Ariſtarchus obelis armatus acutis.*

Obeſitas.

Ŏbēx,ŏbĭ̄jcĭs, *Virg.2.Georg.* *Obicibus ruptis,rurſusq́; in ſeipſa reſidunt.*
& *Vir.li.10.Aen.* *Ecce maris magno claudit nos obijce pontus.*
Ŏbēx,ĭcĭs.

Duplicatur hic prima *i*, propter primam, ſyllabam, quæ breuis eſt.

Sili.lib.4, *Et fidos certant obices arceſſere ſilua.*
Idem lib.13, *Obnixi torquent obices munimina ſeræ.*

Ŏbĭtŭs.vide Itus.

Ōblēctā- mĕn. *Stat.3.Silua.* *Nec deſunt variæ circum oblectamina vitæ.*

Ōblĭuĭă. *Virg.6.Aen.* *Securos latices & longa obliuia ponunt.*
Stat.lib.10.Theb. *Limen opaca quies,& pigra obliuia ſeruant.*

Ŏbŏlŭs. *Priſcian.* *Nam nihil hic oboloue minus,maiusq́; talento.*

Obrizum.

Ōbſcūrĭtās, ātĭs. *Buch.Pſa.94,* *Nam nec tenebræ nos tegunt,nec pellimus*
Obſcuritate iniurias.

Ōbſē-

De quantitatibus Nominum ſubſtantiuorum.

Obſequium. vide Sequela.

Obſes, idis. Ouid.1.Met. ——— *mitti degente Moloſſa*
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.

Obſidio. vide Sedes.
Mant. *Cinxerat has vrbes dura obſidione Philippus.*

Obſidium. vide Sedes.

Obſonia, Mant. ——— *obſonia menſas*
Lauta onerant.

Obſtaculum. vide Statio.

Obſtragulum. vide Stragulum.

Obtutus, us. Pru. in Periſt. Velut retortis intuens obtutibus,
Auertit ora delitantis hoſtia,
Lapis ſeuera fronte mentitur minas.

O ante C.

Occaſio. Cato, *Fronte, capillata eſt poſthac occaſio calua.*
Auſon. *Sum dea, quæ rara & paucis occaſio nota.*

Occaſus. vide Caſus. per periphraſ. appellatur, *Solis Heſperium cubile.*

Oceanus. Iuuen. Sat. 2, Vltra Sauromatas fugere hinc lubet & glacialem
Oceanum.

Ocellus. Mart. li. 1. Epig. Sæpe mihi queritur non ſiccis Ceſtos ocellis.
Mant. *Protulit, & matri blandis arriſit ocellis.*

Ociator. Compoſit. *Negociator.*
Mart. li. 10. Epig. 87, Agrippæ tumidus negociator
Cadmi municipes ferat lacernas.

Ocimum. Herba eſt fragrantiſsimi odoris, quam uulgariter baſilicam uocant, eiuſdem quantitatis cum ocymo, de quo paulò inferius, quamuis ſignificatione planè diſcrepent.

Ocium. Virg. 1. Eclog. *O Melibœe, deus nobis hæc ocia fecit.*
Picto. *Ocia perpetuò delicioſa caue.*
Compoſit. *Negocium.*

Ocrea. Sidon. *Includit ſuras ocreis, capitiq; micantem*
Imponit galeam.

Octo-

Octōphŏrum. *Mart.lib.6,* *Octophoro ſanus portatur Auite Philippus.*

Ŏcŭlŭs. *Virg.3.Eclog.* *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.*
Idem 1.Georg. *Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.*
Val.Flac.li.6, *Ac ſimul huc acres oculos ſenſusq́; referre.*
Hor.1.Epiſt.2, ——— *nam cur*
Quæ lædunt oculos feſtinas demere, ſi quod
Eſt animum differs curandi tempus in annum.

Ōclŭs. Prudentius per ſyncopen poſuit *Oclus*, & ſic primam produxit.
In Periſteph. *Sanus videbit lippos oclos obteget.*
Compoſit. *Dēfiŏcŭlŭs.*
Mart.lib.12, *Hinc defioculusq́; & inde lippus.*

Ōcȳmŭm. *Colum.lib.10,* *Tum quoq; proſciſſo, riguoq́; inſperſa nouali*
Ocyma comprimite, & grauib. denſate cylindris.

Eſt autem ocymum diuerſarum herbarum ſeu leguminum farrago; ab ὠκὺς hoc eſt uelox deductum, quòd uidelicet citò creſcat, & ſi animalibus datur, citò illis aluum purget. Vnde abuſiuè à Perſio pro celeritate & properatione eſt poſitum.
Perſ. *Quum benè diſcincto cantauerit ocyma vernæ.*

O ante D.

Ōdē. *Quint.* *Quum caneret lepidas Venuſinus Horatius Odas.*
Compoſit. *Epiodium, Monodia.*

Ŏdĭŭm. *Virg.8.Eclog.* *Dumq́; tibi eſt odio mea fiſtula, dumq́; capellæ.*
Fauſt. *Hinc odia indignis pernicioſa viris.*

Ŏdŏr, ōris. *Virg.2.Eclog.* *Et vos ô lauri carpam, & te proxima myrte,*
Sic poſita, quoniam ſuaueis miſcetis odores.

O ante E.

Oenŏphŏrŭm. *Iuuen.6.Sat.* ——— *tandem illa venit rubicundula totum*
Oenophorum ſitiens.

Œſȳpŭm. *Oui.3.de Art.* *Oeſypa quid redolent, quãuis mittantur Athenis.*

Dem-

Demptus ab immundæ vellere ſuccus ouis.

O ante F.

Ŏſellă. *Mart.li.12.Epig.48, Me meus ad ſubitas inuitet amicus oſellas,*
Hæc mihi quā poſſum reddere cœna placet.
Idē li.14.Epig. Parua tibi curua craticula ſudet oſella.

Offendiculum.

Ŏffĕnſăcŭlŭm. *Pru.in Periſt. Lapis ecce noſtro fixus offenſaculo eſt,*
Impingat in quem vanitas.

Officina. vide particulam, *Ficina.*

Officium. vide *Facientia.*

Offŭcĭă, æ.

Ŏffŭlă. diminutiuum.

O ante L.

Ŏlĕă. *Vir.1.Georg. Adſis, ô Tegeæ fauens, oleæq, Minerua*
Inuentrix, vnciq, puer monſtrator aratri.
Oui.6.Met. Circuit extremas oleis pacalibus oras.

Ŏlĕāſtĕr. *Virg.2.Georg. Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem*
Plurimus, & ſtrati baccis ſilueſtribus agri.
Lucan.lib.5, Barbigeras oleaſter eò iuuat vſq, capellas.

Ŏlēntĭă. Compoſi. *Beneolentia, Graueolentia, Suaueolentia.*

Ŏlētŭm. *Perſi.Sat.1, ————— veto quiſquam hic faxit oletum.*

Ŏlĕŭm. *Virg.1.Georg. Sæpè oleo tardi coſtas agitator aſelli,*
Vilibus aut onerat pomis.
Idem 5.Aen. Cætera populea velatur fronde iuuentus.
Nudatoſq, humeros oleo perfuſa niteſcit.
Hor.2.Ser.Sat.3, Adde poëmata nūc, hoc eſt, oleū adde camino.

Olitio. uerbale inuſit. Compoſ. *Abolitio.*

Ŏlĭtŏr. *Colu. ————— tum præbeat imbres*
Sedulus irrorans olitor.

Ŏlĭuă. *Virg.5.Eclog. Lenta ſalix quantum pallenti cedit oliuæ;*
Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis;
Iudicio noſtro tantum tibi cedit Amyntas.

Ŏlĭuŭlă. dimin. *Buch.Pſal.52,Ego ceu virens oliuula*
Domini in agello conſita
Florebo,ſpe fretus bona
Cœleſtis indulgentia.

*Ŏlĭuŭm,*i.*oleum. Vir.5.Eclo.Craterasq́; duos ſtatuam tibi pinguis oliui.*

Ŏlŏr,ōrĭs. *Virg.9.Eclog. Nam neq; adhuc Varo videor,nec dicere Cinna,*
Digna,ſed argutos interſtrepere anſer olores.
Bapt.Pius, *Talia nec dulci geminat Mæandrius ore,*
Vicinæ gaudens tempore mortis olor.
Sil.lib.13, *Creta fuit raro terris ſpectata colore,*
Quæ candore niuem, candore anteiret olores.

Ŏlŭs,ĕrĭs. *Vir.in Moret.* ———————— *notisq́; diebus*
Venales olerum faſces portabat in vrbem,
Vnde domum ceruice leuis,grauis ære redibat.
Mart.lib.13; *Niliacum ridebis olus,lanasq́; ſequaces.*

Ŏlūſcŭlūm. Hor.2.Ser.Sat.6,Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo.

*Ŏlympĭă.*ludi fuere.
Hor.1.Epiſt.1,Qui circum pagos,& circum compita pugnax
Magna coronari contemnat olympia.

O ante M.

Ŏmāsŭs. *Hor.1.Ser.* *Infantes ſtatuas,ſeu pingui tentus omaſo.*
Idem 1.Epiſt. ———————— *patinas cœnabat omaſi*
Vilis & agnini.

Ōmĕn,ĭnĭs. Virg.2.Aen. ———————— *quod dij prius omen in ipſum*
Conuertant.

Ōmēntūm. Iuuen.Sat.13, Ponimus & ſectum vituli iecur,albaq́; porci
Omenta.

Ŏmĭōmĕrĭă.Lucre.li.1. *Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur omiomerian.*

*Ōmnĭpŏtēntĭă.*uide ſimplex, *Potentia.*

O ante N.

Ŏnăgĕr, & *Ŏnāgrŭs,rĭ.* *Virg.3.Georg.Sæpè etiam curſu timidos agitabis onagros.*
Stroz.Pat. *Errat in herboſa ſegnis onagrus humo.*

Buch.Pſal.104, Vnde ſitim ſedent pecudes, quæ pinguia tondent
Paſcua, quiq́; feris onager ſaxa inuia ſiluis
Incolit.

Oniſcus.

Ŏnŭs, ĕris. *Oui.7.Met.* *Hîc nos frugilegas aſpeximus agmine longo*
Grande onus exiguo formicas ore legentes.

Ŏnȳx gēma. *Pont.* ——— *& in dextra candidus ardet onyx.*

Ŏnȳx, uas unguentarium.
Mart.lib.3, *Calcatusq́; tuo ſub pede lucet onyx.*
Idem lib.7, *Vnguentum fuerat, quod onyx modò parua gere (bat.*

O ante P.

Ŏpălŭs gemma.

Ŏpĭs, Ŏpĕm, pro auxilio: nominatiuo caret, nam *Ops* non dicitur.
Ŏpĕ. *Virg.2.Georg.* ——— *ad ſidera raptim*
Vi propria nituntur, opiſq́; haud indiga noſtræ.
Oui.3.de Art. Ad meditam dubius confugit æger opem.

Ŏpēs, plur. diuitias ſignificat.
Compoſit. *Ĭnŏpĭă.*
Ter.in Adel.Act.1.Sce.2, ——— *tu nunc tibi*
Id laudi ducis, quod tum feciſti inopia.

Ŏpĕllă. *Hor.1.Epiſt.7, Officioſaq́; ſedulitas, & opella forenſis*
Adducit febreis, & teſtamenta reſignat.
Lucan.lib.1, *Hic ſi pernoſces parua conductus opella.*

Ŏpĕră, æ.

Ŏpĕrārĭŭs.

Ŏpĕrcŭlŭm. Compoſit *Cooperculum.*

Operæprecium, vide ſimplex, Precium.

Ophiaſis.

Ŏphītēs. *Lucan.lib.9,* *Quam parui tinctus maculis Thebanus Ophites.*

Ŏpīnĭō, ōnĭs. Buch.Pſal.53, Opinionum fœda mentem toxico
Corpuſq́; ſcelerum ſordibus
Contaminata turbæ.
Idem ibidem, Si quem videret fortè non penitus malis
Corruptum opinionibus.

Opobalſama,vide Balſamum.
Opprōbrĭă,vide Probrum.
Optĭmĭtās vel Optŭmĭtās,ātĭs. Nunc ferè inuſitatum eſt.
Plaut.in Capt.Act.4.Sce.1,Iupiter ſupreme ſeruas me, meaſq́; ſeruas opes,
Maxumas optumitates,atq́;opiparas offers mihi.
Ŏpŭlēntĭă. Mant. Hinc venit in noſtros fœlix opulentia cœtus.
Ŏpŭs,ĕrĭs. Virg.3.Eclog. ——————— pocula ponam
Fagina,cœlatum diuini opus Alcimedontis.
Idem 1.Georg. Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum.

Ŏpŭſcŭlŭm.

O ante R.

Ōră,æ. Virg.8.Eclog. Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit vnquam
Illa dies,mihi quum liceat tua dicere facta?
Ōră, fines. *Idem 2.Georg. Qui nunc extremis Aſiæ iam victor in oris*
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
Oui.3.Triſt. Sæpe per extremas profugus pater exulat oras,
Vrbe tamen natis exulis eſſe licet.
Ōrācŭlŭm, Virg.2.Georg. Caſtaneæ,nemorumq́; Ioui quæ maxima frondet
& Eſculus,atq́; habitæ Graijs oracula quercus.
Ōrāclŭm. Mirand. Delphica vaniloqui cantata oracula Phœbi.
Ōrāntĭă, Inuſitatum,Compoſit *Ignorantia.*
Lucret.lib.6, Ignorantia cauſarum conferre deorum
Cogit ad imperium res,& concedere regnum.
Buch.in Ieph. At rurſus audi,ſi vacat,vir optime,
Quàm cæca fallat credulum ignorantia.
Ōrātĭō, uerbale.
Buch.Pſal.6, Dominus benignus ſupplicem me exaudijt
Orationiq́; annuit.
Compoſit. *Adoratio,Ignoratio,Peroratio.*
Ōrātŏr. Virg.8.Aen. Ipſe Oratores ad me,regniq́; coronam
Cum ſceptro miſit,mandatq́; inſignia Tarchon.
Idem 11.Aen. Iamq́; oratores aderant ex vrbe Latina
Velati ramis oleæ,veniamq́; rogantes.

Ōrbĭtă. *Virg. in Aetna, Solis ſcire modũ, & quãto minor orbita lunæ eſt.*
Ōrbĭtās, ātĭs. Buch. Pſal. 82, Quin orbitatem cernitis anxiam?
Aurem querelis quin inopum datis?
Cur pauperes non à ſuperbo
Ludibrio aſſeritis potentum?
Ōrdŏ, ĭnĭs. notę eſt quantitatis, Inuenitur & *Ordium.*
Lucret. li. 4, Quo ve modo diſtracta rediret in ordia prima.

Compoſit. *Interordium*, *Primordium*, quaſi primum in ordine.

Oui. 5. Met. fab. Aſpice ait, Perſeu, noſtra primordia gentis.
Lucret. lib. 2, Sic tibi ſi finita ſemel primordia quædam
Conſtitues.
Orea, æ. frenum.
Ŏrĕxĭs. *Iuuen. Sat. 6,* ——— *de quo ſextarius alter,*
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexin.
Idem Sat. 11, ——— *Hinc ſurgit orexis,*
Hinc ſtomacho bilis.
Ŏrĭchālcūm. Hor. in Art. poët. Tibia non, vt nunc, orichalco vincta, tubæq́;
Aemula.
Stat. 1. Theb. Emicat effigies & ſparſa orichalca renident.
Ŏrīgŏ, ĭnĭs. *Virg. 6. Eclog. His tibi Grynæi nemoris dicatur origo.*
Idem 2. Georg. Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies.
Oui. 2. Triſt. Pauca quibus prima ſurgens ab origine mundi,
In tua deduxi tempora, Cæſar, opus.
Idẽ 1. Met. fab. 9, Rex ſuperûm trepidare vetat, ſobolemq́; priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.
Ornāmĕn-tūm. *Quint.* ——— *aſt ornamenta capillos*
Pulchra tegunt.
Ōrnātŭs, us. Mant. *Pendula ſuſpendat paries aulæa, ſuperbo*
Splendidus ornatu.
Ŏrȳză. *Hor. 2. Ser. Sat. 3, Tu ceſſas? age dum ſume hoc ptiſanariũ oryzæ.*

O ante S.

Ŏs, Ōrĭs. *Ouid. 2. Met. Pronaq́; cum ſpectent animalia cætera terram,*

Os homini ſublime dedit, cælumq́ tueri.

Pamph. *Quàm pia dulciloquo facundia ponitur ore*

Ŏsĭānă, indecli. & peregrinum uocabulum.

Mant. *Eſt aleluia Deo, nec non Oſiana per altos.*

Ŏsōr.

Ŏſsĭfrāgă, a. Lucret. lib. 5, *Accipitres, atq; oſſifragæ, mergiq́; marini.*

Oſtrĕă. *Pamph.* *Oſtrea Baiano delicioſa lacu.*

O ante V.

Ŏuīlĕ, is. *Virg. 1. Eclog.* ——— *illius aram*

Sæpè tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Ouid. li. 3. de Art. ——— *Quid virus in angues*

Adijcis, & rabidis tradis ouile lupis.

Ŏuis. *Virg. 1. Eclog.* ——— *quò ſæpè ſolemus*

Paſtores, ouium teneros depellere fœtus.

Idem 2. Eclog. Pan curat oues, oviumq́; magiſtros.

Ŏuŭm. *Hor. 2. Ser. Sat. 4, Longa quibus facies ouis erit, illa memento*

Vt ſucci melioris, & vt magis alba rotundis

Ponere, nanq; marem cohibent calloſa vitellum.

O ante X.

Ăpēllēs. Pont. Praxiteles, tabulisq́; ſuis inſignis Apelles.
Ăpēnnīnŭs. Mant. ———— quæ frondens agit Apēninus in altū.
Ăphē. Mart.li.7.Epig. Et flaueſcit Aphe, grauisq́; Draucus.
Ăphīdnŭs. Virg.9.Aen. Tum Meropē, atq; Erymātha manu, tū ſternit Aphidnum.
Ăphȳpnās. Oui.12.Met.fab. In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat
Sopitus venis, & inexperrectus Aphypnas,
Languentiq́; manu carcheſia mixta tenebat.
Aphrodiſia, Veneris feſta.
Ăpĭānŭs. Mart.li.6.Epig. Ceſſas mittere munera Apiane.
Ăpīcĭŭs. Mart.li.7.Epig. Sed ſi reddis Apicio, Lupoq́;.
Ăpĭdănŭs. Oui.1.Met.fab. Apidanusq́; ſenex, lenisq́; Amphryſus & Aeas.
Ăpĭs. Oui.2.Eleg. Et comes in pompa corniger Apis erit.
Ăpōllo,ĭnis. Virg.6.Eclog. His tibi Grynæi nemoris dicatur origo,

Ne quis

Ne quis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo.

Tibull. *Nec proſunt Elegi, nec carminis auctor Apollo.*

Appellatur præterea *Arcitenens, Delius, Libyſtinus, Lycius, Latonius, Latoius & Latous.*

Virg.3.Aen. *Quam pius Arcitenens oras, & littora circum*
Errantem Mycone celſa Gyaroq; reuinxit.

Oui.11.Met.fab.———————— *nec Delius aures*
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram.

Oui.6.Met.fab.3, Quem Tritoniaca Latous arundine victũ
Affecit pœna.

Per Periphraſin, *Latonia proles.*

Oui.8.Met.fab.1, In quibus auratam proles Latonia fertur
Depoſuiſſe lyram; ſaxo ſonus eius inhæſit.

Item, *Latonæ puer.*

Hor.4.Car.Od.6, Ritè Latonæ puerum canentes,
Ritè creſcentem face Noctilucam,
Proſperam frugum, celeremq; pronos
Voluere menſes.

Item, *Troiæ munitor fidibus conſpicuus.*

Oui.Epiſt.5, *Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit,*
Ille mea ſpolium virginitatis habet.

Ăpōnŭs. *Petrarch.* ——— *calidusq; Aponus, gelidusq; Timauus*
Iam ſpacijs aquis aberant.

Ăprīlĭs. *Hor.4.Car.Od.*———— *Idus tibi ſunt agendæ*
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem.

Ăpūlĭă. *Horatius,* *Incipit ex illo montes Apulia notos*
Oſtentare mihi.

Hæc etiam uocatur *Īāpȳgĭă.*

Oui.15.Met.fab.4, Linquit Iapygiã, leuibusq; Amphryſia remis
Saxa fugit, dextra prærupta Ceraunia parte.

A ante Q.

Ăquārĭŭs. *Virg.3.Georg.*———————— *quum frigidus olim*
Iam cadit, extremoq; irrorat Aquarius anno.

Ăqui-

Ăquĭlō,ōnĭs.Virg.1.Georg. ——————— *fruſtra terrebere nimbis.*
Et claro ſiluas cernes Aquilone moueri.
Manil. *Quà gelidus Boreas Aquilonibus inſtat acutis.*

A ante R.

Ărăbārchēs. officium uirile, uectigalis de pecoribus exactor.
Iuuen.Sat. *Atq; triumphales inter quos auſus habere*
Neſcio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches.
Ărăbēs. *Vir.2.Geor.* *Eoaſq; domos Arabum, pictoſq; Gelonos.*
Tibull. *Eoiq; Arabes, diues & Aſſyria.*
Ărăchnē.
Ărctŏphĭlăx.Con.Celt.2.Car.Od.12,Vel noſtra ſpectat turbidus Hercules;
Aut regna verſat, nulla quibus quies
Aut fulgidis auriga frenis
Cepheus; Arctophilaxúe triſtis.
Ărăcynthŭs.Vir.Eclo.2, *Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.* *(tis*
Mant. *Quà videt Aetolas vrbes Aracynthus ab al-*
Rupibus.
Ărāŭs. canis nomen. *(Imbreus*
Oui.12.Met.fab. *At non Eurymonos, Lycidaſq; & Araus &*
Effugere necem.
Ărăr, ărăris,Vir.1.Eclo. *Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*
vel *Sil.lib.14,* *Quorum ſerpit Arar per rura pigerrimus vnda.*
Araris. *Claud.* *Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior am-*
in nomi. *bit.*
Ărātŭs. *Codr.* *Non omnino ſagax ſcribenda reliquit Aratus.*
Ărăxēs. *Virg.8.Aen.* *Indomitiq; Dacæ, & pontem indignatus Araxes.*
Ārcădēs. *Virg.Eclog.7,* *Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.*
Ārcădĭă. *Virg.Eclo.10,* *Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipſi*
Sanguineis Ebuli baccis, minioq; rubentem.
Ārchĕtĭŭs. *Vir.12.Aen.* *Archetiũ Mneſtheus, Epulonẽ obtrũcat Achates*
Vfentemq; Gyas.
Ārchĭlŏchŭs.Horat. ——————— *parios ego primus Iambos*
Oſtendi Latio, numeros animumq; ſecutus
Archilochi.
Arcitenens.vide Apollo.

Arctophylax.vide Bootes.

Ărctūrŭs. *Virg.1.Georg.* *At ſi non fuerit tellus fœcunda,ſub ipſum*
Arcturum tenui ſat eris ſuſpendere ſulco.

Ărētē.

Ărĕthūsă. *Virg.Eclog.10,* *Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborē.*

Hæc ſoror fuit Ægles & Heſperethuſæ, quæ quia Heſperi filiæ fuerunt, *Heſperides* appellatæ ſunt.

Argŏlĭcī.vide Græci.

Ărgȳrĭpă. *Virg.11.Aen.* *Ille vrbem Argyrīpam patriæ cognomine gentis*
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Ārĭă. *Mart.li.1.Epi.* *Caſta ſuo gladium quum traderet Aria Pæto,*
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis.

Ariadna. Hæc Minois Regis Cretæ filia fuit, unde *Minois,idis.* eſt uocitata.

Oui.8.Met.fab.4, *Protinus Aegides rapta Minoide Diam*
Vela dedit,comitemq́ ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit.

Ărĭcĭă. *Lucan.lib.5,* *Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.*
Mart.li.Epig. *Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.*

Ărĭmāſpī. *Mant.* ———————— *Maſſagetas,gelidosq́ Arimaſpos.*

Ărīōn. *Virg.Eclog.8,* ———————— *ſit Tityrus Orpheus,*
Orpheus in ſiluis,inter delphinas Arion.

Ărīsbă. *Virg.9.Aen.* *Bina dabo argento perfecta,atq; aſpera ſignis*
Pocula,deuicta genitor quæ cepit Arisba.

Ărīſtēus. *Virg.4.Georg.* *Paſtor Ariſteus fugiens Peneia Tempe.*
Quint. *Namq; ego Ariſtei fugerem quū caſtra procacis.*

Ărīſtŏphă-nēs. *Polit.* *Quiq; leues nebulas Atteæ effuderat vrbi*
Salſus Ariſtophanes.

Ărīſtŏtĕlēs.

Ărītĭă. *Virg.7.Aen.* *Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello*
Virbius,inſignem quem mater Aritia miſit
Eductum Aegeriæ lucis.

Ārmĕnĭă. *Stat.1.Sil.* *Pannoniusq́ ferox,arcuq́ horrenda fugaci*
Armenia.

Artē-

Ărtĕmĭdōrŭs. Mart.li.5.Epig. Pinxiſti Venerē; colis Artemidore Mineruā.

Ărūns. *Virg.11.Aen.* ——— *tum fatis debitus Aruns*
Velocem iaculo,& multa prior arte Camillam
Circuit,& quæ ſit fortuna facillima tentat.

A ante S.

Ăſcănĭŭs. *Virg.1. Aen.* *At puer Aſcanius,cui nunc cognomen Iulo*
Additur,Ilus erat,dum res ſtetit Ilia regno.
Oui.14.Met.fab. Inde ſub Aſcanij ditione binominis Alba.

Aſculapius, Acciaol. *Huic homini pater eſt Aſclepius arte medendi*
& *Clarus.*
Ăſclēpĭŭs.

Ăsĭă. *Virg.3.Georg. Addam vrbes Aſiæ domitas,pulſumq́; Niphatē.*
Virg.3.Aen. *Poſtquam res Aſiæ,Priamiq́; euertere gentem*
Immeritam viſum ſuperis,ceciditq́; ſuperbum
Ilium.

Ăsōpĭădēs. Oui.7.Met.fab. Hic Aſopiades petis irrita dixit.
Aſopis,idis.
Ăsōpŭs. fluuius Peloponneſi.
Lucan.lib.6, *Accipit Aſopus curſus.*

Ăſſărăcŭs. *Virg.3.Georg. Aſſaraci proles,demiſſæq́; ab Ioue gentis*
Nomina,Trosq́; parēs,& Troiæ Cynthius auctor.

Ăſſyrĭă.

Ăſtĕrĭs. *Ouidius,* *Saxea nunc medio ſupereminet inſula Ponto*
Aſteris,haud ingens,portus dans puppibus aptos.

Ăſtyănāx, actis. unicus Herculis filius.
Virg.2.Aen. ——— *paruumq́; manu Aſtyanacta trahebat.*

Ăsylās. *Virg.9.Aen.* *Emationa Liger,Chorineum ſternit Aſylas.*

A ante T.

Ătăbŭlŭs. *Horat.* *Oſtentare mihi quos torret Atabulus.*
Ătălāntă. *Ouid.3.Eleg.* *Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta.*
Ătāx. *Lucan.lib.1,* *Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.*
Ăthămās, antis. Vir.2.Aen. Demiſſum lapſi per funem, Athamasq́; Thoasq́;,
Peli-

Pelideſq; Neoptolemus, primuſq; Machaon.
Stat.2.Silu. *Toruus adhuc Athamas inſanos flecteret arcus.*

Āthēnǣ. *Hor.2.Epiſt.* *Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ.*
Claud. *Sic malè ſublimes fregit Spartanus Athenas.*

Hæc urbs à Cecrope condita, *Cecropia* dicta eſt; à Mopſo uerò *Mopſopia*, Ab Ione *Ionia*, à Minerua *Athenæ*.

Oui.Epiſt.8, *Caſtori Amyclæo, & Amyclæo Polluci*
Reddita Mopſopia Tyndaris vrbe ſoror.

Periphraſis. *Cecropis terra, Cecropij portus.*

Oui.Epiſt.10, *Viueret Androgeos vtinam, nec fata tuliſſes*
Impia funeribus Cecropi terra tuis.
Idem eadem, *Ibis Cecropios portus, patriaq; receptus*
Quum ſteteris turba celſus honore tuæ.

Āthēſis. *Virg.9.Aen.* *Siue Padi ripis, Atheſim, ſeu propter amœnum*
Conſurgunt geminæ quercus.
Claud. ——— *& velox Atheſis, tarduſq; meatu*
Mincius.

Āthōs. *Virg.12.Aen.* *Quantus Athos, aut quantus Erix.*
Claud. *Nil Rhodope, nil vaſtus Athos, nil profuit Hæmus.*
Iuuen.Sat.10, ——— *creditur olim*
Velificatus Athos.

Ătīnă. *Virg.7.Aen.* *Tela nouant Atina potens, Tyburq; ſuperbum.*

Ătīſtēnūs. *Mart.li.5.Epig.* *Egit Atiſtenus cauſas.*

Ătlāntĭădēs. *Oui.1.Met.fab.* *Sedit Atlantiades, & euntem multa loquendo.*

Ătlāntĭdēs. *Virg.1.Georg.* *Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur.*

Ătlās, antis. *Oui.Epiſt.9,* *Hercule ſuppoſito ſidera fulcit Atlas.*
& *Idem 4.Met.fab.* *Narrat Abantiades gelido ſub Atlante iacentem*
Ătlās. *Eſſe locum.*
Virg.1.Aen. ——— *cithara crinitus Iopas*
Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas.
Ouid.6.Met.fab. ——— *vbi cœlifer Atlas*
Axē humero torquet ſtellis ardentibus aptū.

Periphraſis.

Oui.Epiſt.9, ——— *cui cœlum ſarcina parua fuit.*

Ătră-

Ātrăcĭdēs. *Oui.12.Met.fab. Munere lætus abit, ſtudijsq; virilibus æuum*
Exigit Atracides, Peneiaq; arua pererrat.

Atracis. vide Hippodamia.

Ātrĕus. *Oui.1.de Pōt. Nō tibi Therodomas, crudusq; vocabitur Atreus.*
Idem Epiſt.8, Quid, quòd auus vobis idem Pelopeius Atreus?
Et ſi non eſſes vir, mihi frater eras.

Ātrīdēs, ſeu *Ouid.Epiſt.3, Si tibi ab Atride precio redimenda fuiſſem,*
Ātrīdă, *Quæ dare debueras, accipere illa negas.*
& *Stat.in Achil. Quod plaga Graiugenū tumidis cōiurat Atridis.*
Ātrīdæ. *Virgilius, Et gemini Atridæ, Dolopumq; exercitus omnis.*

Ātrōnĭŭs. *Virg.10.Aen. Deijcit Atronium Salius, Saliumq; Neacles*
Inſignis iaculo, & longè fallente ſagitta.

Ātrŏpŏs. *Stat.5.Silua. O vtinam quos dura mihi rapit Atropos annos.*

Ătȳs. pro dilecto Cybeles.
Oui.10.Met.fab. ——— Cybeleius Atys
Exuit hac hominem, truncoq; induruit illo.

Ătȳs. quando non eſt dilectus Cybeles, corrip.
Oui.5.Met fab. Deplorauit Atym.

A ante V.

Āuēllă. *Virgilius, Et qui maliferæ deſpectant mœnia Auellæ.*

Āuēntīnŭs. *Virg.7.Aen. ——— ſatus Hercule pulchro*
Pulcher Auentinus, clypeoq; inſigne paternum
Centum angues.

Āuērnŭs. *Virg.6.Aen. Quam ſuper haud vllæ poterant impunè volātes*
Tendere iter pennis, talis ſeſe halitus atris
Faucibus eructans, ſupera ad conuexa ferebat;
Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum.

Āufĭdĭŭs. *Mart.li.5.Epig. Acrior hoc Chius non erit Aufidius.*

Āufĭdŭs. *Hor.1.Car.Od. Dicat quà violens obſtrepit Aufidus.*

Āurōră. *Virgilius, Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.*

Āuſŏnĭă. *Sili.lib.4, ——— trahit vndiq; lectum*
Diuitis Auſoniæ iuuenem.

Āutŏlŏlēs. *Claud. ——— Autololes repetunt deſerta fugaces.*

Āutŏlȳcŭs. *Oui.11.Met.fab. Naſcitur Autolycus furtū ingenioſius ad omne.*

Autŏmĕdōn.Virg.2.Aen. ———— *& equorum agitator Achillis*
Armiger Automedon, vnà omnis Scyria pubes
Succedunt tecto.

A ante X.

Ăxōnēs. *Lucan.lib.1, Et Bituri, longisq́; leues Axones in armis.*

CLASSIS SECVNDAE,

ORDO SECVNDVS:

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum propriorum incipientium à

B

B ante A.

Băbȳlōn. *Lucan.lib.1, Quūq́; ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis Auſonijs.*
Buc.Pſal.138, Tu quoq; crudeles Babylon dabis impia pœnas,
Et rerum inſtabiles experiere vices.

Băcchūs. notę quantitatis. Qui etiam aliàs uocatur *Brŏmius, Lenæus, Liber, Lyæus & Maſaris* apud Caras. *Bimater, Dionyſius.*
Virg.2.Georg. Huc pater ô Lenæe, tuis hîc omnia plena
Muneribus.
Virg.2.Aenei. Legiferæ Cereri, Phœboq́; patriq́; Lyæo.
Morichus appellatur apud Siculos.
Per periphraſ. multipliciter circumſcribitur: ut, *Semeles puer, Ogygius deus.*
Oui.Epiſt.10, Aut ego diffuſis erraui ſola capillis,
Qualis ab Ogygio concita Baccha deo.

Băcē-

Băcēnī.Populi Germaniæ iuxta atram ſiluam habitantes.

Con.Cel.Od.25.li.3,Car.Bacenis illic dicta prioribus,
Silua ſed atra nomen habens modò,
Qua Necari fontes & Iſtri
Perſpicuis oriuntur vndis.

Băgrădă.nomen fluuij.

Sili.lib.1, *Flumineaq́, vrna celatus Bagrada Parmam.*
Stat.li.4.Sil. *Qualis cinyphius tacente ripa*
Pœnos Bagrada ſerpit inter agros.

Băhăl. *Seduli.* *Tum coluere Bahal,tunc elegere Barabbam.*

Băiæ. *Hor.1.Epiſt.* *Nullus in orbe ſinus Bays prælucet amœnis.*
Idem li.3.Car.Seu liquidæ placuere Baiæ. *(infra*

Bălătrō,ōnis.Hor.2.Ser.Sat.8,Summus ego,et prope me Viſcus Taurinus,&
(Si memini) Varus, cum Seruilio Balatrone.

Bălĕārēs.

Bărābbās. *Seduli.* *Tum coluere Bahal,tunc elegere Barabbam.*

Baras,inſulæ nomen. Appellatur quoq; *Minois.*

Barathro,onis.

Barathrum.vide Acheron.

Bărcĭnō, urbs Hiſpaniæ.

Auſ.ad Pauli.Tarraco & oſtrifero ſuperaddita Barcino ponto.

Bărīnē,es. *Hor.2.Car.Od.8, Vlla ſi iuris tibi peierati*
Pœna Barine nocuiſſet vnquam.

Bărĭs,ĭdŏs. *Propert.lib.3,Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.*

Bărĭŭm. *Hor.1.Ser.Sat.5,* *Poſtera tempeſtas melior,via peior ad vſq;*
Bari mœnia piſcoſi.

Băsĭlĭſcŭs. *Lucan.lib.9,* *Sibilaq́; effundens cunctas terrentia peſtes,*
Ante venena nocens,latè ſibi ſubmouet omne
Vulgus,& in vacua regnat Baſiliſcus arena.

Băſcăris. *Quint.* *Exagitante mero,vaga Baſcaris inflat hiatu.*

Băsĭlēā. Vel *Baſileia* quadriſyllab.uel *Baſileia* quinq; ſyllabis; urbs Heluetiorum ad Rheni ripas condita,ſitu & amœnitate iucunda, Academia & doctiſsimorum uirorum fama celeberrima.

Con.Celt.3.Car.Od.22,Edoctus illic mox Baſileia
Vrbs te recepit,quæ modò præmia

Tui laboris fert honeſta,
Perpetuos tibi dando cenſus.
Idē eo.Od.24, Te Tubingenſis veneratur vltrò,
Et colit multo Baſilæa honore,
Teq; mirantur, tua qui diſerta
Scripta reuoluunt.

Bāsilĭus. Lucan. *Baſilium videre ducem, noua furta per æquor.*
Băſſărēus. Hor.1.Car.Od.18, ——— *non ego te candide Baſſareu*
Inuitum quatiam, nec varijs obſita frondibus.
Băſſăris,is. Perſi.Sat.1, *Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperbo*
vel,idis. *Baſſaris.*
Bātăuī,orū. Sili.lib.3, *Iam puer auricomo performidate Batauo.*
&
Bătăuī,orū. Lucan.lib.1, *Vangiones, Batauiq; truces, quos ære recuruo*
Stridentes acuere tubæ.
Băthy̆llŭs. Horatius, *Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo*
Anacreonta Teium.
Battiades. Ouid.in Ibin, *Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin,*
Hoc ego deuoueo teq; tuosq; modo.
Bătŭlŭs. Virg.7.Aen. *Quiq; Rufas, Batulūq; tenent; atq; arua Celennæ.*
Băuiŭs. Virgilius, *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.*

B ante E.

Bēbrĭăcŭm. Iuuen.Sat.2, *Bebriaci in campo ſpolium affectare Palati.*
Bēbry̆x,y̆cis. Sili.lib.3, *Poſſeſſus Baccho ſæua Bebrycis in aula.*
& y̆cis. Val.Fla.2.Arg. *Bebrycis & Scythici procul inclementia ſaxi.*
Bēlidēs,æ. Virg.2.Aen. *Fando aliquid ſi fortè tuas peruenit ad aures*
à Belus. *Belidæ nomen Palamedis.*
Bēlis,idis. Ouid.4.Met.fab. *Moliriq; ſuis lethum patruelibus auſæ,*
Aſſiduè repetūt, quas perdant Belides vndas.
Bellerophon,tis. Hor.li.3.Car. *Falſis impulerit criminibus nimis*
& *Caſto Bellerophonti.*
Bellerophontes,æ.
Bēlŭs. Virg.1.Aen. ——— *genitor tum Belus opimam*
Vaſtabat Cyprum.

Bemūs, vide Bohemus.

Bēnācŭs. *Virg. 2. Georg.* *Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino.*
Idem 10. Aen. *Hinc quoq; quingentos in ſe Mezentius armat,*
Quos patre Benaco, velatus arundine glauca
Mincius.

Bĕnācŭs, Lacus Galliæ.
Petrarcha, *Carmina piſcoſo referens accepta Benaco*
Idem, ———————— *qui ſaxa ſonanti*
Benaco pratenta tenet.

Bĕnĕuĕntŭm. *Hor. 1. Ser. ſat. 5,* *Tendimus hinc rectà Beneuentũ, vbi ſedulus hoſpes*
Penè macros arſit, dum turdos verſat in igne.

Bĕrĕcynthiă. *Virg. 6. Aen.* ———————— *qualis Berecynthia mater*
Læta deûm partu, Phrygias turrita per vrbes
Inuehitur curru.
Idem 9. Aen. *Ipſa deûm fertur genetrix Berecynthia.*

Bĕrĕcyntŭs.

Bĕrĕnīcis, idis. *Lucan. lib. 9,* ———————— *nam quicquid puluere ſicco*
Sep.rat ardentem tepida Berenicide Lepti,
Ignorat frondes.
Sil. lib. 3, *Adfuit vndoſa cretus Berenicide miles.*

Bĕrŏē, es. *Virg. 5. Aen.* *Fit Beroe Iſmarij coniunx longæua Dorycli.*
Ouid. 5. Met. fab. de alia loquitur: *Ipſaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.*

Bērytŭs. *Priſci.* *Antiquamq; Tyrum, Beryti & mœnia grata.*

Bēthĭs. *Lucan. lib. 3,* ———————— *Thetimq; fugacem*
Qui ferit Heſperius poſt omnia flumina Bethis.

Bēthūliă. *Mant.* *Non te fœmineo montana Bethulia ſexu.*

B ante I.

Bīānŏr, ŏris. *Virg. 9. Eclog.* ———————— *namq; ſepulchrum*
Incipit apparere Bianoris, hîc vbi denſas.
Oui. 12. Met. fab. ———————— *tergoq; Bianoris alti*
Inſilit, haud ſolito quenquam portare, niſi ipſum.

Bĭās, antis. *Sidon.* *Prienæe Bia quod plus tibi turba malorum.*

Biblis. *Ouid. lib. 9,* *Sic lachrymis conſumpta tuis Phæbcia Biblis.*
Vocatur quoq; *Meletis, idis.* quod fuerit Meleti filia.

Bĭbŭlŭs. *Trãquill.in vita Cæſar.Nõ Bibulo quicquã nuper,ſedCæſare fa(ctũ eſt,*
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

Bilbilis.

Bimĕmbrēs.Oui.Epiſt.2, *Et domita bello Theba,fuſiq; Bimembres.*
Et pulſata nigri regia cæca Dei.

Bĭsāltă. *Virg.2.Georg.* *Biſaltæ quo more ſolent,acerq; Gelonus*
Quũ fugit in Rhodopẽ,aut in deſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

Bĭsāltĭs,idis.Oui.6.Met.fab.——————— *tu viſus Enipeus,*
Gignis & Aloidas,aries Biſaltida fallis.

Biſtonia,regio Thraciæ.

Biſtonia aqua. Accipitur pro quouis fluuio Thraciæ.
Oui.Epiſt.2, *Feſſaq; Biſtonia membra lauabis aqua.*

Bithus. *Hor.1.Ser.Sat.7,*——————— *Bruto prætore tenente*
Ditem Aſiã, Rupili & Perſi par pugnat, vti non
Compoſitus melius cũ Bitho Bacchius,in ius.

Bīthȳnĭă. *Manil.lib.4,* *Cappadocum Armeniaq; iugis Bithynia diues.*
Claudianus, *Thyni Traces erant,quæ nunc Bithynia fertur.*

Bīthȳnĭcŭs. Mart. *Iam te rem factam Bithynice credis habere.*

Bĭtĭās,æ. *Virg.1.Aen.* *Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hauſit*
Spumantem pateram,& pleno ſe proluit auro.

Bĭtūrīx,rigis.Lucan.li.1, *Et Biturix,longiſq; leues Axones in armis.*

B ante L.

Blāndūsĭă. Hor.3.Car.Od.13,O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro,
Dulci digne mero,non ſine floribus
Cras donaberis hædo
Cui frons turgida cornibus.

Blēnă. *Claud.de Nilo,*——————— *Errat*
Per Meroën,Blenaſq; feros,atramq; Cyenen.

B ante O.

Bōbæ̆ĭs,ĭdŏs.Propert.li.2, *Mercurio Sais,fertur Bobæidos vndis*
Virgineum primò compoſuiſſe latus.

Bœ̄ōtĭŭs. *Hor.2.Epiſt.* *Bœotium in craſſo iurares aëre natum.*

Bōēthĭŭs.

Bŏēthĭūs. *Mant.* ——————— *Et tu numeroſe Boëthi,*
Quid ſeruare doces vocum interualla?
Bŏēpĕĭs. *Lucan.lib.7,* *Ire per Oſcaam rapidus Boëpeida ſanguis.*
Bŏhēmī. *Stroz.pat.* *Te duce Pannonij ſæuos fregere Bohemos.*

Hi per contractionem uocantur *Bemi.*

Cŏr.Celt.3.Car.Od.6,Vterq; Panno,Bemus & Oquenus,
Et Noricorum terra ſub Alpibus.
Bŏĭī. *Mant.* *Tunc Celtæ Boijq; truces ex Alpibus altis.*
Bŏlă. *Virg.6.Aen.* *Pomerios,Caſtrumq; Inui,Bolamq;,Coramq;*
Bolis,idis.
Bŏnōnĭă. *Mant.* ——————— *Qua magna potensq;*
Imperat Aemilio vicina Bononia Rheno
Bŏōtēs,æ. *Virg.1.Georg.* *Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes.*
& *Iuuen.Sat.* *Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.*
Bŏōtēs,is. *Propert.lib.8,* *Cur ſerus verſare boues & plauſtra Bootes.*
Appellatur quoq; *Arctophylax.*
Sabell. *Et piger Arctophylax vixit immobilis Arctos.*
Bŏrĕās. *Virg.1 Georg.* —— *aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*
Idem eodem, *At Boreæ de parte trucis quum fulminat,& quũ*
Eurique,Zephyrique tonat domus,omnia plenis
Rura natant foſsis.
Bŏrÿſthĕnēs,nis,vel idis.
Bŏrÿſthĕnĭdæ.Propert.lib.2,Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas.

B ante R.

Brĭărĕus. *Virg.6.Aen.* *Et centum geminus Briareus, & belua Lernæ.*
Brīsēis,idis.Oui.Epiſt.3, *Quam legis,à rapta Briſeide littera venit,*
Vix bene barbarica Græca notata manu.
Idem eadem, *Reſpice ſollicitam Briſeida fortis Achille,*
Nec miſeram lenta ferreus vre mora.
Brĭtānnĭă. *Claudianus,* *Thracibus occiduis hunc ſæua Britannia fudit.*
Brĭtānnī. *Virg.1.Eclog.* *Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.*
Petrarch. *Horridaq; extremis vox eſt audita Britannis.*
Brĭtānnĭcūs.Iuuen.Sat.6,Oſtenditq; tuum generoſa Britannice ventrem.

Brĭtŏnēs. *Iuuen.* *Quà nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquã.*

Brŏmĭŭs, cognomen Bacchi, *vide Bacchus.*

Brŏtĕās. *Oui.5.Met.fab.Hinc gemini fratres, Broteasq́; & caſtibus Am-*
Inuicti, vinci ſi poſſent caſtibus enſes (mon
Phinica cecidêre manu.
Idē 12.Met.fab.Oppreſſitq́; duos; Brotean & Orion; Orio
Mater erat Mycale.

Brŏthēus, *Ouid.in Ibin, Quodq́; ferũt Brotheum fecisse cupidine matris,*
diſſyllabum. *Des tua ſuccenſo membra cremanda rogo.*

Brŭndŭsĭŭm.Hor.1.Ser.Sat.5, Brunduſium longæ finis chartæq́; viaq́;.

Brŭtēnī. *Con.Celt.3.Car.Od.6, Cantabit, huic & proxima Scandia,*
Veltæ, Venedes & Bruteni,
Vandalus & Gothus; Illyrisq́;

Brūtŭs. *Virg.6.Aen.* *Vis & Tarquinios reges, animamq́; ſuperbam*
Vltoris Bruti, faſceſq́; videre receptos?

B ante V.

Būbăſtĭs. *Oui.9.Met.fab.————— cum qua latrator Anubis*
Sanctaq́; Bubaſtis.

Būbăsĭs, idis.Oui.4.Met.fab.Bubaſides videre nurus.

Būcĕrĭă, a. *Lucr.lib.2,* *Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles,*
Buceriaq́; greges.

Būmăſtŭs. *Virg.in Batt.* *Bumaſtusq́; virens, & ſemper florida pinus.*
Idem 2.Georg.Non ego te menſis, & dijs accepta ſecundis
Trãſierim Rhodia, & tumidis Bumaſte racemis.

Bupălŭs, *Hor.in Epod.Od.6, Caue, caue, nanq́; in malos aſperrimus*
inſignis *Parata tollo cornua*
pictoris *Qualis Lycambæ ſpretus infido gener;*
nomen. *Aut acer hoſtis Bupalo.*

Būsăctōrēs.Con.Celt.3.Car.Od.6, Hinc Lancoſargus, Cauptus & Herulus,
Et Gepidarum terra patentior,
Buſactores, & Marte ſæui
Vindelici, relegentq́; Rheti.

Būſīris, idis.Virg.3.Georg. ————— *quis aut Eryſthea durum,*

Aut

Aut illaudat i neſcit Buſiridis aras?
Ouid.Epiſt.9, Si te vidiſſet cultu Buſiris in iſto,
Huic victor victo nempe pudendus eras.
Mant. *Phalaris, aut duri miles Buſiridis auſit.*
Būsīris. *Stat.12.Thebai. Non trucib. monſtris Buſirim, infandumq́ dediſti Cercyona.*

Corripuit Stat. primam & ſecundam ſyllabam, ſi modò emendata eſt lectio.

Būtēs. *Virg.5.Aen.* *Idemq́ ad tumulũ quo maximus occubat Hector,*
Victorem Butem, immani corpore qui ſe
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulua moribundum extendit arena.

Būthrōtōs, *Oui.13.Met.fab.* ——— *Epiros ab his regnataq́ Vati*
& *Buthrotos Phrygio.*
Būthrōtūm. *Virg.3.Aen.* ——— *portuq́ ſubimus*
Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus vrbem.

B ante Y.

Bȳblis. *Oui.9.Met.fab.7, Byblis in exemplo eſt, vt amet cõceſſa puella.*
Idem eodem, Byblida iam mauult, quàm ſe vocet ille ſororem.
Idem eodem, Dicta refert: palles audita Bybli repulſa.
Bȳzērēs. *Val.Flac.li.5, Byzeresq́ vagi Philyræaq́ nomine dicta Littora.*

CLASSIS SECVNDAE

ORDO TERTIVS:

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum Propriorum incipientium à

C

C ante A.

Cācūs. *Virg.8.Aen.* *Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu*
Semihominis Caci.
Ouid.in Ibin, *Quàm ferus ipſe ſuo periȷ́t mactatus in antro*
Proditus incluſa Cacus ab ore bouis.
Cādmēïs,ĭdĭs.Oui.4.Met.fab.Aequora diſtinguũt ſummis Cadmeides alis.
Caducifer, pro Mercurio, *vide Mercurius.*
Cădūrcī populi Galliæ.
Mant. *Auerni, Meldiq; ſimul, forteſq; Cadurci.*
Cārēs,itis. *Virgilius,* *Eſt ingens gelidum lucus prope Caritis amnem.*
Cāïcūs. *Virg.4.Georg.Saxoſumq; ſonans Hypanis Myſuſq; Caicus.*
Cāïcī, populi qui circa hunc fluuium habitant.
Lucan.lib.1, *Et vos crinigeros bellis arcete Caicos.*
Cāiētā. *Virg.7.Aen.* *Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix*
Aeternam moriens famam Caieta dediſti.
Mart.lib.10, *Non blanda Circe Dardaniſue Caieta.*
Cālābrĭā. *Hor.in li.Car.Od.33,Non aſſuetæ grata Calabriæ*
Armenta, non aurum aut ebur Indicũ,
Non rura quæ Lyris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis.
Cālămĭs,idis.Ouidius, *Vendicat vt Calamis laudem quos fecit equorũ.*

Calciŏpē.

Călcĭŏpē. *Ouid.16.Epi.* *Non erat Aeëtes ad quem deſpe*ct*a rediret,*
Non Hypſca parens, Calciopeq́; ſoror.

Călēs,ium. *Virg.7.Aen.* *Aequora quiq; Cales linquunt, anniſq; vadoſi*
Gentile. *Accola Vulturni:*
Hor.4.Car.Od.12, *Adduxere ſitim tempora Virgili,*
Sed preſſum Calibus ducere Liberum
Si geſtis.

Călĭŏdōrŭs. *Mart.lib.6,* *Feſtiuè credis tè Calliodore iocari.*

Călĭŏpē. *Oui.5.Met.fab.* *Calliope querulas pratentat pollice cordas,*
& *Atq; hac percuſſis ſubiungit carmina neruis.*

Călĭŏpēĭă. *Virg.Eclog.4,* —— *huic mater quamuis, atq; huic pater adſit*
Orphei Calliopeia, Lino formoſus Apollo.

Călĭrŏē. *Stat.2.Theba.* *Et quos Callıroe nouies errantibus vndis*
Implicat.

Călȳdōn.ōnis. *Lucan.* *Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi*
Euenos Calydona ſecat.
Stroz.fil. *Impia ne vires Calydon ſciat vna Diana.*

Præterea *Meleagrea*, abſolutè pro hac urbe ponitur.

Călȳpsŭs. *Tibull.lib.4,* *Non amor & fœcũda Atlantidos arua Calypſus.*

Cămărīnă. *Ouid.4.Faſt.* *Hinc Camarinam adijt, Tapſonq́; & oloria Tẽpe.*

Cămērs,ertis. *Sil.lib.8,* —————— *& armis*
Vel caſtris laudande Camers.

Cămīllă. *Virg.11.Aen.* —————— *matriſq; vocauit*
Nomine Caſmillæ, mutilata parte, Camillam.

Cămīllŭs. *Claud.* *Scipiades Galliq; genus fatale Camillos.*

Cămpānĭă. *Sil.lib.8,* *Iam verò quos diues opum, quos diues auorum*
Campania.
Iuuen.Sat.10, *Prouida Pompeio dederat Campania flores.*

Cănăcē. *Ouid.2.Triſt.* *Nobilis eſt Canace fratris amore ſui.*
Hæc Æoli fuit filia, ab eoq; *Aeolis* appellatur.
Oui.11.Epiſt. *Hac eſt Aeolidos fratri ſcribentis imago.*

Canache, nomen canis.

Cāndāuĭă, montis nomen.
Lucan.lib.6, *Deuia qua vaſtos aperit Candauia ſaltus.*

Cānĭŭs. *Mart.li.1.Epi.37,* *Cæpit, Maxime, Pana qui ſolebat*
Nunc oſtendere Canium Terentus.

Can-

Cănōpŭs. *Virg.4.Georg.Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi,*
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.
Iuuen.Sat.15,Barbara famoſo non cedit turba Canopo.
Căpănēus. *Oui.4.Triſt.* *Cum cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu.*
Căpēnă. *Iuuen.Sat.3,* *Subſtitit ad veteres arcus, madidamq; Capenă.*
Căphārēus. *Ouid.li.14,* *Quos communis hyems, importunuſq; Caphareus.*
Căppădŏx, *Lucan.lib.2,* *Cappadoces mea ſigna timent.*
ŏcis. *Perſi.* ——————— *nec ſit præſtantior alter,*
Cappadocas rigida pingues clauſiſſe cataſtra.
Căprĭcōrnŭs.Manil. *Scorpion ingreditur, qui te Capricorne rigentem.*
Căpŭă. *Virg.2.Georg.* *Talem diues erat Capua, & vicina Veſæua*
Ora iugo.
Hor.1.Epiſt.11,Sed neq; qui Capua Romam petit imbre lutoq;
Aſperſus, volet in caupona viuere; nec qui
Frigus collegit, furnos & balnea laudat,
Vt fortunatam plenè præſtantia vitam.
Căpȳs. *Virg.10.Aen.* *Et Capys, hinc nomen Capuanæ dicitur vrbi.*
Ouid.Faſt. ——————— *Tros eſt generatus ab illo,*
Aſſaracum creat hic, Aſſaracus Capyn.
Cārēs. *Mar.lib.1,* *Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.*

Hi etiam dicuntur *Mauſoli.*

Cărĭă. *Manil.* *Arcades antiqui, celebrataq; Caria fama.*
Cărīllă, arum.Sil.lib.8, ——— *& exhauſta mox Pœno Marte Carillæ.*
*Cărīnă, arum.*uicus Romanus.
Virg.8.Aen. ———— *paſsimq; Armenta videbat*
Romanoq; foro, & lautis mugire Carinis.
Cărĭsĭānŭs.Mart.li.6, *Nil laſciuius eſt Cariſiano.*
Cārsĕŏlī. *Oui.4.Faſt.* *Frigida Carſeolis, nec oliuis apta ferendis*
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.
Cārthāgĭnēnsēs,
&
Cārthāgĭnĭēnsēs.Ennius, Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis.
Cārthāgŏ, *Oui.Epiſt.7,* *Nec noua Carthago, nec te creſcentia tangunt*
ĭnĭs. *Mœnia, nec ſceptro tradita ſumma tuo.*
Hor.4.Car.Od.8,Non incendia Carthaginis impiæ.

Cărȳſtŏs.	*Lucan.li.5,*	*Quæ maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.*
	Pamph.	*Delphica quæq; Paros fert, quæ lapidoſa Caryſtos.*

Căsīnŭm, Campaniæ oppidum.

	Sil.lib.4,	*Mittebant ſaxa, & nebuloſi rura Caſini.*
Căsĭŭs.	*Lucan.lib.8,*	*Comperit vt regem Caſio ſe monte tenere, (guēt. Flectit iter, nec Phœbus adhuc, nec carbaſa lan-*
Căſpĕrĭă.	*Virg.7.Aen.*	*Qui Tetrica horrentes rupes, montemq; Seuerū, Caſperiamq; colunt.*
Căſsĭŏpēă.	*Mant.*	*Solis equos ſupra fulgentem Caſsiopeam.*

Cătănă, uel etiam *Cătĭnă,* pro eodem.

	Sil.li.13,	*Tum Catina ardenti nimium vicina Typhæo.*
Cătĭlīnă.	*Lucan.lib.6,*	*Abruptis Catilina minax, fractiſq; catenis.*
	Idem lib.7,	*Pacificas ſæuus ſenſit Catilina ſecures.*
Cătō, ōnĭs.	*Lucan.lib.9,*	*Sedit, & inuicti poſuit ſe mente Catonis.*

Compoſit. *Anticatones.* Sunt duo libri Cæſaris, quos ſcripſit contra Catonem.

	Iuuen.Sat.6,	———————— *quæ pſaltria penem Maiorem quàm ſint duo Cæſaris Anticatones.*
Cătŭllŭs.	*Mart.li.10.Epig.*	*Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo.*
Cătī.	*Iuuen.Sat.4,*	*Tanquam de Catis aliquid, toruiſq; Sicambris Dicturus.*
Cătȳllŭs.	*Virg.7.Aen.*	*Catylluſq; acerq; Coras.*
Caucăsŭs.	*Virg.4.Aen.*	———— *ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.*
Căȳſtĕr.	*Propert.lib.3,*	*Si qua ve olorigeri viſenda eſt ora Cayſtri.*

C ante E.

Cĕbrēnĭs, ĭdĭs.	*Stat.Sil.*	———— *Cebrenidos arida luctu Flumina.*
Cĕbrēnī.	*Auſon.*	*Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus Non habet emptorem, ſit tibi pro precio.*
Cĕcrŏpĭdă.	*Oui.7.Met.fab.*	*Phocus in interius ſpacium, pulchroſq; receſſus Cecropidas duxit.*
Cĕlădōn, ōntĭs.	*Oui.5.Met.fab.*	*Occidit & Celadon Manſidius, occidit Aſtreus.*
	Idē 12.Met.fab.	*Illiſit fronti Lapitha Celadontis, & oſſa*

Non

Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore.

Cĕlǣnŏ. Virg.3.Aen. Vna in præcelſa conſedit rupe Celæno.

Idem 6.Aen. ——— quas dira Celæno
Harpyiæq́; colunt aliæ.

Ouid. ——— & te formoſa Celæno,
Maian & Electram Taygitamq́; Ioui.

Cĕlænā. Oui.4.Faſt. Inter ait viridem Cybelen, altasq́; Celænas.

Cĕlēndrā, arum. Lucan.lib.8, ——— ſequitur pars magna Senatus
Ad profugum collecta ducem, paruiſq́; Celendris,
Quo portu mittitq́; rates, recipitq́; Selinus.

Cēnēus. Virg.6.Aen. ——— Et iuuenis quondam, nūc fœmina Ceneus,
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.

Cĕnŏmānī. Mant. ——— Cenomani acres, & non ignobile ſemen
Euganei veteres.

Cĕphălŭs. Oui.in Epiſt. Clarus erat Cephalus ſyluis, multaq́; per herbam
Conciderant illo percutiente feræ.

Idem in Epiſt. Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam.

Cēphīsŭs. Lucan.lib.3, ——— Quos impiger ambit
Fatidica Cephiſus aqua.

Cĕrăstēs, æ. Ouid.10.Met.fab.7, ——— gemino quondam quib. aſpera cornu
Fons erat, vnde etiam nomen traxere Ceraſtæ.

Lucan.lib.6, Aut viuentis adhuc Libycæ membrana Ceraſtæ.

Idem, ——— ſpinaq́; vagi torquente Ceraſtæ.

Cĕrăunĭă. Oui.2.de Pōt.Eleg. Quum poterā recto tranſire Ceraunia velo,
Vt fera vitarem ſaxa mouendus eram.

Claudius, ——— ſub antris
Ignea fulmineis legere Ceraunia nymphæ.

Lucan.lib.5, ——— oraq́; malignos
Ambraciæ portus, ſcopuloſa Ceraunia nautæ
Summa timent.

Compoſit. *Acroceraunia.*

Hor.1.Car.Od.3, Qui vidit mare turgidum, &
Infames ſcopulos, Acroceraunia.

Cercōpēs. Oui.14.Met.fab. Cercopum exorſus, gentiſq́; admiſſa doloſæ.

Cērcy̆ōn, ŏnis. Oui.7.Met.fab. Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleuſis.

Cĕrēs, ĕris. Virg.1.Georg. Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat olympo.

Idem

Idem eodem, ——— *vos ô clariſsima mundi*
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres.
Oui.lib.12, *Feſta pia Cereri celebrabant annua matres.*
Cĕrcȳŏn. *Stat.lib.12,* *Non trucibus monſtris Scynon, infandumq́; dediſti*
Cercyona. *(chos.*
Cĕrūchŭs. *Val.Flac.1.Argon.* *Temperet vt tremulos Zethes, fraterq́; Ceru-*
Ceyx, ycis.

C, ante H.

Chalybs, fluuius Hiſpaniæ.
Chalybes populi Hiſpaniæ, iuxta eum fluuium habitantes.
Virg. *At Chalybes nudi ferrum.*
Chāmōs, *Buch.in Ieph.* *Niſi fortè Chamos quæ deus tenuit tuus,*
vel Chāmŭs. *Tibi iure cedent; noſter autem quos DEVS*
Poſſedit agros, deſeret? Non deſeret.
Chāŏn, ŏnis. Virg.3.Aen. *Progeniemq́; omnem Troiano à Chaone duxit.*
Chāŏnĭă. *Idem eodem,* *Chaoniamq́; omnem Troiano à Chaone duxit.*
Chărădrŏs, Stat.4.Theb. *Quæq́; pauet longa ſpumantem valle Charadrō*
vel Chărădrŭs. *Neris.*
Chărāxŭs. *Oui.Epiſt.21,* *Gaudet, & è noſtro creſcit mœrore Charaxus*
Frater, & ante oculos, itq́; reditq́; meos.
Idem 12.Met.fab. ——— *dextraq́; à parte Charaxi*
Tempora perfregit fuluo protecta capillo.
Chărĭdēmŭs.Mart.lib.6, *Verba putas famæ te, Charideme, dare.*
Chărĭſtĭă, feſta cognatorum apud ueteres.
Oui.2.Faſt. *Proxima cognati dixere Chariſtia chari,*
Et venit ad ſocios turba propinqua deos.
Chărĭtēs. quæ latinè *Gratiæ* dicuntur, & Deæ pulchritudinis & fauoris creduntur, uide in uocabulo *Aglaia.*
Pont. *Læta dum Charites canunt ſub vmbra.*
Chărōn, *Virg.6.Aen.* *Portitor has horrēdus aquas, & flumina ſeruat*
ontis. *Terribili ſquallore Charon.*
Chărōpīnŭs.Mart.lib.5, *Improbius nihil eſt hac, Charopine, gula.*

Chă-

Chărybdĭs. *Virg.3.Aen.* *Dextrũ Scylla latus,læuũ implacata Charybdis*
Obtinet.
Oui.lib.13, *Scylla latus dextrũ, læuũ irrequieta Charybdis.*
Idem, *Et vomit epotas ſæua Charybdis aquas.*
Chærēmōn. *Mart.* *Quod nimium laudas Charemõ Stoice mortem.*
Chēlæ,arũ. *Virg.1.Georg.* *Quà locus Erigonen inter Chelasq́; ſequentes.*
Chērsŏnē-ſūs. *Cor.Celt.3.Car.Od.6,* *Cui Cherſoneſus proxima Cimbrica,*
Quæ bina ſpectat frigida in æquora,
Solem ad cadentem Galliarum,
Ad mare Codoneum ſub Ortum.

*Chērūſci,*populi circa Albim.
Con.Celt.3 Car.Od.6, *Me Sueuus acer,Francus & horridus,*
Turogus errans Hercinio iugo,
Cheruſcus,& ſæuus Sicamber,
Cum Phryſiis,relegentq́; Cauci.
Chĭmæră. *Oui.5.Met.fab.* *Quoq́; Chimæra iugo medijs in partibus hircũ*
Pectus & ora leæ,caudam ſerpentis habebat.
Pamph. *Cerberon,Eumenides,Scyllã,triplicẽq́; Chimærã.*
Chĭŏnē,es. *Mart.lib.5,* *Digna tuo cur ſis,indignaq́; nomine dicam;*
Frigida es,& nigra es,non es,& es Chione.
Oui.11.Met.fab. *Nota erat huic Chione,quæ dotatiſsima forma*
Mille procis placuit bis ſeptem nubilis annis.
Chīōn.
Chĭŏs. *Lucan.lib.8,* *Quas Aſinæ cautes,& quas Chios aſperat vndas.*
Stat.4.Sil. *Et Chios,& glauca certantia Doride ſaxa.*
Chĭrāgră. *Hor.1.Epiſt.* *Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.*
Chĭrāgră. *Mart.li.Epig.* *Sed nil patrono porrigis,hæc chiragra eſt.*
Chīrōn. *Mant.* *Herbipotens Chiron,belliger Hector eat.*
Chlŏē. *Mart.li.5.Epig.* *Tota te poteram Chloe carere.*
Chlōrĭs. *Oui.4.Faſt.* *Chloris eram,quæ Flora vocor.*
Polit. *Hos fœtus verna Chloridos herba parit.*
*Chŏātræ,arum.*Indiæ populi.
Lucan.lib.1, *Aethera tangentes ſyluas liquere Choatræ.*
Chærĭlŭs. *Hor.2.Epiſt.* *Gratus Alexandro Magno quondam fuit ille*
Chœrilus,incultis qui verſibus & male natis
Rettulit acceptos,Regale numiſma,Philippos.

Chŏrĭnæŭs.

Chŏrīnæŭs.Virg.9.Aen. *Emathiona Liger,Chorinæum ſternit Aſylas.*
Chrōmĭs,filius Herculis.
Virg.Eclog.6, Pergite Pierides,Chromis & Mnaſylus in antro
Silenum pueri ſomno videre iacentem.
Idem 11.Aen. Tereaq́, Harpalycũq́, & Demophoōta,Chrominq́.
Stat. It Chromis,Hippodamuſq́,alter ſatus Hercule magno.
*Chronia,orum.*Feſta Saturni apud Macrobium,qui citat uerſiculos cuiuſdam Poetæ:
Maxima pars Graiũ Saturno,& maxima Athe-(næ
Cõficiũt ſacra,quæ Chronia eſſe iterãtur ab ipſis.
Chrȳsē,es. Oui.13.Met.fab.——— Chryſenq́, & Cillã Apollinis vrbes.
Chrȳsēĭs. Ouid.2.Triſt. Quid prius eſt illic flamma Chryſeidos, aut quæ.
Chrȳsŏgŏnŭs.Iuuen.Sat. ——— Sunt quæ
Chryſogonum cantare vetant.
Chthŏnĭŭs. Oui.12.Met.fab.——— gladium ſpoliãtis in ima
Ilia demiſi, Chthonius quoq́, Teleboaſq́,
Enſe iacent noſtro.

C ante I.

Cĭcĕrō,ōnĭs.Pamph. *Eloquium docti qui Ciceronis habent.*
Cĭcŏnēs. Ouidius, *Flumen habẽt Cicones,quod potum ſaxea reddit*
Viſcera,quod tactis inducit marmora rebus.
Cilicia,æ.
Cĭmmĕrĭī. Pictor. *Teq́ latebroſis occule Cimmeriјs.*
Cĭlĭcēs. Ouidius, *Sed Scythiã, Cilicaſq́ feros, virideſq́ Britannos.*
Lucan.lib.3, *Itq́ Cilix iuſta iam non pirata,carina.*
Cĭthārōn,montis nomen.
Virgilius, *——— nocturnumq́ vocat clamore Cithæron.*
Cĭzȳcōn. Sidon. *Ponticus hic rector numeroſis Cizycon armis*
Claudit.

C ante L.

Clănĭŭs. Virg.2.Geor. ——— Vacuis Clanius non æquus Acerris.
Clărŏs. Oui.1.Met.fab.——— mihi Delphica tellus

Et Claros,& Tenedos,Pataraaq; regia ſeruit.
Polit. Hunc Phœbaa Claros,Cumea Neapolis illum
Protulit.

Clātērnă. Mant. Qua montana iugis vndam Claterna ſonantem
Elicit.

Clĕŏbūlūs. Sidon. Lyndie quod Cleobule canis,modus optimus eſto.

Clĕŏmēdēs. Apollinis oraculum incerti autoris.
Vltimus heroum Cleomedes Aſtypalaus.

Clĕōnē,es. Oui.6.Met.fab.—————— humilesq; Cleonæ,
& Et Nelea Pylus.

Clĕōnæ,arū.Stat.lib.4, Noris & ingenti turrita mole Cleona.

Clĕŏpātră. Lucan.lib.10, Explicuitq; ſuos magno Cleopatra tumultu,
Nondum translatos Romana in ſæcula luxus.
Stat.li.3.Sil. Actias,Auſonias fugit Cleopatra catenas.

Clīō. Hor.1.Car.Od.12, Quem virum aut heroa,lyra vel acri
Tibia ſumis celebrare Clio?
Quem deum?cuius recinet iocoſa
Nomen imago.
Val.Flac.lib.3,Tu mihi nunc cauſas infandaq; prælia Clio.

Clitōn. Stat.li.4.Theb Et rapidus Cliton,& qui tibi Pythie Ladon.

Clitūmnūs. Virg.2.Aen. Hinc albi Clitumne greges,& maxima, taurus,
Victima. (tho.

Clōthō. Stat.li.3.Theb. Quid bonus ille Deûm ſtatuat,quid ferrea Clo-

Clŭpĕă,quæ etiam Clȳpĕă dicitur,ciuitas Africæ.
Lucan.lib.4, Et Clupeam tenuit,ſtationis littora nota.

Clȳmĕnē. Virg.4.Geor. Inter quas Clymene curam narrabat inanem.
Oui.1.Met.fab.Et tulit ad Clymenen Epaphi conuicia matrem.

Clȳtēmnēſtră.Pont. Hocq; Clytemneſtra potuit formoſa videri.

Clȳtĭūs. Virg.10.Aen. Dum ſequeris Clytiū infœlix noua gaudia Cydō.

C ante O.

Cōclĕs,itis. Virg 8.Aen. Illum indignanti ſimilem,ſimilemq; minanti,
Aſpiceres,pontem auderet quòd vellere Cocles.
Iuuen. Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ
Imperij fines Tiberinum virgo notauit.

Cōcȳtūs.

Cōcȳtŭs. *Virg.6.Aen.* *Cocyti ſtagna alta vides, Stygiamq́ paludem.*
Claud. ——— *preſſo lachrymarum fonte reſedit*
Cocytus, tacitis Acheron obmutuit vndis.

Cōdrŭs. *Virg.5.Eclog.* ——— *ſi quos aut Phyllidis ignes,*
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Cŏlōnĭă, Agrippina uel Agrippinenſis. ab Agrippina Neronis matre cognominata, ciuitas eſt Germanorum Vbiorum potēs ſimul & ampliſsima, Rheno ubi profundiſsimus, eſt adſita, ſedes Archiepiſcopalis, & Septemuiralis electoria, (cuius habenas Illuſtriſs. Princeps & D. D. Salatinus è Comitibus ab Iſenburg immortali laude moderatur) Academica dignitate perquàm celebris. Negociationibus præterea mercatorijs præ alijs inprimis ſtrenua, &c.

Conr. Celtis. in Epod. *Metropolitanas ferox Alemania*
Vrbes habet ſeptem, vt domus Romulea,
In collibus ſeptena templa condidit.
Treueris vetuſta, & ditior Colonia,
Et Salceburgum, Magdeburg, Moguntia,
Et littorales Arcticum prope circulum,
Premenſis & Rigenſis vrbs Sauromatum.

Cŏlŏphōn, ōnis. *Hor 1.Epiſt.11,* *Quid concinna Samos, quid Crœſi regia Sardis,*
Smirna quid, & Colophon, maiora minora ve fa *(ma?*

Cŏmētēs, proprium uiri.
Oui.12.Met.fab. ——— *ſocium quoq; ſaxea moles*
Oppreſſit ſpacio ſtantem propiore Cometen.

Cŏnōn, ōnis. *Prop.li.4.Eleg.1,* *Me creat Archita ſoboles, Babylonius Orops,*
Heron, & à proauo ducta Conone domus.

Cŏrăcīnŭs. *Mart.lib.6,* *Rides nos, Coracine, nil olentes.*
Idem lib.13, *Princeps Niliacis raperis Coracine macellis,*
Pellææ prior eſt gloria nulla gulæ.

Cōrcȳră, inſula in Ionio mari.
Lucan.lib.2, *Hinc latè patet omne fretum, ſeu vela ferantur*
In portus Corcyra tuos, ſeu laua petatur
Illyris.

Cŏrinnă. *Mart.li.Epig.* *Norat Naſonem ſola Corinna ſuum.*

Pamph. *Cedit & ingenio docta Corinna tuo.*

Cŏrīnthŭs. Ouid.6.Met. Orchomenosq́ ferax, & nobilis ære Corinthus.

Idem 4.Faſt. Adriacumq́ patens latè, bimaremq́ Corinthum.

Hor.1.Epiſt.18, Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

Cornēliă.

Cornelius.

Cŏrœbŭs. Virg.2.Aen. Et lateri agglomerant, iuuenisq́ Corœbus

Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus.

Cŏrōnis, proprium uirginis.

Oui.2.Met.fab. Pulchrior in tota quàm Lariſſaa Coronis

Non fuit Aemonia.

Cōrŭs vel Virg. in Cyri, Magna repentino ſinuantur littora Coro.

Caurus.

Corybantes, Cybeles Sacerdotes.

Periphraſis.

Oui.Epiſt.4, Quæq́ ſub Idæo tympana colle mouent.

Cŏrȳdōn. Virg.Eclog.5, Hæc nos formoſum Corydon ardebat Alexin.

Cŏrȳthŭs, oppidum Tuſciæ.

Virg.9.Aen. Nec ſatis, extremas Corythi peruenit ad oras.

Cŏrȳtŭs, proprium uiri.

Oui.12.Met.fab. Victor ad Euagrũ, Corytũq́, Dryantaq́ trãſit.

Cōsȳră. Oui.3.Faſt. Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſyræ.

Cŏtilŭs. Mart.lib.5, Cotile bellus homo es, dicunt hoc Cotile multi.

Cŏtȳttō, Cotyttus. Iuuen.Sat.2, Crecopiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.

C ante R.

Crăgŭs vel Oui.8.Met.fab. Iã Crago & Lymitæ, Xãthiq́ reliquerat vndas.

Crăgŏs.

Crateis, mater Scyllæ.

Oui.13. Met.fab.11, Nereis his cõtrà reſecuta Crateide natã eſt.

Crătĕrŭs, Alexandri comes.

Perſius, Sat. Sed quid opus Cratero magnos promittere mõtes.

Crathis, idis. nomen fluuij.

Oui.15.Met.fab. Crathis, & hinc Sybaris noſtris cõterminus oris,

Electro ſimiles faciunt auroq́ capillos.

Idem

Idem 3.Faſt. *Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes*
Paruus ager.

Crătīnŭs. *Hor.li.1.Epiſt.20,* *Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino.*

Crĕmă. *Mant.* *Tu quoq; quæ in medijs reſides Crema Martia că-(pis.*

Crĕmĕră. *Ouid.2.Faſt.* *Vt celeri paſſu Cremeram tenuere rapacem,*
Turbidus hybernis ille fluebat aquis.
Fauſt. *Ter centum ad Cremeram Fabij cecidêre rapacē.*

Crĕmōnă. *Virg.9.Eclog.* ——— *ſuperat modò Mantua nobis,*
Mantua,væ,miſeræ nimium vicina Cremonæ.
Mant. *Per Laudenſe ſolum,per diuitis arua Cremonæ.*

Crĕōn,ontis. *Stat.lib.12,* ——— *ſæuiq; palàm ſpreuiſſe Creontis*
Imperio.

Crētă. *Virg.3.Aen.* *Creta Iouis magno medio iacet inſula Ponto,*
vel *Mons Idæus vbi,& gentis cunabula noſtra,*
Crētē. *Centū vrbes habitāt magnas, huberrima regna.*
Mant. ——— *vrbibus inclyta centum.*

Creta ideo dicta à Græcis *Hecatonpolis* olim.

Oui.Epiſt.10, *Non ego te Crete centum digeſta per vrbes*
Aſpiciam,puero cognita terra Ioui.

Hæc à Gnoſſo urbe, *Gnoſsia humus*, per periph. uocatur.

Oui.Epiſt.4, *Tempore quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſis,*
Gnoſſia me vellem detinuiſſet humus.

Crĕtă, urbs Scythiæ.

Val.Flac.li.1.Argo. ——— *quoties paucos ad littoris ictus*
Deficiā,Scythicū metuūt Pontūq; Cretāq;

Crĕūsă. *Virg.2.Aen.* ——— *ſubijt deſerta Creuſa,*
Et direpta domus,& parui caſus Iuli.
Oui.Epiſt.Mede. *Quàm tibi tunc longè regnū dotale Creuſa,*
Et ſoror & magni nupta Creontis erat.

Crīnīsŭs, fluuius Siciliæ.

Virg.5.Aen. *Troia Criniſo conceptum flumine mater*
Quem genuit.

Crōcōn. *Sidoni.* *Falcifer is Crocon vectus per ſumma polorum.*

Crŏtōn. *Sil.lib.11,* ——— *patefecit amicas*
Alta Croton portas.

Cruſtŭmĭŭm. fluuius Ariminum præterlabens.
Lucan.lib.2, In læuum cecidère latus, veloxq́; Metaurus,
Cruſtumiumq́; rapax, & iunctus Sapis Eſauro.

C ante V.

Cūmæ, arum. Stat.li.4.Sil. Qua monſtrat veteres Apollo Cumas.
Cŭpīdŏ, inis. pro Veneris filio.
Virg.in Epig. Bellum ſæpe petit ferus exitiale Cupido.
Pamph.Sax. Clamauit celer hinc fugias ſcelerate Cupido.

Cūrēs. oppidum fuit Sabinorum.
Oui.2.Faſt. Te Tatius, paruiq́; Cures, Ceninaq́; ſenſit.

Cures, ium. pro populo.
Virg.9.Aenei.————————Tatioq́; ſeni, Curibusq́; ſeueris.
Cūrētēs. Habitatores Cretæ inſulæ, quæ Cureta dicta fuit.
Lucret.lib.2, Dictæos referunt Curetes, qui Iouis illum
Vagitum.

Curio, ōnis.
Cūrĭŭs. Mart.lib.1, Qui loquitur Curios, aſſertoresq́; Camillos.
Iuuen.Sat.11, Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.

C. ante Y.

Cȳănē. pro nympha Sicula.
Ouid.5.Met.fab.Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas.
Idem eod.fab.————————dumq́; omnia luſtrat eundo,
Venit & ad Cyanen.
Cȳănē. pro oppido Lyciæ.
Oui.4.de Pont.Eleg. Quaq́; fluit Cyanen miſcet Anapus aquis.
Sil.lib.14, Et patulam Cyanen lateq́; paluſtribus vndis.

Cȳănĕa, arum. Scopuli ſub Thracio Boſphoro.
Ouid.1.Triſt.Eleg. Tranſeat inſtabiles ſtrenua Cyaneas.
Cȳănēē. Meandri filia.
Oui.9.Met.fab. Hic tibi dum ſequitur patria curuamina ripa
Filia Mæandri toties redeuntis eodem,

Cogni-

Cognita Cyanëe præſtanti corpore nympha,
Biblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam.

Cȳbălē. *Virg.in Mor.* *Eruit interea Cybale quoq; ſedula panem,*

Cȳbĕlē. *Martialis,* *Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus.*
Claud. *Turrigeram petit Cybelen ſinuoſa draconum.*

Cȳbēllē. idem ſcribitur metri gratia.
Lucan.lib.1, *Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.*
Propert. *Vertice turrigero iuxtà dea magna Cybelle.*

Cȳbēlŭs. mons Phrygiæ.
Virg.3.Aenei. *Hinc mater cultrix Cybeli, Corybantiaq; æra,*
Idæumq; nemus.

Cȳclădēs, inſulæ. *Virg.3.Aen.* *——————ſparſaſq; per æquor*
Cycladas.
Ouid.1.Triſt. *Cycladas Aegeas obſtupuiſſe puto.*

Cȳdippē. *Ouidius,* *Littora Cydippen pomo prælata fefellit,*
Inſciaq; eſt verbis capta puella ſuis.

Cȳdōn,ōnis. urbs inſignis Cretę inſulę.
Mant. *Poma ſagittifera miſſa Cydone grauant.*

Cȳdōn,ōnis. Gentile eſt.
Virg.12.Aen. *Parthus ſiue Cydon telum immedicabile torſit.*
Serenus, *Aut quæ poma Cydon Cretæis miſit ab oris.*

Cȳdōn, proprium uiri.
Virg.10.Aen. *Dum ſequeris Clytium infelix noua gaudia Cydō.*

Cȳllărŭs. *Virg.3.Georg.* *Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis*
Cyllarus, & quorum Graij meminere Poëtæ.
Sil.lib.1.Sil. *Et pauet aſpiciens Ladæus ab æde propinqua*
Cyllarus.

Cȳllēnē. *Virg.8.Aen.* *Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia*
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
Ouid.5.Faſt. *Hæc enixa iugo cupreſſiferæ Cyllenes.*

Cȳmēlŭs. *Oui.12.Met.fab.* *——————————venabula condi*
Inguine Neſſæi manibus coniecta Cymeli.

Cȳminŭs. Hethrurię lacus.
Virg 7.Aenei. *Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,*
Et Cymini cum monte lacum, lucoſq; Capenos.

Cy̆mŏdŏcē, *Virg.10.Aen.* *Quarum quæ fandi doctiſſima Cymodocea.*
vel *Stat.lib.2.Sil.* *Cymodoce viridisq́; cupit Galatea lauari.*
Cymodocea.
Cy̆mōlŭs. *Oui.7.Meta.* ——————— *cretoſaq́; rura Cymoli,*
Florentemq́; Cytnon.
Cy̆mŏthŏē. *Vir.Aen.* *Cymothoe ſimul & Triton adnixus acuto*
Detrudunt naues ſcopulo.
Cy̆nŏsūră. *Ouid.Triſt.* *Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura vocatur*
Sidonijs; Elicen Graia carina notat.
Lucan.lib.9, *Te ſegnis Cynoſura ſubit, tu ſicca profundo*
Mergi plauſtra vetas.
Cy̆prĭă. *Mirand.* ——————— *ſpumoſo Cypria ponto*
Diſpereat.
Cy̆prŭs. *Hor.1.Car.Od.3,* *Sic te diua potens Cypri,*
Sic fratres Helenæ, lucida ſidera
Ventorumq́; regat pater,
Obſtrictis alijs, præter Iapiga,
Nauis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumen precor,
Et ſerues animæ dimidium meæ.
Cy̆prŭs. *Sabell.* *Ceſſit & æquoreis vndis circumflua Cyprus.*
Hæc olim appellabatur *Meionis*, auct. Steph.
Cy̆rēnē. *Stat.li.5.Sil.* *Doctaq́; Cyrene Spartaúe animoſa creauit.*
Sili.lib.2, *Nec non Cyrene Pelopei ſtirpe nepotis*
Battidas paruos fidei ſtimulauit in arma.
Cy̆rŭs. *Val.Flac.* *Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris*
Cyrus in arma viros.
Cy̆tāis, idis. Propert. *Non hîc herba valet, non hîc nocturna Cytæis.*
Cy̆thēră, orum. inſula contra Cretam, unde Venus Cytherea.
Virg.10.Aen. *Eſt Paphos, Idaliumq́; mihi, ſunt alta Cythera.*
Cytherea, pro Venere. *vide Venus.*
Cy̆thēris. *Stroz.fili.* *Non meliore fluit velata Cytheris amictu.*
Cy̆tōrŭs. *Virg.2.Georg.* *Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum.*
ſiue *Val.Flac.li.5,* *Mox etiam Crommam atq; iuga pallente Cytorō.*
Cy̆tōrŏs.

Cyzi-

Cyzĭcūs, *Oui.1.Faſt.* *Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris,*
vel *Cyzicon Aemoniæ nobile gentis opus.*
Cyzicos. *Propert.lib.3,* *Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos.*

CLASSIS SECVNDAE, ORDO QVARTVS:

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum propriorum incipientium à

D

D ante A.

Dăă,uel ut alij ſcribunt *Dācă.*
Virg.lib.8, *Indomitiq́ Dacæ,& pontem indignatus Araxes.*
Dācī. *Stroz.* *Te Geta,te Dacus tremuere,acerq́ Bohemus.*
Dācĭcūs. *Iuuen.Sat.* ——— *cum lance beata*
Dacicus,& ſcripto radiat Germanicus auro.
Dædălūs. *Stroz.pat.* *Nunc vellem ingenium Dædale docte tuum.*
Dālmātĭă. *Oui.li.2.de Pōt.* *Subdita montanæ brachia Dalmatiæ.*
Dāmāſcūs. *Mant.* *Quicquid odoratū vendit peregrina Damaſcus.*
Dāmœtās. *Virgilius,* *Dic mihi Damœta,cuium pecus, an Melibœi?*
Dănăē,es. *Oui.2.Triſt.Ele.* *Quid Danaën,Danaësq́ nurus,matrēq́ Lyæi?*
Mant. *Acriſionææ Danaës à ſanguine Turnus.*
Danai,vide Græci.
Dānĭs. *Oui.12.Met.fab.* *Antè tamen letho dederat Phlegraon & Hylen*
Eminus,Hiphinoum collato Marte Danimq́.
Dānūbĭūs. *Oui.ad Liu.* *Danubiusq́ capax,& Dacius orbe remoto.*
Idem uocatur *Iſter.* Atq; olim *Matoas* dictus fuit.
Dārdănūs. *Virg.6.Aen.* *Ilusq́ Aſſaracus & Troiæ Dardanus author.*

Dārēs,ētis. *Mant.* ——— *velut ille ſaperbum*
Acſidentem armis,viridiq́ ætate Dareten.

Dărīŭs. *Mant.* *Nec qua morte ferunt Perſam cecidiſſe Darium.*
Clau.in Epiſt,ad Adr.Dariũ famuli manib.doluiſſe peremptũ.

Dăthā. *Mant.* ——— *crudi atq; feroces*
Feſtinant Daci atq; Datha.

Dāuīd,īdis.Buch.Pſal.78, *Quiq́ ſequebatur pecudes in paſcua Dauid,*
Suſtulit è caulis,charam & ſibi paſcere gentem
Impoſitum ſolio,& ſancta ius dicere terra
Iuſſit.
Idem Pſal.89, *His concepta tuo quondam cum Dauide verbis,*
Dum mare,dum tellus ſtaret,dum ſidera cæli.

Dauīdides,vide Ieſus.
Dauus.

D ante E.

Dĕcīī. *Claud.* *His ego non Decios pulchros,fortesúe Metellos*
Prætulerim.

Dēïănīră. *Ouid.in Epiſt.* *Impia quid dubitas Deianira mori?*
Idē 9.Met.fab. *Victor ab Oechalia Cæneo ſacra parabat*
Vota Ioui,quum fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas.

Dēïdămīă. *Stat.in Achill.* *Arcanis effert pudibunda tenebris*
Deidamia gradum.
Appellatur quoq; *Scyrias.*
Oui.1.de Art. *Scyrias Aemonio victa puella viro.*

Dēïŏnē.

Dēïŏnĭdēs. *Oui.9.Met.fab.* *Tunc erat inualidus,Deionidenq́ iuuenta*
Robore Miletum,Phœboq́ parente ſuperbum
Pertimuit.

Dēïŏpēïă. *Virg.1.Aen.* *Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ,*
Quarum,quæ forma pulcherrima,Deiopeiam
Coniugio iungam ſtabili,propriamq́ dicabo.

Dēïphŏbē. *Virg.6.Aen.* ——— *Phœbi,Triuiæq́ ſacerdos*
Deiphobe Glauci.

Auſon. *Vincas Cumanam tu quoq; Deipholben.*

Dēĭphŏbūs. Virg. 6. Aen. *Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto*
Deiphobum vidit.

Oui. Epiſt. 5, ——————— *vel Hectora fratrem*
Vel cum Deiphobo Polydamanta roga.

Dēlbōră. *Val. Var.* *Iura dabat Solymæ bellatrix Delbora genti.*

Dēlĭūs, vide Apollo.

Dēlŏs, vel *Oui. in Epiſt.* *Inq; meis oculis candida Delos erat.*
Dēlŭs. Vocatur præterea *Mydia.*

Dēmŏcrĭtŭs. Claud. *Mille facit mundos prudens Democritus.*
&
Dēmŏcrĭtŭs. Architr. *Quod in lachrymas Phalarim ſiccumq; moueret*
Democritum.

Dēmŏlĕōn, Oui. 12. Met. fab. Haud tulit vtentem pugnæ ſucceſſibus vltra
ontis. *Theſea Demoleon.*

Idem ibidem, ——— *validoq; in Demoleonta lacerto*
Fraxineam miſit mentis quoq; viribus haſtam.

Dēmŏphŏōn, Oui. li. 2. de Re. Perfide Demophoō ſurdas clamabat ad vndas.
ōntĭs. *Idē 2. de Art.* *Et tibi Demophoon Theſei criminis hæres,*
Phyllide decepta, nulla relicta fuit.

Idem Epiſt. 2; *Et mihi diſcedens ſuprema dicere voce,*
Phylli fac expectes Demophoonta tuum.

Dēmŏſthĕnēs. Mant. *Nec te diue Maro Demoſthenis ora diſerti.*

Dēōĭs, idis. vide Proſerpina.

Dēucălĭōn. Iuuen. Sat. 3, *Ex quo Deucalion, nimbis tollentibus æquor,*
Nauigio montem aſcendit, forteſq; popoſcit;
Paulatimq; anima caluerunt mollia ſaxa.

Per Antonomaſiam deducit nomen à Prometheo patre, uocaturq; *Promethides*, penult. product.

Oui. 1. Met. fab. 11, Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet.

D ante I.

Dīă, Inſulæ in Ægæo mari nomen.

Ouidius, *Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis.*

Dĭădūmĕnŭs. Mart. li. Epi. Baſia da nobis Diadumene preſſa, quot? inquit.

Dīānă.

Dīānă, *Lucan.lib.1,* *Et Tauro Scythica non mitior ara Dianæ.*
&
Dīānă. *Virgilius,* *Exercet Diana choros.*

Hæc etiam per Antonomaſiam appellatur
Lātōĭs.idis.

Oui.7.Met.fab.Inde Calauraa Latoidos aſpicit arua.
Lātōnĭă.

Virg.9.Aen. *Tu dea,tu præſens noſtro ſuccurre labori,*
Aſtrorum decus,& nemorum Latonia cuſtos.

Oui.8.Met.fab.7,Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis;
Inuita tamen hunc perimet mea dextra Diana.

Lūcīnă.

Virg.Eclog.4,Caſta faue Lucina,tuus iam regnat Apollo.

Ouid.2.Faſt. *Parce precor grauidis facilis Lucina puellis,*
Maturumq́, vtero molliter aufer onus.

Idem eodem, *Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,*
Aut quia principium tu dea lucis habes.

Hecate apud inferos uocatur.

Oui.9.Met.fab.Tuq́,triceps Hecate,quæ cœptis conſcia noſtris.

Horatius, ——————*Hecaten vocat illa triformem.*

Thōāntēă, abſolutè ponitur pro *Diana.*

Triuia, etiam uocatur.

Oui.3.de Pōt.Eleg.2,Protinus immitē Triuiæ ducuntur ad arā,
Euinĉti geminas ad ſua terga manus.

Dĭāulūs, proprium uiri.
Martialis, *Chirurgus fuerat,nunc eſt veſpillo Diaulus.*

Dīdō,ōnis.vide Eliſa.

Dĭdy̆māōn.Virg.5.Aen. *Et clypeum efferri iuſsit,Didymaonis artes*
Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

Dīndy̆mūs. Propert. *Dyndimus & ſacra fabricata inuenta Cybellæ.*
&
Dīndy̆mă. Virg.9.Aen. *O verè Phrygiæ,(neq; enim Phryges)ite per alta*
Dindyma,vbi aſſuetis biforem dat tibia cātum.

Dīndy̆mēnē.Mart.li.8.Epig.Non per myſtica ſacra Dindymenes
Iurat Gellia.

Dĭōgĕnēs. *Architr.* *Diogenes animo fixus ſed mobilis æde.*

Dĭōmēdēs.

Dīŏmēdēs. Ouid.Epiſt.9, Non tibi ſuccurrit crudi Diomedis imago,
Efferus humana qui dape pauit equos.
Hor.1.Serm. Qui locus à forti Diomede conditus olim.
Dīōnē. Mant. Omnia dat turpi Muſis loca ſacra Dionæ.
Dīōrēs. Virg.11.Aen. Turnus ego delectum Amycum, facilemq́; Diorē
Congreſſus pedes, hunc venientem cuſpide longa.
Dīrā, arum. Virg.12.Aen. Dicuntur geminæ peſtes cognomine Diræ,
Quas & Tartaream nox intempeſta Megeram
Vno eodemq́; tulit partu.
Dīs, Dītis. Virg.6.Aen. Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.
Dīuī. Virg.1.Eclog. ——— neq; ſeruitio me exire licebat,
Nec tam præſentes alibi cognoſcere Diuos.

D ante O.

Dōdōnē. Stroz.fil. Glandifera inuentis Dodone ceſſit ariſtis.
Dŏlōn.ōnis. Virg.lib.12; Antiqui proles bello præclara Dolonis.
Oui.Epiſt.1, Rettulit hic ferro Rhæſumq́; Dolonaq́; cæſos,
Vtq́; ſit hic ſomno proditus, ille dolo.
Dŏlŏpēs. Virg.2.Aen: ——— quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumúe, aut duri miles Vlyſſi
Temperet à lachrymis?
Quint: Myrmidonū, Dolopumúe duces, cautūq; Sinonē.
Dŏnȳsă. Virg.3.Aen. Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq́; volamus,
Bacchatamq́; iugo Naxon, viridemq́; Donyſam.
Mant. Et niueam ſpoliate Paron, ſpoliate Donyſam.
Dōrīŏn. Lucan.lib.6, ——— Pteleos & Dorion ira
Nobile Pieridum.
Dōrĭs. Virgilius, Sic tibi quum fluctus ſubterlabere Sicanos,
Doris amara ſuum non intermiſceat vndam.
Dŏrȳclŭs. Virg.5.Aen: Fit Beroe Iſmarij coniunx longæua Dorycli.
Dŏrȳclŭs. Idem eodem, ——— non hæc Rhætia, matres,
Eſt Doryde coniunx.
Dŏrȳlās. Oui.5.Met.fab. Et Naſamoniaci Dorylas ditiſſimus agri. (bat
Idem 12.Met.fab. Additur his Dorylas, qui tempora tecta gere
Pelle lupi.

D ante

D ante R.

Drĕpănŭm.Virg.3.Aen. *Hinc Drepani portus,& illatabilis ora*
Accepit.
Drūsŭs. *Virg.6.Aen.* *Quin Decios,Druſosq́; procul.*
Ouid.1.Faſt. *Tu quoq; cum Druſo præmia fratre feres.*
Druidæ,
vel
Dryidæ,
vel
Druides. *Mant.* *Phœnices,Perſasq́; magos,Druidasq́; ſeueros.*
Dry̆ās,antis.Oui.12.Met.fab.Te quoq; ſæue Drya,circum caput igne rotato
Inſequitur.
Idem eodem, *Victor ad Euagrum,Corytumq́;,Dryantaq́; trāſit.*
Stat. *Horrendumq́; Dryanta mouet.*
Dry̆ădēs. *Virg.1.Georg.Ferte ſimul Fauniq́; pedem,Dryadesq́; puellæ.*
Pont. *En cultæ Dryades,comptæ quoq; Oriades adſunt.*
Dry̆ăntĭădēs.Oui.in Ibin,Vtq́; Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.
Dry̆ŏpēs. *Virg.4.Aen.* *Cretesq́;,Dryopesq́; fremunt,pictiq́; Agathyrſi.*

D ante V.

Dūlĭchĭŭm.Virg.3.Aen. *In medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos,*
Dulichiumq́;,Sameq́;,& Neritos ardua ſaxis.
Dūlĭchĭī. *Oui.Epiſt.1,* *Dulichij,Samijq́;,& quos tulit alta Zacynthos,*
Turba ruunt in me luxurioſa proci.
Dūrĭă,ſeu *Dūrĭās*,fluuius Hiſpaniæ,ſcribitur etiam Turia.
Claud. ———————— *riſit*
Floribus & roſeis formoſus Duria ripis.

D ante Y.

Dy̆mās. *Virg.2.Aen.* *Iphitus oblatam per Lunam,Hypaniſq́;,Dymasq́;.*

CLAS-

CLASSIS SECVNDAE
ORDO QVINTVS:

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum. Propriorum incipientium ab

E

E ante B.

Ĕbŭsŭs: *Sil.lib.3,* *Iámq; Ebuſus Phœniſſa mouet,iámq; Artubus arma.*

E ante CH.

Ĕchĕnēïs. *Lucret.lib.6,* *Non puppim retinens,Euro tendente rudentes*
In medijs Echeneis aquis.
Ĕchīnădēs. *Lucan.* ——— *craßis oblimat Echinades vndis.*
inſulæ. *Stat.li.2.Theba.Turbidus obiectas Achelous Echinades exit.*
*Ĕchīnă,arum.*pro eiſdem,
Seneca in Troi. Quolibet vento faciles Echinæ.
*Ĕchīnŭs,*oppidum Acarnaniæ.
Cicer.in Arato,Dicitur excelſis errans in collibus amens,
Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echinus.
*Ĕchīnŭs,*piſcis aſperrimi nomen.
Hor.1.Ser.Sat.6, Pocula cum cyatho duo ſuſtinet,aſtat Echi- (nus.
Mart.li.13.Epig.Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta,
Cortice depoſito mollis Echinus erit.

E ante D.

Ēdōnī,orum.Horat.2.Carm.Od.7, ——— *non ego ſanius*
Baccha-

Bacchabor Edonis;recepto
Dulce mihi furere eſt amico.

Ēdōnĭdēs. mulieres Bacchantes.
Ouidius, *Protinus in ſiluis matres Edonidas omnes,*
Quæ videre nefas, torta radice ligauit.

E ante E.

Ēĕtiōn.

E ante L.

Elateius heros, pro Cæneo Elati filio legitur.
Ēlătŭs.
Ēlĕctră. *Virgilius,* ———— *Electram maximus Atlas*
Edidit,ætherios humeris qui ſuſtinet orbes.

Ēlēis,ĭdis. mulier bacchans.
& *Ouid.4.Epiſt.Nunc feror,vt Bacchi furijs Eleides actæ,*
Ēlēidēs. *Quæq́ſub Idæo tympana colle mouent.*
Ēlĕleūs. nomen Bacchi,uide *Bacchus.*
Ouid.4.Met.fab. Nyctel iusq́, Eleleusq́ parens, & Iacchus, & Euan.
Ēlĕphāntĭs,Mart.lib.12.Epig.Nec molles Elephantidis libelli.
idis.
Ēlēusĭs. *Ouid.7.Met.fab.Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleuſis.*
Idem Epiſt.4, Tempore quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſis,
Gnoſſia me vellem detinuiſſet humus.
Ēlis,ĭdis. *Ouid.5.Met.fab.7, Piſa mihi patria eſt, & ab Elide ducimus (ortus.*
Sidon. *Nobilis Elis equis,opibusq́ ſuperba Corynthus.*
Ēlisă. *Ouid.Epiſt.7, Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari,*
Ipſe ſono tenui dixit Eliſa,veni.

Hæc ob ſtrenua & muliebris animi fortitudinem ſuperantia geſta *Dido* cognominata eſt. Declinat. *Dido,Didûs,& Dido,onis.*

Oui.Epiſt.7, Certus es ire tamen,miſeramq́ relinquere Dido.
Idem eadem, Forſitan & grauidam Dido ſcelerate relinquis.

Ēlŏps, -

Ĕlōps,ōpĭs. *Oui.12.Met.fab.* ———————— *ſed vterq́ minorem*
Victori titulum,quàm Dictys, Elopsq́ dederunt.
Ĕlōrŭs. *Virg.3.Aen.* *Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Elori.*
Ĕlpēnŏr,ŏrĭs.Iuuen.Sat.15,Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.
Ĕlȳsĭŭm. *Virg.6.Aen.* ———————— *Exinde per amplum*
Mittitur Elyſium.

E ante M.

Ēmăthĭă. *Virg.1.Georg. Non fuit indignum ſuperi, bis ſanguine noſtro*
Emathiam & latos Hæmi pingueſcere campos?
Idem 4.Georg.Hic nunc Emathiæ portus,patriamq́ reuiſit
Pallenen, hunc & nymphæ veneramur.
Ēmpĕdŏclēs.Hor.1.Epiſt.12,Empedocles,ſeu Stertini deliret acumen.

E ante N.

Ēncĕlădŭs. *Virg.3.Aen.* *Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus*
Vrgeri mole hac.
Ēnchĕlēā, *Lucan.lib.3,* ———————— *& nomine priſco*
arum. *Enchelea,verſi teſtantes funera Cadmi.*
Ēndȳmĭŏn.Mart.lib.10, *Quid tibi dormitor proderit Endymion.*

Ĕnīpĕus,fluuius Theſſaliæ.
Virg.4.Georg.Et caput,vnde altus primum ſe erupit Enipeus.
Lucan.lib.7, Sanguine Romano quàm turbidus ibit Enipeus.
Val.Flac.1.Arg.Ipſe ego præcipiti tumidum per Enipea nimbo.
Ĕnōs. *Mant.* *Ecce procul longæuus Enos Iaredica proles.*
Ēnnŏsĭgæ̆ŭs.Iuuen.Sat.10,Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigæum.
Ĕnȳō, *Mart.lib.1.Epig.Nec te decipiat ratibus naualis Enyo.*
Stroz.fili. *Diſcrimen quodcunq́ paret furialis Enyo.*

E ante O.

Ēōs. *Ouid.3.Faſt.* *Tres vbi luciferos veniens præmiſerat Eos.*
Idem 4.Faſt. *Proxima victricem quũ Romam inſpexerit Eos.*

Ēōūs.pro equo Solis.

Oui.2.Met.fab.Interea volucres Pyrois,Eous & Aethon
Solis equi, quartusq́, Phlegon, hinnitib. auras
Flammiferis implent.

E ante P.

Ĕpăphŭs. *Oui.1.Met.fab.Hinc Epaphus magni genitus de ſemine tandem*
Dicitur eſſe Iouis.

Ĕpēŭs. *Virg.2.Aen.* ——— *& ipſe doli fabricator Epeus.*

Ĕphĕsŭs. *Hor.1.Car.Od.Laudabunt alij claram Rhodon,aut Mytilenen,*
Aut Epheſum,bimarisúe Corinthi
Mœnia.

Ĕphĭāltēs. *Virg.in Cul.* *Deuictum mæſtus procul aſpiciens Ephialten.*

Ĕphy̆rē,quæ aliter Corinthus uocatur, uide *Corinthus.*

vel *Virgilius,* *Atq́, Ephyre,atq́, Opis,atq́, Aſia Deiopeia.*

Ephyra. *Lucan.lib.6,* *Aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis.*

Ĕpĭchārmŭs. *Hor.2.Epiſt.* *Plautus ad exẽplar Siculi properare Epicharmi.*

Ĕpĭcūrŭs. *Hor.1.Epiſt. ad Alb.Me pinguẽ et nitidũ bene curata cute viſes,*
Quũ videre voles Epicuri de grege porcũ.

Mant. *Ludere Ariſtippum voluit,cynicumq́, Epicurum.*

Ĕpĭdāmnŭs, *Lucan.li.10,* *Ad campos Epidamne tuos.*

vel

Ĕpĭdāmnūm.

Epidaurus, *Virg.3.Georg.* *Teygetiq́, canes,domitrixq́, Epidaurus equorum.*

vel *Lucan.lib.2,* *Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas.*

Epidaurum.

Ĕpĭmēthĭs,ĭdis.vide Pyrrha.

Ĕpĭmēthēus.pater Pyrrhæ.

Ĕpīrŭs, *Virg.1.Georg.* *At Chalybes nudi ferrum,viroſaq́, Pontus*

vel *Caſtorea,Eliadum palmas Epiros equarum.*

Ĕpēirŏs. *Idem 3.Georg.Et patriam Epirum referat,forteſq́, Mycenas.*
Ouid.8.Met. *Miſit apros quanto maiores herbida tauros*
Non habet Epirus.

Ĕpŭlō,ōnĭs. *Virg.12.Aen.* *Achetium Mneſtheus, Epulonem obtruncat Achates.*

Epy̆lŭs. *Ouid.4.Faſt. Proximus eſt titulis Epylus Alba tuis.*

E ante R.

Ĕrătō. *Virg.7.Aenei. Nunc age, qui Reges, Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo ſtatus.*

Ĕrĕbŭs. *Virg.6.Aenei.*——— *Illius ergò Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.*

Ĕrēmŭs. *Mant.* *Quum puer eſſet adhuc, tacitā cupiebat Eremū.*

Ĕrētūm. Oppidum Sabinorum.

Virg.7.Aenei. Ereti manus omnis, oliferæq́ Mutyſcæ.

Ĕrĭcātēs. *Virg.10.Aen. Cædicus Alcathoū obtruncat, Sacrator Hydaſpē, Meſſapus Cloniumq́, Lycaoniumq́, Ericaten.*

Ĕrĭgdūpŭs. *Oui.12.Met.fab. Vecte Pelethronius Macareus in pectus adacto Strauit Erigdupum, memini.*

Ĕrĭchthŏnĭŭs. *Virg.2.Georg. Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus Iungere equos, rapidisq́, rotis inſiſtere victor.*

Ĕrĭchthō. *Ouid.Epiſt.21, Illuc mentis inops, vt quam furialis Erichtho Impulit, in collo crine iacente, feror.*

Lucan. ——— *hæc dira carmina gentis Effera damnarat nimia pietatis Erichtho.*

Ĕrĭdănŭs. *Virg.1.Georg. Fluuiorum rex Eridanus, camposq́, per omnes Cum ſtabulis armenta tulit.*

Idem 4.Geor. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus, quo non alius per pinguia culta In mare purpureum violentior influit amnis.

Sabell. ——— *quondam Ticinus & ingens Eridanus clari fluxerunt mitius amnes.*

Ĕrĭgŏnē. *Virg.2.Georg. Quà locus Erigonen inter Chelasq́, ſequentes Panditur.*

Stat.lib.11, ——— *qualis Maratonide ſylua Flebilis Erigone.*

Ĕrinny̆s. *Virg.2.Aenei.*——— *quò triſtis Erinnys, Quò fremitus vocat?*

Ouid.1.Met. ——— *qua terra patet, fera regnat Erinnys.*

Ĕrĭphy̆lă, *Virg.6.Aen. His Phædrā, Procrinq́, locis, mæſtamq́, Eriphylen*

vel — *Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.*

Ĕrĭphȳlē. *Iuuen.Sat.6,* *Occurrunt multæ tibi Belides,atq; Eriphylæ.*

Ĕrĭsĭchtōn. *Ouidius,* *Sic epulas omnes Eriſichtonis ora profani*
Accipiunt.

Ĕrōs. *Mart.li.Epig.* *Plorat Eros quoties maculoſa.*

Erycina, nomen eſt Veneris, uide *Venus.*

Oui.2.Amor. *Quid geminas Erycina meos ſine ſine dolores?*

Ĕrȳlŭs. *Polit.* *Feciſſet triplex,qualia vix Erylus.*

Ĕrȳmānthĭs, *Oui.2.Met.fab.* *Nexilibusq; plagis ſiluas Erimanthidos ambit.*
idis.

Ĕrȳmānthŭs. *Virg.6.Aen.* *Fixerit aëripedem ceruam licet, aut Erymanthi*
Placarit nemora,& Lernam tremefecerit arcu.

Ouid.2.Met. *Et celer Iſmenos cum Phocaico Erymantho.*

Ĕrȳthrǎ,
vel
Erythræ,arum. *Sidon.* *Si bibit Hiſpanus Gangen,tepidisq; ab Erythris.*

Ĕrȳx. *Oui.li.2.de Art.* *Colle ſub vmbroſo quem tenet altus Eryx.*

E ante T.

Ĕtĕōclēs. *Stat.lib.12,* *Accipit & ſaui manes Eteocles iniquos.*

E ante TH uel θ Græcum.

Ĕthēmōn. *Virg.10.Aen.* *Clarus & Ethemon Lycia comitantur ab alta.*

Ĕthrūrĭǎ, *Claud.* *Fulmineos ſolers Ethruria conſulat ignes.*
vel
Hethruria.

E ante V.

Euān.vide Bacchus.

Ouid.4.Met.fab. *Nyctelinsq; Eleleusq; parens, & Iacchus, &*
Euan.

Stat.li.12.Sil. *Latous vatum pater,& Semeleius Euan.*

Euēnŭs. *Oui.8.Met.fab.* *Namq; noua repetens patrios cū coniuge muros,*
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas.

Lucan.

	Lucan.	*Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi*
		Eueni Calydona ſecat.
	Pont.	*Euenum rapidis ſponte ſubiſſe vadis.*
Ēugănĕi.	*Mant.*	*Euganei veteres, & gens antiqua Liburni.*
Ēuhўās.	*Hor.3.Car.Od.25,*	———————— *non ſecus in iugis*
		Ex ſomnis ſtupet Euhyas
		Hebrum perſpiciens, & niue candidam.
Ēuhўŭs, vide Bacchus.		
Ēumĕnĭdēs.	*Oui Epiſt.7,*	*Audieram, voces, Nymphas vlulaſſe putaui;*
		Eumenides ſatis ſigna dedere meis.
	Quint.	*Hinc diræ Eumenides poſuere cubilia taxo.*
Ēuphrānŏr, ŏris.	*Iuuen Sat.3,*	*Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti.*
Ēuphrātēs.	*Lucan.lib.3,*	*Fertilis Euphrates Phariæ vice ſangitur vndæ.*
Ēuphrŏsўnē, es. vel Euphroſina, æ. uide *Aglaia.*		
	Mant.	———————— *Tecumq́, Thalia*
		Cincta ſacrũ viridi ſtrophio caput, Euphroſineq́;
		Læta genas, læta os roſeum, vaga lumina læta.
Eurīpŭs.	*Augurell.*	*Vt vagus incertis Euripus deſluit vndis.*
Ēurŏpă.	*Stat.in Arch.*	*Ardeat omne ſimul roburq́, decusq́, potentis Europæ.*
Ēurōtās.	*Virg.Eclog.*	*Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus*
		Audijt Eurotas, iuſſitq́, ediſcere laurus.
	Oui.li.2.Eleg.	*Frigidus Eurotas populiferq́, Padus.*
Ēurўălŭs.	*Oui.1.Triſt.Eleg.4,*	*Si non Euryalus Rutulos cecidiſſet in hoſtes;*
		Hyrtacidæ Niſi gloria nulla foret.
Ēurўbătēs.	*Ouid.3.Epiſt.*	*Nam ſimul Eurybates me Talthybiusq́, vocarũt,*
		Eurybati data ſum, Talthybioq́, comes.
Ēurўdămās; Ouid.in Ibin,		*Vtq́, vel Eurydamas ter circum buſta Traſylli,*
antis.		*Et Laryſſæis tractus ab hoſte rotis.*
Ēurўdĭcē.	*Virg.4.Georg.*	*Reſtitit, Eurydicenq́, ſuam iam luce ſub ipſa*
		Immemor heu victusq́, animi reſpexit.
Ēurўlŏchŭs:	*Ouid.14.Met.fab.*	———————— *ſuis ſolum caruiſſe figura*
		Vidimus Eurylochum, ſolus data pocula fugit.
Ēurўmăchŭs.	*Oui.Epiſt.1,*	*Quid tibi Piſandrũ, Polybũq́, Medõtaq́, dirum,*
		Eurymachiq́, auidas, Autonoiq́, manus?
Ēurўmŏnŏs, canis nomen.		

Oui.12.Met.fab. At non Eurynomos, Lycidasq́; & Areus & Im-
Effugere necem. (breus

Eurȳpȳlŭs. Virg.2. Aen. Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus.

Eurȳtiōn, ōnĭs. Vir.2. Aen. Quę bonus Eurytion multo cælauerat auro.

Eurȳtĭs, idis. Oui.9. Met.fab. Eurytidos lachrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene.

Eutȳchŭs. Mart lib.6, Eutychus ille tuum Caſtrice dulce latus.

Euxīnŭs. Mant. Tunc gelidi ſinus Euxini, tunc alta Propontis.

E ante X.

Exădĭŭs. Oui.12.Met.fab. Non impunè feres, teli modò copia detur
Dixerat Exadius; teliq́; habet inſtar, in alta
Quæ fuerant pinu.

CLASSIS

CLASSIS SECVNDAE,
ORDO SEXTVS;

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum propriorum incipientium ab

F

F ante A.

Făbărĭs.	*Virg.7.Aen.*	*Qui Tiberim, Fabarimq́ bibunt.*
Făbĭŭs.	*Ouid.2.Faſt.*	*Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,*
Făbĭī.		*Ad bellum miſſos abſtulit vna dies.*
	Manil.	*Poſtq́ tuos Thraſymene lacus, Fabiumq́ moratē.*
Fābrātĕrĭă.	*Iuuen.Sat.3,*	——————— *optima Sora*
		Aut Fabrateriæ domus, aut Fruſinone paratur.
Fābrĭcĭŭs.	*Mart.lib.9,*	*Soluere qui Curios Fabriciosq́ graues.*
Fălīſcī.	*Virgilius,*	*Hi Faſcenninas acies, æquisq́ Faliſcos.*
	Ouidius,	*Adde ſenem Tacium, Iunonicolasq́ Faliſcos.*
Farfarus.	*Ouidius,*	——————— *& Amœna Farfarus vndæ.*
Făuōnĭŭs.	*Mant.*	*Aſt vbi clauſa tepens per rura Fauonius intrat.*

F ante E.

Ferōnĭă.	*Virg.7.Aen.*	——————— *& viridi gaudens Feronia luco.*
	Hor.1.Ser.Sat.5,	*Ora manusq́ tua lauimus Feronia lympha.*

F ante I.

Ficēlĭă.	*Mart.lib.6,*	——————— *nam tu quoq́ proxima Flora*
		Incolis, & veteres tu quoq́ Ficelias.

F ante O.

*Fōrŭlī,orum.*pro oppido Sabinorum.
Virg.7.Aen. *Qui Tetricæ horrentes rupes, montemq́; Seuerū,*
Caſperiamq́; colunt,Forulos,& flumen Hymellæ.

F ante R.

*Frāncŏphŏrā,*quæ uulgò *Francofordia* ſeu *Francofortum*, quaſi Francorū portus, appellatur,ciuitas eſt Germaniæ imperialis,emporijs duobus annuis quum Germanis ipſis, tum exteris nationibus celebratiſsima. *(vrbe,*
Con.Celt 3.Car.Od.16,Eutice Francoforta Medicus notiſsimus
Per Francos quæ condita quondam;
Illorum trepidis dum Gallia perſonat armis,
Ad Moſam imperium ſtatuentes.
Frĕgēllǣ. *Silius,* *Et quæ fumantem texere Giganta Fregellæ.*
Idem, ————*obſeſſa campo ſqualente Fregellæ.*

*Frībūrgūm,*urbs & Academia Germaniæ,cuius ſitum ex Poetæ uerſibus deprehendes.

Conr.Celt.Car.3.Od.25,Zaſi,Friburgi non minimum decus,
Quà læta ſurgit Priſcia collibus,
Qui vite amicti,nec remotam
Herciniam ſpeculantur atram.
Bacenis illic dicta prioribus,
Silua ſed atra nomen habens modò:
Qua Necari fontes,& Iſtri
Perſpicuis oriuntur vndis.

*Frīsīī,orum.*Germaniæ populi.
Con.Celt.3.Car.Od.6,Me Sueuus acer,Francus & horridus,
Turogus errans,Hercinio iugo
Cheruſcus,& ſæuus Sicamber,
Cum Friſijs,relegentq́; Cauci.

F ante V.

Fūcĭnŭs. *Virg.7.Aen.* *Te nemus Angitiæ,vitrea te Fucinus vnda,*
Te liquidi

Te liquidi ſleuêre lacus.

Mart.li.1.Epig. Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis.

Fŭrĭă. *Virg.3.Aen.* ——— *& ſcelerum furijs agitatur Oreſtes*
Excipit incautum, patriasq́, obtruncat ad aras.

Idem 4.Aen. Heu furijs incenſa feror.

Fūsĭdiŭs. *Hor.1.Ser.Sat.2, Fuſidius vappæ fāmam timet & nebulonis,*
Diues agris, diues poſitis in fœnore numis.

CLASSIS SECVNDAE

ORDO SEPTIMVS:

De quantitatibus nominum Propriorum incipientium à

G

G ante A.

Găbĭī. *Virg.6.Aen. Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbemq́, Fidenam,*
Hi Collatinas imponent montibus arces.

Iuuen.Sat.3, Simplicibus Gabijs, aut proni Liguris arce.

Gādēs. *Luc.lib.3,* ——— *Tyrijs qui Gadibus hoſtis*
Adiacet.

Gāditānī, & Gaditanæ. *Iuuen.Sat.11, Forſitan expectes vt Gaditana canora*
Incipias prurire choro.

Gălānthĭs, idis. *Oui.9.Met.fab.5, Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis,*
Flaua comas, aderat faciendis ſtrenua iuſſis,
Officijs dilecta ſuis.

Idem ibidem, Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt.

Gălătă. *Luc.lib.7, Iſtis parce precor, viuant Galatæq́, Syriq́.*

Gălătēă. Virg.7.Eclog. *Nerine Galatea, thymo mihi dulcior hyblæ.*
Gălēsŭs. Virg.2.Georg. *Qua niger humectat flauentia culta Galeſus.*
Hor.2.Car.Od.6, *Vnde ſi Parca prohibent iniquæ*
Dulce pellitis ouibus Galeſi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.
Mar.lib.12, *Albi quæ ſuperas oues Galeſi.*
Găndāniă. Lucan.lib.9, *Deuia qua vaſtos aperit Gandauia ſaltus.*
Găngărĭdēs. Virg.3.Geor. *In foribus pugnam ex auro, ſolidoq; Elephanto*
Gangaridum faciam, victoriſq; arma Quirini.
Gănȳmēdēs. Virg.1.Aen. *———— manet alta mente repoſtum.*
Iudicium Paridis, ſpretaq; iniuria formæ,
Et genus inuiſum, & rapti Ganymedis honores.
Ouid.lib.11, *Ilus & Aſſaracus, raptuſq; Ioui Ganymedes.*
Gărămās, antis. Virg.8.Eclog. *Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,*
Nec noſtri generis puerum, nec ſanguinis edunt.
Sil.lib.1, *———————— atq; vbi atrox*
Garamas, ſæuuſq; tetenderit Amnon.
Gărgānŭs. Luc.lib.5, *Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.*
Gărgără. Ouidius, *Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos.*
Garumna.
Gĕbēnnă, arū. Luc.lib.1, *——— canam pendentes rupe Gebennas.*
Gĕdēōn, ōnis. Mant.in Maria, *Velleraq; & ſiccos magni Gedeonis imbres.*
Gĕhēnnă. Mant. *Quod ſi fortè caua metuis tormenta Gehennæ.*
Gĕlă. Virg.5.Aen. *Apparet Camerina procul, campiq; Geloi,*
Immaniſq; Gela fluuij cognomine dicta.
Gĕlōnī. Virg.3.Georg. *Biſſaltæ quo more ſolent, acerq; Gelonus.*
Virg.lib.8, *Hinc Lelegas, Caraſq;, ſagittiferoſq; Gelonos.*
Lucan.lib.4, *Maſſagetes quo fugit equo, forteſq; Geloni.*
Gĕnāunī. Con.Cel.3.Car.Od.6, *Scandam per Alpes, Heluetios petam,*
Brennos, Genaunos conſpiciam feros,
Rheniq; diſcurram per vrbes,
Et populos vtriuſq; ripæ.
Gĕnŭă. Pamph. *Indomitos domuit Ligures, Genuaq; furentes*
Armiſonæ.
Gĕpĭdæ, arū. Con.Cel.3.Car.Od.6, *Hinc Lancoſargus, Cauptus & Herulus,*
Et

Et Gepidarum terra patentior,
Buſactores & Marte ſæui
Vindelici, relegentq; Rheti.

Gērmānĭā. *Virg.1.Eclo. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.*
Idem 1.Georg. Armorum ſonitum toto Germania cælo
Audijt.
Mant. ——— *quando Germania quondam*
Armipotens, nunc lenta iacet.

Hæc etiam *Alemania* & *Tuiſcia*, à Tuiſco Noes nepote appellatur; Et nos uocamur *Germani*, *Alemani*, *&* *Tuiſci*, uel ut Itali & Hiſpani omnes proferunt, *Tudeſci.*

Con.Cel.3.Car.Od.23, Te tota noſcit noſtra Alemania,
Miratur & te tollit ad ætherea,
Germani, Alemani, Tuiſci, vel Tudeſci.
Sidon. ——— *Rhenumq; ferox Alemane bibebam.*

Gērūsūs. *Lucan.lib.5,* ——— *quàm volucer Geruſus qui mollior Apſus*
Circumeunt ripis.

Gēry̆ōn, ōnĭs. Vir.li.8.Aen. Tergemini nece Geryonis, ſpolijsq; ſuperbus.
vel *Oui.Epiſt.9, Prodigiumq; triplex, armenti diues Iberi*
Geryones, æ. *Geryones, quamuis in tribus vnus erat.*

Gĕtā. *Virg.3.Georg. Quam fugit in Rhodopē, atq; in deſerta Getarū,*
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.
Oui.de Pont.Eleg. Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe.
Textor. *Intra Sauromatas, illepidoſq; Getas.*

Gētūli, *Virg.4.Aen. Quid dubitas cinctam Getulo tradere Iarbæ.*
vel
Gætuli.

G ante I.

Gĭgāntēs. *Protulit & vaſtos immania monſtra Gigantes*
Ventrimanos olim.

Gilippūs. *Virg.12.Aen.* ——— *quos fida crearat*
Vna tot Arcadio coniunx Thyrrena Gilippo.

Gla

Glăphȳrŭs. *Iuuen.Sat.6, Vxorem ducis,de qua citharœdus Echion,*
Aut Glaphyrus fiat pater.
Glȳcĕră. *Mart.lib.6, Præferri Glyceræ fœmina nulla poteſt.*
Glȳcōn,ōnis.Hor.1.Epiſt. Nec quia deſperes inuicti membra Glyconis
Nodoſa,corpus nolis prohibere podagra.

G ante N.

Gnătō,ōnis.Fauſtus, Qui blando patulas Gnatoni commodat aures.
Gnĭdŏn. *Oui.10.Met.fab.12,———— non iam Cytherea curat*
Littora,non alto repetit Paphon æquore cinctam,
Piſcoſamq́; Gnidō,grauidáq́; Amathūta metallis.
Hor.1.Car.Od.30,O Venus regina Gnidi,Paphiq́;,
Sperne delectam Cypron,& vocantis
Ture te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.

G ante O.

Gōrgŏnēs. *Virg.5.Aen. Gorgones,Harpyiæq́;,& forma tricorporis vmbræ.*
Gōrtȳnē. *Seneca, Parua Gortyne, ſterilisq́; Trice.*
Gŏthī. *Mant. Ora ſubit Gothus armipotens & Vandalus acer.*
Idem, Immanes venere Gothi,gentemq́; Latinam
Euertere.

*Græcĭă.*notæ quantitat.
Synecdoche:*Argolica vrbs,Pelaſgiades vrbes.*
Ouid.Epiſt.6, Non equidem ſecura fui,ſemperq́; verebar,
Ne pater Argolica ſumeret vrbe nurum.
Idem Epiſt.9, Fama Pelaſgiadas ſubitò peruenit in vrbes
Decolor,& factis inficianda ſuis.

*Græci,*notæ quantitatis eſt. Aliàs uaria ſortiuntur nomina,uel à præcipuis regibus ſeu ducibus , uel regionibus, uel etiam ciuitatibus: ut, *Argolici, Achiui, Danai,Helles,Pelaſgi.*
Oui.7.Met.fab.2,———————— gratantur Achiui
Victoremq́; tenent, auidisq́; amplexibus hærent.

Oui.12.Met.fab.Hoc ipſe Aeacides,hoc mirabantur Achiui.
Horatius, Quicquid deſignant reges,plectuntur Achiui.
Oui.Epiſt.3, At Danai mœrere putant,tibi plectra mouētur,
Te tenet in tepido mollis amica ſinu.
Idem eadem, Mittite me,Danai,dominum legata rogabo.
Oui.7.Met.fab.2,Demiſere metu vultumq́; animūq́; Pelaſgi.

Grānātă. *Mant.* *Qui videas Maurorū vrbes, & magna ſuperba*
Mœnia Granatæ.

Grātĭă. quæ Grçcè charites uocantur, à ueteribus Deæ formoſitatis & fauoris fictæ ſunt,unde *Aglaia.*
Hor.1.Car.Od.30,Feruidus tecum puer,& ſolutis
Gratiæ zonis,properentq́; Nymphæ,
Et parum comis ſine te iuuentus
Mercuriusq́;.
Mant. ———————— *properate ſorores*
Gratiæ ab Orchomeno;Tu primū Aglaia decoro.
Lætitiam præ te ore ferens.

Grāuĭſcă. *Virg.10.Aen.* *Et Pyrgi veteres,intempeſtaq́; Grauiſcæ.*

G ante Y.

Gy̆ărŭs. *Virg.3.Aen.* *Quam pius Arcitenens oras & littora circum*
Errantem,Mycone celſa Gyaroq́; reuinxit,
Immotamq́; coli dedit,& contemnere ventos.

Gy̆ās,æ. *Virg.1.Aen.* *Nunc Amyci caſum genuit,& crudelia ſecum*
Fata Lyci,fortemq́; Gyan,fortemq́; Cloāthum.
Idem 5.Aen. *Ingentemq́; Gyas ingenti mole chimæram.*

Gy̆gēs,ĭs. *Virg.lib.9,* *Principio Phalarim,& ſucciſo poplite Gygem.*
Hor.2.Car.Od.Luna mari,Gnidius ve Gyges.

Gy̆gēs,æ. *Oui.4.Triſt.* *Centimanumq́; Gygen,ſemibouemq́; virum.*

CLASSIS SECVNDAE

ORDO OCTAVVS:

De quantitatibus nominum Propriorum incipientium à

H

H ante A.

Hălăsŭs.	*Virgilius,*	*Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis*
		Iungit Halæſus equos.
	Colum.	*Et quæ Sicaniĳ flores legiſtis Halæſi.*
Hălȳs.	*Oui.4.de Pōt.*	*Influit & crebro vortice tortus Halys.*
Hămădrȳ-ădēs.	*Vir.10.Eclog.*	*Iam neq; Hamadryades rurſus, nec carmina nobis*
		Ipſa placent.
	Stroz.pat.	*Cuius Hamadryades faciem mirētur honeſtam.*
Hārmŏnĭă, filia Martis & Veneris.		
Hārpălĭcē.	*Virg.1.Aen.*	――――*vel qualis equos Threiſſa fatigat*
		Harpalice, volucremq́; fuga præuertitur Hebrū.
	Mant.	*Compar, & Harpalicen referēs, voſcāq́; Camillā.*
Hārpȳĭă.	*Virg.3.Aen.*	*Inſulæ in Ionio magno, quas dira Celæno,*
		Harpyiæq; colunt aliæ.
	Idem eodem,	*At ſubitæ horrifico lapſu de montibus adſunt*
		Harpyiæ.
	Mant.	*Harpyiæ funeſta lues, fluxúq; fameq́;*
		Infeſtæ volitant.

H ante E.

Hēbē.	*Ouid.9.Met.*	*Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe.*
Hebræus, vide Iudæus.		

Hēbrŭs.

Hēbrŭs. *Virg.4.Georg.Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulſum*
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret.
Oui.11.Met.fab.Membra iacēt diuerſa locis,caput,Hebre,lyrāq;
Excipis,& mirum. *(brus.*
Ssroz.pat. *Iſmarus & Rhodope,nequicquā & Thracius He-*
Periphraſ.appellatur,*Scythonis vnda,& Oeagria flumina.*
Oui.2.Epiſt. *Luna quater latuit,toto quater orbe recreuit,*
Nec vehit Actæas Scythonis vnda rates.
Hĕcălē. *Ouid.de Am. Cur nemo eſt,Hecalē,nulla eſt quæ nouerit Irim,*
Nempe quòd alter egens,altera pauper erat.
*Hecate,*Iouis & Latonæ filia,uide *Diana.*
*Hĕcătē,*alia fuit Perſæ filia.
Ouid.5.Met.fab.Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras.
Val.Flac.li.6, Hanc reſidens altis Hecatē Perſeia lucis
Flebat.
Hĕcătōmbē.Iuuen.Sat.12,——— exiſtunt qui promittant Hecatomben.
Hĕcŭbă. *Oui.Epiſt.5,* *Aut Hecuba fuerim diſsimulanda nurus.*
Mart.lib.3, *Cum poſsis Hecubam,non potes Andromachen.*
Hēgălēŏs. *Stat.lib.12,* *Diues & Hegaleos nemorum, Perneſq; benignus*
Vitibus.
Hĕlĕnă,ā,vel Hĕlĕnē,ēs.
Virg.lib.7, *Ledeamq; Helenam Troianas vexit ad vrbes*
Oui.Epiſt.5, *Sic Helene doleat,deſertaq; coniuge ploret,*
Quæq; prior nobis intulit,ipſa ferat.
Hæc Tyndari fuit filia,unde *Tyndaris* appellatur.
Oui.Epiſt.8, *Tyndaris Idæo trans æquora ab hoſpita rapta;*
Argolicas pro ſe vertit in arma manus.
Per Periphraſ.*Caſtoris & Pollucis ſoror.*
Ouid.Epiſt.8,Caſtori Amyclæo,& Amyclæo Polluci
Reddita Mopſopia,Tyndaris,vrbe ſoror.
Hĕlĕnŭs. *Virg.3.Aen.* ——————— *cum ſeſe à mœnibus heros*
Primiades multis Helenus comitantibus offert.
Hēlĭădēs. *Oui.2.Met.fab.Nec minus Heliades lugent.*
Hēlĭās,æ. *Mant.in Alph.Candidus Helias Thesbæo à Sanguine cretus.*
*Hĕlĭcē,*pro urſa maiore.

Ouid.

Oui.1.Triſt. *Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notetur*
Sidonijs, Helicen Graia carina notet.
Lucanus, *Parrhaſis obliquos Helice cum verteret axes.*

Hĕlĭcē, pro urbe Achaiæ.
Oui.15.Met.fab.Si quaras Helicen, & Buran Achaidos vrbes,
Inuenies ſub aquis, & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

Hĕlĭcōn, ōnis.Oui.2.Met.Virgineusq́; Helicō, & nondum Oeagrius Hæmus.
Lucre.lib.1, ——————— *Qui primus amœno*
Detulit ex Helicone perenni fronte coronam.

Hĕlisūs vel Helisos. *Stat.li.4.Theb.*——— *quos pia vado, Langia tacenti*
Lambit, & anfractu riparum incuruus Heliſos.

Hĕlōrūs. *Virgilius,* *Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori.*

Hĕluĕtĭī. *Bapt.Pius,* *Et Galatæ, Heluetijq́; truces, pictiq́; Britanni.*

Hĕlȳmūs. *Virg.5.Aen.* *Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus Panopesq́;*
Aſſueti Syluis, comites ſenioris Aceſtæ.

Hĕrăclēă. *Mant.* ——————— *Quæ magna Perinthus*
Antè fuit, priſcum mutauit Heraclea nomen.

Hĕrcĭnĭă. *Con.Celt.3.Car.Od.17, Et qui de riguis Hercinia vallib. exeūt.*

Hĕrcŭlēs.

Alias uocatur *Tyrinthius* abſolutè.
Virg.7.Aen. ——————— *poſtquam Laurentia victor,*
Geryone extincto, Tyrinthius attigit arua.

Periphraſ.*Tyrinthius Heros, Victor ab Oechalia, Tergemini Geryonis nece ſuperbus.*

Oui.9.Met.fab.Victor ab Oechalia Cenao ritè parauit
Sacra Ioui.
Virg.8.Aen. *Tergemini nece Geryonis ſpolijsq́; ſuperbus.*

Hĕrmăphrŏdĭtūs. *Auſon.* *Quod crudelis Eryx, quod Semiuir Hermaphroditus.*

Hĕrmĭnĭūs.Virg.11.Aen. ——————— *ingentem corpore & armis*
Deijcit Herminium.

Hĕrmĭŏnē, ēs.Oui.Epiſt.8, Alloquor Hermione, nuper fratremq́; virumq́;
Nunc fratrem, nomen coniugis alter habet.

Hĕrmŏcrătēs.Mart.lib.6, In ſomnis medicum viderat Hermocratem.

Hĕrō. *Muſæus,* *Et virgo inſigni forma ſpectabilis Hero.*

Hĕrō-

Hērōdēs. *Iuuencus,* *Rex fuit Herodes Iudaa in gente cruentus.*
Hērōdŏtŭs. *Sidon.* *Torrens Herodotus, tonans Homerus.*
Hērŭlī, orū. *Cō.Celt.3.Car.Od.6,* *Hinc Lancoſargus, Cauptus & Herulus,*
Et Gepidarum terra patentior,
Buſactores & Marte ſaui
Vindelici, relegentq́, Rheti.
Heſiodus. *Virg.6.Eclog.* *Hos tibi dant calamos, en accipe, Muſa*
Aſcrao quos ante ſeni, quibus ille ſolebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
Periphraſt. *Aſcræus ſenex* appellatur.
Hētrūſcī, & Hētrūſcī. *Mart.li.Epig.* *Quantum ſollicito fortuna parentis Hetruſco.*
Hēſpĕrĭă. *Virg.1.Aen.* *Eſt locus, Heſperiam Graij cognomine dicunt.*
Idem 3.Aen. *Et ſæpe Heſperiam, ſæpe Itala regna vocare.*
Heſperides, tres fuerunt, Ægle, Arethuſa & Heſperethuſa: Heſperi Atlātis fratris filiæ, à quo patronymicum formatur.
Hēſpĕrŭs. *Virg.7.Eclog.* *Ite domum ſatura, venit Heſperus, ite capella.*
Hētrūrĭă. *Stroz.pater,* *Hic docuit quicquid ſolers Hetruria miſit.*

H ante I.

Hĭērā. *Virg.9.Aen.* *Quos Iouis eduxit luco ſylueſtris Hiera.*
Hīmēllă. *Virg.7.Aen.* ——————— *qui flumen Himella*
Et Tiberim, Fabarimq́, bibunt.
Hīmĕră. *Sil.lib.4,* *Armauere ſuos, qua mergitur Himera Ponto.*
Hiphĭnŏŭs. *Oui.12.Met.fab.* *Antè tamen letho dederat Phlegræon & Hylē*
Eminus; Hiphinoum collato Marte Danimq́,
Hippōcrēnē. *Ruff.Feſt.* *Lympha camœnalem fudit procul Hippocrenem.*
Hippŏdămē vel *Vir.3.Geor.* *Hippodameq́, humeroq́, Pelops inſignis eburno.*
Hippŏdămīă. *Ouidius,* *Venit vt in Phrygios Hippodamia ſinus.*
Ouid.in Epiſt. ——————— *indicere bella coegit*
Atracis Aemonios Hippodamia viros.
Per Antonomaſiam uocatur abſolutè *Atracis.*
Ouidius, *Atracis ambiguos traxit in arma viros.*

Hippŏlȳtē,es.Proper.li.4, *Felix Hippolyte,nudæ tulit arma papillæ.*
Hippŏlȳtŭs.Oui.Epiſt.4, *Si mihi concedat Iuno fratremq́; virumq́;,*
Hippolytum videor præpoſitura Ioui.
Stroz.pater, *Fractaq́; mens rigidi cederet Hippolyti.*
Hippomanes.
Hippōnāx. *Polit.* *Nec ferus Hipponax,atro qui felle cruentus*
Bubalon & ſtratum morſu laniauit Athenin.
Hippŏtădēs,vide Aeolus: qui Hippotæ ex Segeſta filia nepos fuit.
Hiſpānĭă. *Pont.* *Quæ vaſto circum pugnax Hiſpania Ponto*
Alluitur.
Hŏmērŭs. *Virg.in Cyr.* *Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.*
Oui.1.de Rem.Ingenio magni liuor detrectat Homeri
Quiſquis es ex illo Zoile nomen habes.
Glarea. *Septem vrbes certant docto quæ patria Homero.*
Circumſcriptiuè *Colophonius vates* dicitur.
Bapt.Pius, *Cedit Apollinei Colophonius vates.*
Et *Mæonides,*hoc eſt,Mæonis filius.
Oui.2.Triſt.Eleg.Quis niſi Mæonides Venerē Martēq́; ligatos
Narrat in obſcœno corpora prenſa toro?
Et *Meleſigenes,*à Melete fluuio.
Hŏmŏlē,es. *Virg.7.Aen.* *Ceu duo nubigenæ,quum vertice montis ab alto*
Deſcendūt Centauri, Homolen Othrynq́; niualē
Linquentes.
*Homonœa,*proprium fœminæ.
Incer auto. *Hoc Homonœa breui condita ſum tumulo.*
Hŏrātĭŭs. *Oui.4.Triſt.* *Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures.*
Cō.Cel.in Epod.Od. 12,In Lyricis princeps ſuperās ſed Horatius
De fonte Graio cuncta vates hauſerat. *(omnes,*
Hŏrmĭŭs. *Stat.li.7.Theb.*——————— *Tuq́; ô permeſſe canoris*
Et fœlix Hormie vadis.
Hȳădēs. *Oui.5.Faſt.* *Ac ſimul inducent obſcura crepuſcula noctem,*
Pars Hyadum toto de grege nulla latet.
Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis,
Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vo-
Stat.lib.1.ſil. *Non tantis Hyas in ſerena nymbis.* *(cat.*

Hȳbēr-

Hӯbērnĭă, *Claud.7.Paneg. Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne.*
vel Ierne. Vocatur etiam *Iuernia,& Iuuerna.*
Iuuen.Sat.2, ——— *arma quid vltra*
Littora Iuuernæ promouimus,& modo captas
Orcadas,& minima contentos nocte Britannos.
Hӯblă,æ.vel Mart.li.Epig. Quum dederis Siculis mediæ de collibus Hyblæ,
Hӯblē,es. *Cecropios dicas tu licet eſſe fauos.*
Hӯdāſpēs. *Lucan.lib.8, Qua rapidus Ganges,& qua Nyſæus Hydaſpes.*
*Hӯlāctŏr,*canis nomen apud
Ouid.3.Met.fab. ——— *& acutæ vocis Hylactor.*
Hӯlǣŭs. *Virg.8.Aen.* ——— *tu nubigenas inuicte bimembres*
Hylæumq́; polumq́; manu,tu Creſsia mactas
Prodigia.
Hӯlās. — *Iuuen.Sat.1,* – *Et multum quæſitus Hylas,vrnamq́; ſecutus.*
Hӯlēs. *Oui.12.Met.* *Antè tamen letho dederat Phlegræon & Hylen*
Eminus.
Hӯlŏnŏmē. *Oui.12.Met.fab. Abſtulit Hylonome,qua nulla decentior inter*
Semiferas altis habitauit fœmina ſiluis.
Hӯlŭs. *Mart.lib.4,* *Cur heri quod dederas,hodie puer Hyle negaſti.*
Hӯmēn. *Oui.Epiſt.6,* *Non ego ſum furtim tibi cognita,pronuba Iuno*
Adfuit,& ſertis tempora vinctus Hymen:
At mihi nec Iuno,nec Hymen:ſed triſtis Erinnys
Prætulit infauſtas ſanguinolenta faces.
Pont. *Pulcher Hymen,Hymenæe Hymē,Hymē ô Hyme-*
*Hymenæus,*pro deo nuptiarum. *(næe.*
Virg.1.Aen. *Pergama quum peteret,nō conceſſosq́; Hymenæos.*
Idem 3.Aen. ——— *qui deinde ſecutus*
Ledæam Hermionē,Lacedæmoniosq́; Hymenæos.
Hӯmēttŭs. *Ouid.lib.7,* *Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti.*
Mart.li.13. Epig. Hoc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti
Pallados à ſiluis nobile nectar apis.
Hӯpǣpă,arū.Ouid.6.Met.Orta domo parua,paruis habitabat Hypæpis.
Hypănĭs. *Virg.4.Georg.Saxoſumq́; ſonans Hypanis,Myſusq́; Caicus.*
Oui.15.Me.fab. Quid nō & Scythicis Hypanis de mōtibus ortus,
Qui fuerat dulcis,ſalibus vitiatur amaris.
Hӯpĕrīŏn,ōnĭs.Oui.1.Faſt.Placat equo Perſis radijs Hyperiona cinctum.
Hӯpērmnēſtră.

 Hӯpŏnă.

Hȳpōnā. *Iuuen.Sat.8,* ———————— *ſolam*
Hyponam, & facies olida ad præſepia pictas.

Hȳpsĭpȳlē *Oui.Epiſt.6,* *Quamlibet aduerſo ſignetur Epiſtola vento*
vel *Hypſipyle miſſa digna ſalute fui.*
Hȳpsĭphȳlē. *Stat.lib.4.* *Errantes ſubito pulchro in mœrore tuentur*
Hypſipylen.

Per Antonomaſiam uocatur *Thoantis,idos.& Thoantias.*

Oui.Epiſt.6, *Hac ego coniugio fraudata Thoantias oro,*
Viuite deuoto nuptaq; viroq; toro.

Periphra. *Nata Thoante Minoo.*

Oui.Epiſt.6, *Si te nobilitas,generoſaq; nomina tangunt;*
En ego Minoo nata Thoante feror.

Hȳrĭē. *Ouid.7.Met.* *Inde lacus Hyries videt & Cygneia Tempe.*

CLASSIS

CLASSIS SECVNDAE
ORDO NONVS:

De quantitatibus nominum ſubſtantiuorum Propriorum incipientium ab

I ante A.

Iābīnŭs. *G.Buc.Pſa.83,Siſara ceu tumidus cecidit,ſæuusq́; Iabinus.*
*Īacchŭs.*uide *Bacchus.*
Virg.Eclog.7, Populus Alcidæ gratiſſima,vitis Iaccho.
Idem Eclog.6,Inflatum heſterno venas vt ſemper Iaccho.
Iăcōbŭs. *Buch.Pſal.20,Vtq́; bonus dubijs Iacobum ad ſidera rebus*
Cum voce palmas proferentem exaudijt.
Iăcōbŭs. *Idē Buc.Pſal.135, Quippe Iacobum vltrò legit, lectūq́; dicauit*
Hūc ſibi,ceu priuā patrimonij in ſecula ſortē.
Īădĕr. *Lucan.lib.4, Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.*
Iānĭcŭlūm.Virg.8.Aen. *Hæc duo præterea diſiectis oppida muris,*
Relliquias,veterumq́; vides monumenta virorū;
Hanc Ianus pater,hanc Saturnus condidit vrbē,
Ianiculum huic,illi fuerat Saturnia nomen.
Oui.1.Faſt. *Arx mea collis erat, quā vulgus nomine noſtro*
Nuncupat,hæc ætas Ianiculumq́; vocat.
Īănthē. *Oui.9.Met.fab.10,Quēq́; virū putat eſſe,ſuū fore credit Iāthe.*
Iānŭs. *Virg.7.Aen.* *Saturnusq́; ſenex,Ianiq́; bifrontis imago.*
Ouidius, *Qui puteal,Ianumq́; timet,celeresq́; calendas.*
Iăpĕtīŏnīdēs.vide Atlas.
Oui.4.Met.fab.10,Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtās
Iapetionides Atlas fuit.
Per periphraſin uocatur, *Satus Iapeto.*

 Ouid.

Oui.1.Met.fab. Quam ſatus Iapeto miſtā fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantum cūcta deorum.

Iăpĕtŭs, & *Ĭăpĕtŭs.* *Virg.1.Georg.* —————— *tum partu Terra nefando*
Cœumq́,Iapetumq́, creat,ſæuumq́, Typhœa.

Ĭāpĭs,idis. *Virg.12.Aen.* *Iamq́, aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis*
Iaſides, acri quondam cui captus amore.

Ĭāpȳgĭă.vide Apulia.

Oui.15.Met.fab.4, *Linquit Iapygiă,leuibusq́, Amphryſia remis*
Saxa fugit,dextra prærupta Ceraunia parte.

Ĭāpȳx,ȳgĭs. *Virg.11.Aen.* *Ille vrbem Argiripam patriæ cognomine gentis*
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Hor.1.Car.Od.4, *Sic te diua potens Cypri,*
Sic fratres Helenæ lucida ſidera,
Ventorumq́, regat pater,
Obſtrictis alijs præter Iapyga.

Ĭārbās. *Virg.4.Aen.* *Non Libyæ,non antè Tyro deſpectus Iarbas.*

Ĭārdănis. *Oui.Epiſt.9,* *Se quoq́, Nympha tuis ornauit Iardanis armis,*
Et tulit è capto nata trophæa viro.

Ĭāsĭōn,ōnĭs. *Oui.9.Met.fab.* —————— *queritur caneſcere mitem*
Iaſiona Ceres.

Ĭāsĭs,idis. vel, idos. *Propert.* *Atq́, animam diræ contudit Iaſidos.*

Ĭāsĭŭs. *Virg.3.Aen.* *Hæ nobis propriæ ſedes,hinc Dardanus ortus,*
Iaſiusq́,pater,genus à quo principe noſtrum.

Ĭāsōn,ōnĭs. *Oui.7.Met.fab.1,* *Multaq́,perpeſſi claro ſub Iaſone, tandem*
Contigerant rapidas limoſi Phaſidos vndas.

Idem ibidem, *Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ætas,*
Et genus,& virtus?

Per Antonomaſiam *Aeſonides*, quoniam fuit Æſonis filius.

Oui.7.Met.fab.1, *Quū videt Aeſonidē,extincta flāmaq́, reluxit,*
Erubuere genæ,totoq́, recanduit ore.

Idem 8.Met.fab.7, *Miſit & Aeſonides iaculū,quod caſus ab illo*
Vertit.

Per periph. *Natus Aeſone, Aeſonius heros, Aemonius iuuenis, id eſt, Theſſalus.*

Oui.7.Met.fab.1, Et caſu ſolito formoſior Aeſone natus
Illa luce fuit.
Idem eo.fab.2, Somnus in ignotos oculos vbi venit, & auro
Heros Aeſonius potitur, ſpolioq́, ſuperbus.
Idem ibidem, In caput Aemonij iuuenis torquere parentes.
Iaxămătă. Val.Flac. Mellis honos Torinos ditat, ſua mulctra Satarchē,
Iaxamatas venatus alit.
Īăzўgēs. Ouid.in Ibin, Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iazyges arcu,
Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit.

I ante B.

Ībērī, vel Iberes. gentilia. *Virg.3.Georg. Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.*
Lucan.lib.6, Si tibi durus Iber, aut ſi tibi terga dediſſet.
Idem, ———————— occurrat Iberibus alter.
Ībērĭă. Val.Flac li.6, Diſcolor haſtatas effudit Iberia turmas.
Ībērŭs. pro fluuio. *Lucan.lib.4, Qui præſtat terris, aufert tibi nomen Iberus.*
Claud. Lentus Arar, Rhodanusq́, celer, & diues Iberus.
Ībĭs, idis. Ouid.in Ibin, Et quoniam, qui ſis, nondum quærentibus edo,
Ibidis interea tu quoq, nomen habe.
Idem ibidem, Illius ambages imitatus in Ibida, dicar
Oblitus moris, iudiciją, mei.
Idem ibidem, Illum ego deuoueo, quem mens intelligit Ibin;
Qui ſe ſcit factis hac meruiſſe ſuis.

I ante C.

Īcărĭs, idis. Ouid.in Ibin, Et velut Icaridis famuli periere prociq́,
Inq́, caput domini qui dabat arma procis.
Īcărŭs. Virg.6.Aen. Cæca tegens filo veſtigia, tu quoq, magnam
Partem opere in tāto, ſineret dolor, Icare haberes.
Ouid.3.Triſt. Icarus Icarias nomine fecit aquas.
Sabell. Icarus infelix, qui ſe malè credidit alis.
Īcĕlŏs, vel Icilos. Oui.11.Met.fab.12, Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus
Nominat.
Ichnŏbătēs. Canis nomen.
Oui.3.Met.fab.5, Ichnobatesq́, ſagax latratu ſigna dedere

Gnoſsius Ichnobates.

I ante D.

Idā,a, *vel* *Ide.* *Virg.4.Geor.* *Et viſco,& Phrygiæ ſeruant pice lentius Ida.*
Idem 11.Aen. *Dictamum genetrix Cretæa carpit ab Ida.*
Ouid.4.Faſt. *Dindymon & Cybelen,& amœnam fontib. Idam.*

Periphraſt. uocatur *Idæus collis, Idæus mons, Idæus vertex.*

Oui.Epiſt.4, *Nunc feror vt Bacchi furijs Eleides actæ,*
Quæq; ſub Idæo tympana colle mouent.

Idālē,vel Idālis. oppidum in Troade.

Lucan.lib.3, *Myſiaq; & gelido tellus perfuſa Caico*
Idalis,& nimium glebis exilis Ariſbe.

Idăliă. *Oui.14.Met.fab.3,* *Vltoresq; deos,& pectora dura peroſam*
Idaliam,memoremq; time Rhamnuſidis iram.

Idăliūm. *Virg.1.Aen.* *Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera,*
Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam.

Idās. *Oui.8.Met.fab.7,* *Et velox Idas, & iam non fœmina Ceneus.*

Idŏmĕnēus. *Virg.3.Aen.* *Fama volat pulſum regnis ceſsiſſe paternis*
Idomenea ducem,deſertaq; littora Cretæ.
Idem 3.Aen. *Et Salentinos obſedit milite campos,*
Lyctius Idomeneus.

Idūmē,es. *Lucan.* ——— *& arbuſto palmarum diues Idume.*
Sil.lib.3, *Palmiferamq; ſenex bello domitabit Idumen.*
Buch.Pſal.60, *Quis mihi pandet iter munitas ductor ad arces?*
Muros Idumes diuitis quis diruet?

I ante E.

Iĕbōcus. *Buch.in Ieph.* ——————— *& ſponte cedat finibus*
Quos limes Arnon & Iebocus terminant,
Quà ſolitudo cogit agros vltima,
Iordanis vſq; ad lentè euntis flumina.

Iĕhōuă, ſeu *Ioua.* Nomen Hebraicum Latinè tranſſcriptū. Latinis appel-

appellatur *Deus.* Græcis θεός. Teutonibus nobis Got/ quaſi dicas *Bonus*; quum ſit ipſa bonitas.

Buch.Pſal.82, Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipſos imperium eſt Iouæ;
Qui iudicantum examinabit
Nequitiam trutina ſeuera.

Ab omnimoda uirtute ſua, ineffabilia ſortitur nomina, nam *Omnipotens* dicitur, *Tonans & Altitonans.*

Periphraſes.

Præter infinita Epitheta quibus ſparſim in ſacris literis à ſanctis Prophetis & Patriarchis, alijsque pijs hominibus effertur, circumſcribitur etiam infinitis modis, quia ipſe infinitus eſt, & quoniam uirtus, potentia, maieſtas & diuinitas eius terminos non habent. Ergò uocatur, *Creator Mundi, Procreator mundi. Factor cœli & terræ. Omnipotens Deus. Omnipotens genitor. Optimus Maximus. Pater cæleſtis. Summi rector. Olympi rector. Olympi moderator. Dominus Dominantium, Deus Deorum. Infinibilis pater. Scrutator cordiũ. Inſpector pectorũ. Bonitatis parẽs. Deus immortalis. Fabricator mũdi. Rerũ opifex. Magnus Tonãs. Empyreus pater. Omniſator rerum. Rex deorum atque hominum. Infinita poteſtas. Incomprehenſibilis diuinitas. Vitæ dator. Miſericordiæ parens. Dominus exercituum. Dominus Schadai. Pater luminum. Dominus dominator. Deus Abraham, Iſaac & Iacob. Dominus Deus Iſrael. Largitor bonorum vnicus. Deus ſalutis. Clementiſſimus pater. Omnipotens & miſericors Deus. Omnipotens Rex Sabaoth. Benigniſſimus pater. Humani generis conditor. Iuſtiſſimus pater. Creaturarum propagator. Adiutor optimus. Pater æthereus. Deus potens rerum. Seruator orbis. Gentis humanæ pater atque cuſtos. Dominus in ſecula ſeculorum. Vnicus rector. Bonus rector orbis. Rex maximus. Ille ſuper ſolio reſidens flammantis Olympi. Terrarum dominus. Orbis moderator. Rex optimus. Rex beatus cœlitum. Optimus rerum condi-*

tor. Parens benignus. Princeps ſtelliferis altior orbibus. Præſidium & certa ſalus vitæ. Rerum dominus. Rerum parens. Summus parens. Regens ſtelliferæ domus. Orbis arbiter optimus. Præſes orbis. Rerum creator optimus. Iuſtus vindex. Pater rerum optimus. Orbis Auctor. Sanctus rerum opifex. Rerum genitor. Regnator Olympi. Regnator orbis vnus & verus Deus. Dominator orbis. Qui ſceptra rerum temperat. Qui regna terræ diuidit. Qui dirigit mortalium res. Rector beatus cælitum. Vnus arbiter verax. Rerum parens. Rerum æquus arbiter. Rerum potens. Mundi arbiter. Sanctus parens. Pater almus. Arbiter mortalium & agminum cæleſtium. Vnicus tutor gentium. Columen ſalutis. Salutis anchora. Deus æquitatis. Rerum conditor optimus. Mundi parens. Rex armipotẽs. Rex Iſrael. Deus Iſacidum, &c.

Ĭēsūs. *Iuuencus,* *Illa ſalutiferum poſtquam conſpexit Ieſum.*

Per Antonomaſiam appellatur *Dauidides, Emanuel, Chriſtus, Nazaræus.*

Et periphraſticôs infinitis modis deſcribitur; ut, *Saluator populi. Saluator Mundi. Lux mundi. Rex cæleſtis. Rex Regum. Vnigenitus Dei filius. Princeps ſalutis. Via, veritas, & vita. Paſtor bonus. Victor lethi. Victor mortis. Victor peccati. Victor diaboli. Proculcator inferni. Rex gloriæ. Vnica ſalus viuentium. Redemtor & conſolator humani generis. Rex magnus. Magiſter vnicus. Splendor gloriæ. Veridicus iudex. Iuſtus Iudex. Salus humani generis. Bonus dux gentis humanæ, &c.*

I ante L.

Ĭlērdă. *Lucan.* ——— *altaq; ad mœnia rurſus Ilerdæ.*
Mant. in Alph. ——— *& aprica cum fulmine collis Ilerdæ.*

Ĭliă, vide Rhea.
Virg. 3. Aen. ——— *donec regina ſacerdos*
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Iliaci, abſolutè poſitum. *vide Troiani.*

Īliă-

Iliădĕ,
&
Īlĭădēs. Virg.3.Aen. Et circum Iliades crinem de more ſolutæ.
Īlĭădēs,vide Ganymedes.
Oui.10.Met.fab.5,Nec mora,percuſſo mendacibus aëre pennis,
Arripit Iliaden,qui nunc quoq; pocula miſcet,
Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat.
Īlĭăs,ĭădĭs. Oui.2.Triſt.Eleg.Ilias ipſa quid eſt niſi turpis adultera, de qua
Inter amatorem pugna virumq; fuit?
Īlĭŏnĕus. Virg.1.Aen. Poſtquam introgeſſi,& coràm data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit.
Īlĭŏnē. Virg.1.Aen. Præterea ſceptrum Ilione quod geſſerat olim
Maxima natarum Priami.
Īlĭſſŭs. Stat.4.Theb. ——— anfractu riparum incuruus Iliſſus
Sanus honos fluuij,ſtygias luſtrare ſcueris
Eumenidas perhibetur aquis.
Īlĭthȳĭă,vide Lucina.
Oui.6.Met.fab.5,Præpoſitam tumidis parientibus Ilithyiam,
Quàm mihi difficilem Iunonis gratia fecit.
Īlĭūm, Virgilius, ——————— ceciditq; ſuperbum
vel Ilium,& omnis humo fumat Neptunia Troia.
Īlĭŏs. Oui.4.Met.fab.——————— poſtquam alta cremata eſt
Ilios,& Danaas ſenſerunt Pergama flammas.
Idem Epiſt.1, Sed mihi quid prodeſt veſtris diſiecta lacertis
Ilios?& murus quod fuit antè ſolum?
Īlŭs. Virg.1.Aen. At puer Aſcanius,cui nunc cognomen Iulo
Additur,Ilus erat,dum res ſtetit Ilia regno.
Oui.11.Met.fab.13,Ilus & Aſſaracus,raptusq; Ioui Ganymedes,
Laomedonq; ſenex,Priamusq; nouiſſima Troiæ
Tempora ſortitus.
Īllȳrĭă. Propert.lib.1, An tibi ſum gelida vilior Illyria.

I ante M.

Īmāŏn,ŏnĭs. Virg.10.Aen. Audijt illa deus,dum texit Imaona Haleſus,
Arcadio

Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

Imbrăsĭdă.Virg.12.Aen. *Hūc congreſſus & hūc, illū eminus, eminus ambo*
Imbraſidas, Glaucum atq; Laden.

Imbrăsŭs. Virg.12.Aen. ———————— *quos Imbraſus ipſe*
Nutrierat Lycia, paribusq; ornauerat armis.

I ante N.

Inăchĭă, pro puella.

Hor.in Epod.Od.11, Hic tertius December, ex quo deſtiti
Inachia furere, ſiluis honorem decutit.

Inăchĭs, ides.vide Io.

Oui.1.Met.fab.Coniugis aduentum præſenſerat, inq; nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.

Inăchŭs. Virg.7.Aen. Et Turno ſi prima domus repetatur origo
Inachus, Acriſiusq; patres, mediaq; Mycenæ.

Ouid.1.Faſt. Det iecur in lances Inache laute tuas.

Idem 1.Met.fab.Inachus vnus abeſt, imoq; reconditus antro
Fletibus auget aquas.

Inārĭmē. Virg.9.Aen. Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durūq; cubile
Inarime, Iouis imperijs impoſta Typhœo.

Oui.14.Met.fab.1, Inarimen, Prochytenq; legit, heriliq; locatos
Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.

Inō, us. Oui.3.Met.fab.6, Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat; inde datum nymphæ Nyſeides antris
Occuluere ſuis.

Hor.in Arte, Sic Medea ferox, inuictaq; flebilis Ino.

Per Antonomaſiam uocatur *Leucothea, vel Leucotheē*, à Græcis, à Latinis uerò *Matuta.*

Oui.in Faſt. Leucotheē Graijs, Matuta vocabere noſtris.

Periphraſes. *Semeles ſoror, Nutrix Bacchi, & Matertera Bacchi.*

Oui.in Ibin, Solertiq; viro, lacera quem fracta tenentem
Membra ratis, Semeles eſt miſerata ſoror.

Idem ibidem, Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi.

Inŭĕn. Virg.6.Aen. Hi Collatinas imponent montibus arces:
Pomerios, caſtrumq; Inui, Bolamq;, Coramq;,
Hæc tū nomina erūt, nūc ſunt ſine nomine terræ.

I ante O.

Iō. duabus ſyllabis, indeclinabile.

Oui.1.Met.fab.16, Conſtiterat quocunq; loco, ſpectabat ad Io,
Ante oculos Io, quamuis auerſus habebat.
Hor.in Arte, Perfidus Ixion; Io vaga, triſtis Oreſtes.
Iuuen.Sat.6, ———— ſi candida iuſſerit Io,
Ibit ad Aegypti finem.

Appellatur hæc quoq; *Inachis*, ab Inacho patre.

Oui.1.Met.fab.15, Coniugis aduentum præſenſerat, inq; nitentē
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.

Iŏlās. *Virg.Eclog.2, Ruſticus es Corydon, nec munera curat Alexis,*
Nec ſi muneribus certes, concedat Iolas.

Iŏlāŭs. *Oui.4.Met.fab. ———— dubiaq; tegens lanugine malas,*
Ore reformatus primos Iolaus in annos.

Iŏlē, vel Iŏlē, es. *Oui.9.Met.fab.3, Amphitryoniaden Ioles ardore teneri*
Credit amans.

Hæc Euryti Oechaliæ regis fuit filia; unde *Eurytis* uocatur.

Oui.9.Met.fab.6, Dumq; refert Iole factum miſerabile, dumq;
Eurytidos lacrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene.

Iŏnĭā. *Propert.lib.1, At tu ſeu mollis qua tendit Ionia.*

Iŏnĭūm. Abſolutè, pro mari Ionio.

Virg.3.Aen. Inſulæ in Ionio magno, quas dira Celæno
Harpyiaq; colunt aliæ.
Oui.4.Met.fab.8, Magna quidem poſco, ſed tu miſerere meorū;
Iactari quos cernis in Ionio immenſo.

Iŏpās. *Virg.1.Aen. ———— cithara crinitus Iopas*
Perſonat aurata.
Glar. O quàm dulce melos, viuat iucundus Iopas.

Iŏsēph. *Mant. Sic alacer Samſon, ſic & formoſus Ioſeph.*

Per periphraſin appellatur *Filius pulchræ Rachelis.*

Buc.Pſal.105, Filium pulchræ Rachelis
Magno turpis vendidit.

I ante P.

Iphigeniā. *Oui.3.de Pont.Ele.Sceptra tenēte illo,liquidas feciſſe per auras*
Neſcio quam dicunt Iphigenian iter.
Idem 12.Met.fab.1,——— *caſtumq́; datura cruorem*
Flentib. ante arā ſtetit Iphigenia miniſtris.
Vocatur quoq; *Mycenis,idis.* quòd fuerit Agamemnonis Mycenarum regis filia.
Ouid.12.Met.fab.Victa dea eſt,nubemq́; oculis obiecit, & inter
Officium,turbamq́; ſacri, vocesq́; precantum
Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida,cerua.

Iphis,idis. *Oui.9.Met.fab.9,*——— *ſi non miracula nuper*
Iphide mutato Crete propiora tuliſſet.
Idem eod.fab.10, *Tertius interea decimo ſucceſſerat annus,*
Quū pater Iphi tibi flauā deſpondet Ianthē.

Iphitidēs. *Oui.13.Met.fab.1,*——— *cum multo ſanguine fudi*
Cæranon,Iphitidenq́;,Alaſtoraq́;,Chromiūq́;.

Iphitus. *Virg 2.Aen.* ——— *diuellimur inde*
Iphitus & Pelias mecum;quorum Iphitus æuo
Iam grauior,Pelias & vulnere tardus Vlyſsi.

I ante R.

Iris,idis. *Virg.4.Aen.* *Ergo Iris croceis per cœlum roſida pennis.*
Idem 5.Aen. *Irim de cœlo miſit Saturnia Iuno.*
Oui.14.Met.fab.10,Irin & Herſilian deſcendere limite curuo
Imperat.
Hæc Thaumantis filia fuit; unde *Thaumantias,adis.* & *Thaumantæa virgo* dicitur.Item *Thaumantis,idos.*
Oui.11.Met.fab.12,Præterit hos ſenior, cunctisq́; è fratrib.vnū,
Morphea,qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
Eligit.

Irus. *Ouid.* *Irus erit ſubitò,qui modò Crœſus erat.*
Fauſt. *Nec dites inopi Crœſos diſcernit ab Iro.*

I ante S.

Isăcidæ.vide Iudai.

Isăcus.

Pĕrĭmēlē. Oui.8.Met.fab.10, Vt tamen ipſe vides procul en, procul vna re-(ceſsit
Inſula grata mihi Perimelen nauita dicit.

Pĕrĭphās, antis. Virg.2.Aen. Vnà ingens Periphas, & equorū agitator Achillis
Armiger Automedon.

Oui.7.Met.fab.5, Teq́; ſenex Peripha pariter videre volantes.

Idē 12.Met.fab.5, Quid tibi victorē gemini Periphāta Pyreti?
Ampyca quid referam?

Persĕphŏnē. Pont. Nō mala Perſephone lethum properaſſet acerbū.

Perſeus, notæ eſt quantitatis. Per Antonomaſiam uocatur *Acriſioniades*, ab Acriſione, hoc eſt Danae, quæ Acriſij fuit filia, & Perſei mater, formatum. Vnde Perſeus Acriſij nepos eſt.

Oui.5.

Oui.5.Met.fab.5, Vertit in hunc harpen madefactam cæde Meduſæ,
Acriſioniades, adigitq́; in pectus,

Appellatur quoq; *Abantiades*, quòd Abantis Acriſij patris fuit pronepos.

Oui.4.Met.fab.11, Vidit Abātiades, niſi quòd leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu.

Per periphraſin autem dicitur, *Gorgonis ſurperator, Danaëius heros.*

Ouid.4.Met.fab.11, Quam clauſam impleuit fœcundo Iuppiter auro;
Gorgonis anguicomæ Perſeus ſuperator, & alis
Aethereas auſus iactatis ire per auras.
Idem 5.Met.fab.pri. Dumq́; ea Cephenū medio, Danaëius heros,
Agmine commemorat.

Pĕtīlĭă, orum. urbs Lucanorum.

Virg.3.Aen. Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Pētræ̆ŭs, & *Pĕtrāŭs.* *Oui.12.Met.fab.5, Vidi ego Petræum conantem euellere terra*
Glandiferā quercū: quam dum complexibus ambit,
Et quatit huc illuc, labefactaq́; robora pulſat,
Lancea Perithoi coſtis immiſſa Petræi
Pectora cum duro luctantia robore fixit.

Pĕŭcĕdănūm. *Lucan.lib.9, Peucedanumq́; ſonat flammis, Etycinaq́; Tapſos.*

P ante H.

Phædră. notæ quantitatis. Minois & Paſiphaes filia, Theſei uxor, & Hippolíti nouerca. *A matre Paſiphaeia* uocatur.

Oui.5.Met.fab.1,————me Paſiphaeia quondam
Tentatum fruſtra patrium temerare cubile,
Quod voluit finxit voluiſſe, & crimine verſo.

Phăĕtōn. *Ouid.1.Met. Hic ſitus eſt Phaëton currus auriga paterni,*
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.

Mant. *Occidet & tanquam Phaeton temerarius axe*
Pulſus ab excelſo.

Per periphraſin uocatur *Clymeneia proles.*

Oui.2.Met.fab.1, Quò ſimul accliuo Clymeneia limite proles
Venit, & intrauit dubitati tecta parentis.

Aliæ periphraſes.

Ouid.in Ibin, Et temerè optatos qui malè rexit equos.

Phăĕtōntĭădēs. Clymenes & Solis filiæ.

Virg.Eclog.6, Tum Phaëtontiades muſco circundat amaræ,
Corticis atq; ſolo proceras erigit alnos.

Phăĕthūsă. Oui.2.Met.fab.4, Plangorē dederant, è queis Phaëthuſa ſororū
Maxima quum vellet terra procumbere, queſta eſt,
Diriguiſſe pedes.

Phălărĭs. *Virg.9.Aen.* *Principio Phalarim, & ſucciſo poplite Gygen*
Excipit.

Ouid.in Ibin, Vtq; ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta,
More bouis Paphilo clauſus in are gemas.

Phălāntŭs. *Hor.li.2.Car. Et regnata petam Laconi rura Phalanto.*

Phălērnūm. pro monte.

Phălĭſcī. *Ouid.3.Eleg.* *Quū mihi pomiferis coniunx foret orta Phaliſcis.*

Phănētēs. *vide Sol.*

Phănæŭs. *Virg.2.Georg. Sunt etiam Amminea vites firmiſsima vina,*
Tmolus & aſſurgit, quibus & rex ipſe Phanaus.

Phāōn. *Mar.lib.10,* *Durus Sulpitiam Phaon amaret.*

Phărāōn. *Polit.* *Demerſo inſignem cecinit Pharaone triumphū.*

&

Phărŏ, ōnĭs. Buc.Pſal.136, Pharonem & Pharios ſubmerſit gurgite currus,
Larga benignus ſemper indulgentia.

Phari minacis tumidus rector.

Buch.in Ieph. Nec tibi Syrus, neq; dirus Ammon;
Nec Phari rector tumidus minacis,
Expetat pœnas; neq; ſit profano
In tuis caſtris gladio poteſtas.

Periphraſ. *Pharia rex tumidus plaga.*

Buch,

Buch.in Ieph.Et quos nec Pharia rex tumidus plaga
Vrgens falciferis terruit axibus.

Phărŏs, *Ouid.2.Eleg.* *Quæ colis & Memphim,palmiferamq́; Pharon.*
& *Lucan.lib.9,* *Accipe regna Phari nullo quæſita cruore,*
Pharus. *Accipe Niliaci ius gurgitis.*

Phārsāliă. *Lucan.lib.9,* *Inuidia ſacra Cæſar ne tangere famæ:*
Nam ſi quid Latijs fas eſt promittere Muſis,
Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores,
Venturi me teq́; legent,Pharſalia noſtra
Viuet,& à nullo tenebris damnabimur æuo.
Oui.15.Met.fab.5,Illius auſpicijs obſeſſa mœnia pacem,
Victa petent Mutina,Pharſalia ſentiet illum.

Phāsiās.vide Medea.

Phāsis,idis. *Virg.4.Georg.* *Spectabat diuerſa locis,Phaſimq́;,Lycumq́;,*
& *Et caput,vnde altus primum ſe erumpit Enipeus.*
Phāsis,idos.Ouid.2.Faſt. *Vectam frenatis per mane draconibus Aegeus*
fluuius. *Credulus,immerita Phaſida fouit ope.*
Oui.7.Met.fab.1,Multaq́; perpeſſi claro ſub Iaſone,tandem
Contigerat rapidas limoſi Phaſidos vndas.
Mart.lib.13,. *Argiua primum ſunt tranſportata carina,.*
Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.
Lucan.lib.3, *Colchorum qui rura ſecat ditiſſima Phaſis.*
Mant. *Non me Phillyridæ poſſunt, non Phaſidos herbæ*
Soluere,non Coi prouida cura ſenis.

Phēgēus. *Virg.5.Aen.* *Vix illam famuli Phegeus,Sabarisq́; ferebant*
Multiplicem.

Phēmŏnŏē. *Stat.lib.2.Sil.*———— *refertq́; arcana pudicos,*
Phemonoe fontes.
Lucan.lib.5, *Phemonoen errare vagam,curriq́; vagantem.*

Phĕnĭŭs. *Ouid.15.Met.* *Eſt lacus Arcadiæ,Phenium dixere priores,*
Ambiguis ſpectatur aquis,quas nocte timeto:
Nocte nocent pota,ſine noxa luce bibuntur.

Phēŏcŏmēs.Oui.12.Met.fab.5,Ante oculos ſtat & ille meos,qui ſæua leonū
Vinxerat inter ſe connexis vellera nodis,
Pheocomes,hominēq́; ſimul protectus, equūq́;.

Phĕrĕcȳdēs.Seren. *Sed quis non paueat,Pherecydis fata tragœdi.*

Qui

Qui nimiò ſudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum qua morte tulerunt?

Phĕrētŭs. *Virg.10.Aen.* *Hic mactat Ladona, Pheretáq; Demodocumq;.*

Phĕrētiădes.Oui.8.Met.fab.7, Cumq; Pheretiade & Hyantao Idao.

Phĕrăŭs. *Ouid.in Ibin, Inq; tuo thalamo iuguleris more Pherai,*
Qui datus eſt letho coniugis enſe ſua.

Phēridămās, Oui.13.Met.fab.1, Exitióq; dedi cum Pheridamante Thoona.
antis.

Phĭălē. *Oui.3.Met.fab.4, Et Pſecas & Phiale, funduntq; capacib. vrnis.*

Phīlētă. *Theod.* *Doctiloquum vatem ſupero, Samiumq; Philetā.*

Phīlētŭs.

Phīlæ, ārūm. Lucan.lib.10, Rurſus multifidas reuocat piper alueus vndas,
Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura,
Regni clauſtra Philæ.

Phĭlāmmŏn.Oui.12.Met. Naſcitur è Phœbo (namq; eſt enixa gemellos)
Carmine vocali clarus, cytharáq; Philammon.

Phĭlēmŏn. *Oui.8.Met.fab.11, Sed pia Baucis anus, paríliq; ætate Philemon.*
Idem eod.fab.12, ——— *frondere Philemona Baucis,*
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.

Phĭlētās. *Politia.* ——— *Nec Cous ad hæc non ſacra Philetas*
Quanquā eſt, æger adeſt, quanquā veſtigia lęto
Fulta grauat plumbo.

Phĭlŏmēlă. Pandionis filia.
Oui.6.Met.fab.5, Si pietas vlla eſt, ad me Philomela redito.

Per periphraſ. uocatur *Pandione nata,* ſicut & ſoror eius Progne.

Oui.6.Met.fab.6, ——— *quum rex Pandione natam*
In ſtabula alta trahit, ſiluis obſcura vetuſtis.

Phĭlippī. ciuitas Thraciæ.
Virg.1.Georg. Ergo inter ſeſe paribus concurrere telis,
Romanas acies iterum videre Philippi.
Lucan.lib.9, ——— *credet faciles ſibi terga dediſſe,*
Credet ab Amathijs primos fugiſſe Philippis.

Phĭlŏctētēs.Virg.3.Aen. ——— *hic illa ducis Melibœi*

Parua

Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Oui.13.Met.fab,2,Sis licet infeſtus ſocijs,regiq́;,mihiq́;,
Dure Philoctete,licet execrere,meumq́;
Deuoueas ſine fine caput.

Hic Pæantis fuit filius; unde *Pæantius* dictus eſt,& per periph.*Pæantia proles*,& *Herculis hæres,Petiliæ conditor.*

Oui.13.Met.fab.1,————— non te Pæantia proles
Expoſitũ Lẽnos noſtro cum crimine haberet.

Ouid.in Ibin,Quantaq́; clauigeri Pæantius Herculis hæres,
Tanta venenato vulnera crure geras.

Phĭlȳrā. Filia Oceani,& Chironis Centauri mater.

Phĭlȳrĭdēs.& per Epentheſ.*Phillyrides,uide Chiron.*

Oui.1.de Art.Phillyrides puerum cithara perfecit Achillem.

Appellatur quoq; *Philyreius*,& *Philyreius heros.*

Oui.2.Met.fab.13,Flebat opemq́; tuã fruſtra Philyreius heros,
Delphice poſcebat; nã nec reſcindere magni
Iuſſa Iouis poteras.

Phīnĕās. *Buc.Pſal.106,Iuſta incitatus donec ira Phineas,*
Ferro ſceleſtam punijt licentiam.

Phīnĕus. *Oui.5.Met.fab.1,Nec Phineus auſus cõcurrere comminus hoſti.*
Idem, ————— *quæ te iuſtiſſime Phineu,*
Teq́;ſenex Peripha pariter videre volantes,
Innexamq́; nouis neptem Polyphemonis alis.

Idem Met.fab.1,Ille tuens oculis immitem Phinea toruis.

Phīnĭdæ.vide Crambes,& Orthes.

Ouid.in Ibin,Vt duo Phinidæ,quibus idem lumen ademit,
Qui dedit;& Thamyræ,Demodociq́; caput.

*Phlĕgĕthōn.*fluuius infernalis.

Virg.6, *Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis,*
Tartareus Phlegethon, torquetq́; ſonantia ſaxa.

Mant. *Chriſtus ab inferno poſtquam Phlegethonte reuerſus..*

Per periphra.uocatur.*Phlegethontis vnda.*

Oui.15.Met.fab.1,Et lacerũ foui Phlegethõtide corpus in vnda.

*Phlĕgōn.*Solis equus.

Oui.2.Met.fab.2, *Interea volucres Pyroeis & Eous & Aethon,*
Solis equi, quartusq́; Phlegon, hinnitib. auras
Flammiferis implent.

Phlĕgrā. Stat.lib.10, *Quanā ſpes hominū tumida poſt prælia Phlegræ.*

Phlĕgrăŏs. Oui.12.Met.fab.5, *Ante tamē letho dederat Phlegræon ēt Hylen*
Eminus; Hiphinoū, collato Marte, Danimq́;

Phlĕgȳă. populi Theſſaliæ.
Virg.lib.6, ——— *ſedet, æternumq́; ſedebit*
Infelix Theſeus, Phlegyasq́; miſerrimus omnes
Admonet, & magna teſtatur voce per vmbras,
Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.
Oui.11.Met.fab.9, ——— *nam templa profanus*
Inuia cū Phlegyis faciebat Delphica Phorbas.

Phlegyas. Martis filius, eiuſdem cum præcedenti quantitatis.

Phŏbētŏr, ŏris. Oui.11.Met.fab.12, *Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus*
Nominat.

Phōcē. Oui.7.Met.fab.6, *Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis*
Reſpicit, in tumidam Phocē ab Apolline verſi.

Phōcis, ĭdŏs. Oui.1.Met.fab.9, *Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis*
Terra ferax, dum terra fuit.
Marull. *Parnaſſusq́; biceps, facundaq́; flumina largæ*
Phocidos.

Phōcŭs. Oui.11.Met.fab.7, *Felix & nato, felix & coniuge Peleus,*
Et cui, ſi demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant?

Hic Æaci fuit filius, unde *Aeacides Phocus* appellatur. Vbi notabitis, quādo plures fratres ab uno patre oriūdi ſunt, Patronymicum nō niſi addito proprio uniuſcuiuſq; nomine adijci.

Oui.7.Met.fab.12, *Excipit Aeacides illos in limine Phocus.*

Vocatur etiam *Nereius iuuenis*. uide Oui.7.Met.fab.12.

Phœbē, es. notæ quantitatis. *vide Diana.*

Phœbĭgĕnă. *vide Aeſculapius.*

Phœnīcēs. Virg.1.Aen. *Huic coniunx Sichæus erat ditiſſimus agri*

Phœnicum, & magno miſera dilectus amore.

Phœnicia. Hi Tyrij & Sidones appellantur.

Periphraſ. *Punica humus, Punica regna.*

Oui. Epiſt. 7; *Punica nec Teucris preſſa fuiſſet humus.*

Virg. 1. Aen. *Punica regna vides, Tyrios & Agenoris vrbem.*

Phœnix, īcis. notæ quantit. Hic per Antonom. uocatur *Amyntorides*, quia Amyntoris fuit filius. Item, *Amyntore cretus.*

Ouid. in Ibin, Id quod Amyntorides videas, trepidusq; miniſtro
Pratentes baculo luminis orbus iter.

Oui. 8. Met. fab. 7, Hyppothousq;, Dryasq;, & cretus Amyntore
Phœnix.

Phŏlŏē. *Luc. lib. 7,* *Scilicet ipſe petet Pholoen, petet ignibus Oetam.*

Phŏlŭs. *Virg. 2. Georg.* ——————— *ille furentes*
Centauros letho domuit, Rhætumq;, Pholumq;,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minandum.

Idem 8. Aen. ——————— *tu nubigenas inuicte bimēbres,*
Hyleumq;, Pholumq; manu, tu Creſſia mactas
Prodigia, & vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem.

Phŏnŏlēnīdēs. *Oui. 12. Met. fab. 5, Codice qui miſſo, quē vix iuga bina mouerēt*
Iuncta, Phonolenidē ſummo de vertice fregit.

Phŏrōnĭs. *Oui. 2. Met. fab. 8, Vindicet antiquam faciem, vultusq; ferinos*
Detrahat, Argolica quod in ante Phoronide fecit.

Phōtīnŭs. *Lucan. lib. 10,* ——————— *ſed habet ſub iure Photini*
Affectus, enſesq; ſuos.

Phrăātēs. *Hor. 1. Epi. 12,* ——————— *ius imperiumq; Phraates*
Cæſaris accepit genibus minor; aurea fruges
Italiæ pleno diffudit copia cornu.

Phrўgĭă. *Virg. 10. Aen.* *Nóſne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo*
Conamur? nos an miſeros qui Troas Achiuis
Obiecit?

Oui. 11. Met. fab. 5, Mortalem induitur formā, Phrygiæq; tyrāno
Aedificat muros, pacto pro mænibus auro.

Idem Epiſt. 9, Qualiter in Phrygia tu quoq; cultus eras.

Phrўgēs. vide Troiani.

Virg. 1. Aen. *Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus,*
Hac Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.

Idem lib.12, Semiuiri Phryges,& fœdati in puluere crines.

Phrygius vates.vide Helenus. Qui etiam *Priamides* dicitur; quia Priami filius fuit.

Oui.13.Met.fab.11,———— Epiros ab his regnataq; vati
Buthrotos Phrygio.

Phthiā. Virg.1.Aen. Quū domus Aſſaraci Phthiam,claraſq; Mycenas
Seruitio premet,ac victis dominabitur Argis.

Ouid.Epiſt.7,Non ego ſum Phthia,magniſq; oriunda Mycenis,
Nec ſteterant in te virq; paterq; meus.

Phȳāx,ācis.Oui.4.de Pont.Nec vincet cyclops ſæuum feritate Phiacem.

*Phycus.*promontorium, in genit.*Phicuntis.*

Lucan.lib.9, ———— tunc auſum claſſi præcludere portus
Impulit,ac ſæuas meritum Phycunta rapinas
Sparſit,& hinc placidis alto delabitur auris.

Phȳlăcĭdēs.vide Proteſilaus.

Phylacēia.vide Laodamia.

Phȳlēus. Oui.8.Met.fab.7,Actoridæq; pares, & miſſus ab Elide Phyleus.

Phȳllŏdŏcē.Virg.4.Geor. ———— hyali ſaturo fucata colore
Drymoq;,Xanthoq;,Ligeaq;,Phyllodoceq;.

P ante I.

Picūmnus. Macer. Et nunc agreſtes inter Picumnus habetur.

*Picus,*Rex fuit Latinorum.

Virg.7.Aen. Picus equûm domitor,quē capta cupidine cōiunx
Aurea percuſſum virga,verſumq; venenis
Fecit auem Circe,ſparſitq; coloribus alas.

Idem eodem,———— Fauno Picus pater,isq; parentem
Te Saturne refert,tu ſanguinis vltimus autor.

Oui.14.Met.fab.4,Picus in Auſonijs,proles Saturnia, terris
Rex fuit,vtilium bello ſtudioſus equorum.

Pīĕrĭdēs.vide Muſæ.

Pīĕrŭs. Oui.5.Met. Pierus has genuit Pellæis diues in àruis.

Pīlātŭs. Rema. Impius aſsiſtit flagro reſonante Pilatus.

Pīnnĭrāpus.Iuuen.Sat.3, Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes iuueneſq; laniſtæ.

Pīrēnē. Sta.lib.1.Sil. ———————— licet Enthea vati
Excludat Pimpæa Sitim, nec conſcia detur,

Pire-

Pirene: largos potius mihi gurges inhauſtus
Qui rapitur de fonte tuo.

Pirĭthŏūs, *Oui.8.Met.fab.7,Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus.*
vel Perithous.

Per Antonomaſiam uocatur *Ixionides*, quia Ixiònis, nõ ex nube, ſed ex Dea filia Deionei ſeu Eionei, fuit filius.

Oui.8.Met.fab.9,Diſcubuere toris Theſeus, comitesq́; laborum;
Hac Ixionides, illa Træzenius heros
Parte Lelex.

Per Periphr. uocatur *Ixionis proles.*

Idem ibidem, Ibat in aduerſum proles Ixionis hoſtem
Perithous.

Piſā, *Oui.5.Met.fab.7,Piſa mihi patria eſt, & ab Elide ducimus or-* *(tus.*
& *Mant.* *Atq; per Etruſcæ fruticantia paſcua Piſæ.*
Piſæ,arum. *Virg.10.Aen.* ——————— *Alphea ab origine Piſæ,*
Vrbs Hetruſca ſolo.
Oui.in Ibin, *Vtq; Milo, ſub quo cruciata eſt Piſa tyranno,*
Viuus in occultas præcipiteris aquas.

Pīſāndĕr,dri.Oui.Epiſt.1, Quid ſibi Piſandrum, Polybūq́; Medontaq; dirū?

Pĭſĭdā. *Claud.* ——————— *& vtriq; propinqui*
Finibus obliquis Lydi, Piſidæq; feroces.

Pĭſīnŏr,ŏris.Oui.12.Met.fab.Fugit & Arneus, Lycidasq́; & ſaucius armo
Dexteriore Medon, & cum Piſinore Caumas.

Pĭtănē. Patria eſt Archeſilai Philoſophi.
Oui.7.Met. *Aeoliam Pitanen à læua parte reliquit.*

Pĭthēcūsā. *Oui.14.Met.fab.1,* ——————— *ſteriliq́; locatas*
Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.

Pĭthēus. *Oui.8.Met.fab.11,* ——————— *nam me Pelopeïa Pitheus*
Miſit in arua, ſuo quondam regnata parenti.

Pĭthō. *Ludo.Mil.* *Huius in ore lepos talis, facundaq; Pitho,*
Qualis in arguta voce Periclis erat.

P ante L.

Plătŏ. *Hor.2.Ser.Sat 3. Quorſum pertinuit ſtipare Platona Menādro?*
Plĕcūsă. *Mart.li.2.Ep.66,Et cecidit ſectis icta Plecuſa comis.*
Plēĭădēs. *Virg.1.Georg. Pleiadas, Hyadas, claramq́; Lycaonis Arcton.*

Oui.5.Faſt. *Hinc ſata Pleione cum cœlifero Atlante*
Iungitur, vt fama eſt, Pleiadesq; parit.

Propert. *Non hoc Pleiades faciunt, nec aquoſus Orion.*

Stat. Papini. abijcit *E*, & nominat eas *Pliădēs.*

Lib.1.Silua. *Et nec per Aegaas Hyadas, Pliadasq; niuoſum*
Sidus.

Inuenitur etiam triſyllabum.

Vocantur quoq; *Vergilia*, & *Sucula*, &, *Atlantides ab Atlante.*

Per Periphraſ. *Atlantiades ſorores.*

Sil.lib.16, *Vixq; Atlantiadum rubeſceerat ora ſororum.*

Plēiăs. duab.ſyllab. *Virg.4.Georg.* *Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum*
Pleias, & Oceani ſpretos pede reppulit amnes.

Plēiăs, adis. Oui.1.Met. ———— *quem lucida partu*
Pleias enixa eſt.

Plēiŏnē, vxor Atlantis.

Oui.2.Met.fab.14, ———— *cui ſic reſpondit Atlantis*
Pleionesq; nepos.

Plēmmȳrĭŭm. *Virg.3.Aen.* *Sicanio pratenta ſinu iacet inſula contra*
Plemmyrium vndoſum, nomen dixere priores
Ortygiam.

Plexippus & Toxeus, notæ quant. filij Theſtij, unde Theſtiadæ appellantur.

Oui.8.Met.fab.7, *Et duo Theſtiada, et proles Alpharia Lynceus.*
Idem eod.fab.8, *Pone age, nec titulos intercipe fœmina noſtros,*
Theſtiade clamant.

Plinius. *Mart.lib.10,* *Facundo mea Plinio Thalia.*

Plōtīnŭs.

Plōtiŭs. *Hor.1.Ser.Sat.5,* *Plotius & Varius Sinueſſa Virgiliusq;*
Occurrunt: anima quales neq; candidiores
Terra tulit: neq; quis me ſit deuinctior alter.

Plūtō, ōnis. *Claud.* *Dux Erebi Pluto tumidas exarſit in iras.*

Periphraſ. *Erebi Dux, Niger Deus.*

Oui.Epiſt.2, *Et pulſata nigri regia cœca Dei.*

P ante O.

Pŏdălīriŭs. Virg.12.Aen. ———— *Podalirius Alſum.*
Paſtorem,

Paſtorem, primaq́ acie per tela ruentem
Enſe ſequens nudo.

Oui.2.de Art. Quantus apud Danaos Podalirius arte medēdi,
Automedon curru, tantus amator erat.

Pœantius, uide *Philoctetes*, qui & *Pœantia proles* dicitur.

Pœmĕnis. Ouid.3.Met. ——————— *pecudesq́ ſecuta*
Pœmenis, & natis comitata Harpyia duobus.

Pŏlītēs. Virg.2.Aen. Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites,
Vnus natorum Priami, per tela per hoſtes
Porticibus longis fugit.

Oui.14.Met.fab.2, ——————— *ſors me fidumq́ Politen*
Eurylochumq́ ſimul, nimiūq́ Elpenora vini,
Bisq́ nouem ſocios Circææ ad mœnia miſit.

Pŏlūs. Virg.12.Aen. Iamq́ neci Stheneluq́ dedit, Thamyrimq́ Polūq́.

Pollux & Caſtor fratres, notæ quantitatis. A Tyndaro *Tyndaridæ* uocantur, & *Tyndaridæ gemini*.

Oui.8.Met.fab.7, Tyndaridæ gemini præſtantes, cæſtibus alter,
Alter equo, primaq́ ratis molitor Iaſon.

Pŏlȳbĕtēs. Virg.6.Aen. Treis Antenoridas, Cereriq́ ſacrum Polybetem.

Pŏlȳbūs. Oui.Epiſt.1, Quid tibi Piſandrū, Polybūq́ Medontaq́ dirū?

Pŏlȳdămōn, Oui.5.Met.fab.1, Inde Semiramio Polydamona ſanguine cretū.

Pŏlȳdāmās, Oui.Epiſt.5, Quæ ſi ſit Danais reddenda, vel Hectora fratrē,
antis. Vel cum Deiphobo Polydamanta roga.

Perſ.Sat.1, Ne mihi Polydamas, aut Troiades Labeonem
Prætulerint.

Pŏlȳdĕctēs, Oui.5.Met.fab.2, Te tamen ô parua rector Polydecta Seriphi,
& Nec iuuenis virtus per tot ſpectata labores,
Pŏlȳdĕctă. Nec mala mollierant.

Pŏlȳdōrūs. Idē 13.Met.fab.5, ——————— *cui te commiſit alēdum*
Clā Polydore pater, Phrygijsq́ remouit ab armis.

Pŏlȳmēſtŏr, Oui.13.Met.fab.5, ——————— *Polymeſtoris illic*
ŏris. Regia diues erat.

Per Periphraſin uocatur *Iſmarius Rex.*

Oui.13.Met.fab.6, Has datus Iſmario regi Polydorus in oras.

Pŏlȳhȳmniă. Ouid.5.Faſt. Diſſenſere Deæ, quarum Polyhymnia cœpit.

Pōlymnia. Virgilius, *Signat cuncta manu loquiturq́; Polymnia geſtu.*
Pōlyphēmōn ōnis.Ouid. *Innexamq́; nouis neptem Polyphemonis alis.*
Pōlyphēmus, Virg.3.Aen. *Nam qualis, quantusq́; cauo Polyphemus in antro*
vel *Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera preſsat.*
Polyphemos.Oui.13.Met.fab.11, Terribilē Polyphemō adit, lumēq; quod vnū
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.
Pōlyxena. Oui.13.Met.fab.5, Placat Achilleos mactata Polyxena manes.
Hæc Priami fuit filia.
Oui.13.Met.fab.6, ——— *Priami vos filia regis*
Nunc captiua rogat, genitrici corpus inemtum
Reddite. *(nas*
Pōmānā. Oui.14.Met.fab.8, Rege ſub hoc Pomana fuit; qua nulla Lati-
Inter Hamadryadas coluit ſolertius hortos.
Pōmērii. Virg.6.Aen. *Hi Collatinas imponent montibus arces,*
Pomerios, caſtrumq́; Inui, Bolamq́; Coramq́;.
Pompōniā. Sil.lib.13, *Adſtabat facunda Iouis Pomponia furto.*
Pontiliānus.Mart.li.7.Epi.2, Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos.
Pōpūlōniā. Virg.lib.10, *Sexcentos illi dederat Populonia mater:*
Expertes belli iuuenes: aſt Ilua trecentos
Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis.
Mant.in Alph. ——— *& effoſſo diues Populonia ferro.*
Pōrphyriōn, Martialis, *Nomen habet magni volucris tam parua Gigātis*
ōnis. *Et nomen Praſini Porphyrionis habet.*
Claud.in Gig.Porphyrion trepidam conatur vellere Delon.
Portumnus, notæ quantitatis. uide *Melicerta.*
Pōrus rex, Claud. ——— *Aut nigri cecidit quum regia Pori.*
Idem, *Tradita captiuo ſpatioſior India poro.*
Pōtitius. Virg.8.Aen. ——— *primusq́; Potitius auctor:*
Et domus Herculei cuſtos pinaria ſacri.

P ante R.

Prāxitēlēs, Mart.li.1.Ep.119, Argenti genus omne comparaſti,
Et ſolus veteres Myronis artes,
Solus Praxitelis manus, Scopaq́;

Solus:

Solus Phidiaci toreuma cæli,
Solus Mentoreos habes labores.

Prĭămĭdēs.vide Paris.

Prĭămūs.. Virg.1.Aen. *Bellaq́, iam fama totum vulgata per orbem,*
Atridas, Priamumq́, et ſæuum ambobus Achillē.
Idem li.8.Aen:Laomedontiadē Priamum Salamina petentē.
Per Antonomaſiam uocatur *Laomedontiades.*
Virg.8.Aen. *Mirabarq́, duces Teucros, mirabar & ipſum*
Laomedontiaden; ſed cunctis altior ibat
Anchiſes.

Prĭāpūs. Mant. *Infamem veteres quendam finxere Priapum.*

*Prĭuērnūm.*urbs Volſcorum.
Virg.11.Aen. *Pulſus ob inuidiam, regno, viresq́, ſuperbas,*
Priuerno antiqua Metabus quū excederet vrbe.

*Prĭuērnūs.*proprium uiri, apud eundem, 9.Æn.
Priuernū Capys, hūc primo leuis haſta Themillæ
Strinxerat.

Prŏcă. *Oui.14.Met.fab.8, Iāq́, Palatinæ ſummă Proca gentis habebat.*

Prŏcās. *Virg.6.Aen.* *Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.*

Prŏchȳtă,a.Virg.9.Aen. *Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durūq́, cubile.*
vel *Oui.14.Met.fab.1, Inarimen, Prochytenq́, legit ſterilis, locatas*
Prŏchȳtē,es. *Colle Pithecuſas, habitantū nomine dictas.*

Prŏcrĭs. *Virg.6.Aen:* *His Phædram, Procrinq́, locis, mæſtāq́, Eriphylen*
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Prŏcūſtēs. *Ouid.7.Met.* *Vidi & immitem Cepheſias ora Procuſtem.*

Prŏcrĭs.. *Oui.6.Met fab.vl.E quibus Aeolides Cephalus tē cōiuge felix,*
Procri fuit.
Idē 7.Met.fab.12, Pectore Procris erat, Procris mihi ſemper in ore.
Idem eod.fab.14, Fronde leuem rurſus ſtrepitū faciente caduca
Sum ratus eſſe feram, telumq́, volatile miſi,
Procris erat, medioq́, tenens in pectore vulnus
Hei mihi, conclamat.
Idem ibidem; Criminis extemplò ficti temerarius index
Procrim adit, linguaq́, refert audita ſuſurra.
Per Antonom. *Erechthis* appellatur, quia Erechthei fuit filia.
Oui.7.Met.fab.12, Vix aditus per mille dolos ad Erechthida factus.

Per periphra. *Soror Orithyiæ.*

Oui.7.Met.fab.12, Procris erat, ſi fortè magis peruenit ad aures
Orithyia tuas, magnæ ſoror Orithyiæ.

Prŏcrūſtēs. Oui.7.Met.fab.8, Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.
Idem Epiſt.2, Quum fuerit lectus Sciron, toruusq́ Procuſtes;
Et Sinis & tauri mixtaq́ forma viri.

Prŏcyŏn. Manil. Tum Procyon, veloxq́ lepus, tum nobilis Argos.
Cic.2.de natu.Deor.———— geminis eſt ille ſub ipſis
Ante canis, Procyon Graio qui nomine fertur.

Prœtidēs. Virg.in Sile. Prœtides implerunt falſis mugitibus agros.

Prŏgnē. notæ quantit. Per periphra. appellatur *Pandione nata.*
Oui.6.Met.fab.4,———————— diemq́,
Quoq́ data eſt claro Pandione nata tyranno,
Quoq́ erat ortus Itys feſtum iuſſere vocari.

Prŏmēthīdēs. uide *Deucalion*; qui Promethei filius fuit.
Oui.1.Met.fab.11, Inde Prometheis placidis Epimethida dictis.

Prŏmēthēus. Virg.6.Aen. Hinc lapides Pyrrhæ iactos, Saturnia regna
Caucaſeasq́ refert volucres, furtumq́ Promethei.
Ouid.in Ibin, Vtq́ parum mitis, ſed non impunè Prometheus,
Aëreas volucres ſanguine fixus alas.

Prŏpœtidēs. Oui.10.Met.fab.7, Sunt tamē obſcœna Venerē Propœtides auſæ
Eſſe negare Deam.

Prŏpērtiūs. Oui.3.de Art. Et teneri poſsis carmen legiſſe Propertj.

Prŏpōntis. Lucan.lib.9, Euxinumq́ ferens paruo ruat ore Propontis.

Prŏrēus. Oui.3.Met.fab.9, Pone metū Proreus, & quos cōtingere portum
Ede velis, dixit, terra ſiſtere petita.

Prŏsēuchē. Iuuen.Sat.3, Ede vbi conſiſtas, in qua te quæro Proſeucha.

Prŏsērpĭnă. Virg.1.Georg. Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.
Idem 4.Geor.——— nanq́ hanc dederat Proſerpina legem.
Idem 4.Aen. Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat.
Oui.5.Met.fab.6,———— quo dum Proſerpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit.

Per Antonom. appellatur *Dēōis, idis*; quòd Deûs fuit filia.
Oui.6.Met.fab. Iuppiter implerit gemino Nycteida fœtu,

Mne-

Mnemoſynen paſtor, variuſq́; Deoidaſerpens.

Per periphra. uocatur *Regina Erebi.*

Oui.5.Met.fab.7,Ingemuit regina Erebi, teſtemq́; profanum
Fecit auē,ſparſumq́; caput Phlegethontide lympha.

Prōſimnā. *Stat.lib.2.Theb.Euolat hinc celſa Iunonia templa Proſimna.*

Prōtēās. *Oui.5.Met.fab.1,Hinc gemini fratres, Proteaſq́; & caſtib.Am-*
Inuicti. *(mon*

Prōtēnōr. *Oui.5.Met.fab.1,—————— Protenora percutit Hypſeus,*
Hypſea Lyncides.

Prōtēſilāus.Oui.12.Met.fab.2,——— Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilae cadis.

Auſon. *Proteſilae,tibi nomen ſic fata dederunt,*
Victima quòd Troia prima futurus eras.

A Phylace oppido,in quo regnauit,appellatur *Phylacides.*

Oui.3.de Art.Phylacides aberat Laodamia tuus.

Prōtēus. *Virg.4.Geor. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates*
Cæruleus Proteus;magnum qui piſcibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.

Periphraſticωs uocatur *Carpathius vates.*

Oui.11.Met.fab.6,Donec Carpathius medio de gurgite vates
Aeacide,dixit,thalamis potiere petitis.

Prȳtănŭs. *Virg.9.Aen. Alcandrumq́;,Haliumq́;,Noëmonaq́;,Prytanũq́;.*
Oui.13.Met.fab.1,Alcandrũq́;,Haliũq́;,Noëmonaq́;,Prytanũq́;.

P ante S.

Psāmāthē. *Oui.11.Met.fab.8,Cæruleam Peleus Pſamathen, vt finiat iram,*
Orat,opemq́; ferat.

Psĕcās. *Oui.3.Met.fab.4,Excipiunt laticem Nipheq́;,Hyaleq́;,Rhaniſq́;,*
Et Pſecas & Phiale,funduntq́; capacib. vrnis.

Psōphis,idis.Oui.5.Met.fab.8,Vſq́; ſub Orchomenon,Pſophidaq́;,Cyllenenq́;.

P ante T.

*Ptĕrēlās.*canis nomen.

Oui.3.Met.fab.5,Et pedibus Pterelas,& naribus vtilis Agre.

Idem.

Idem proprium uiri apud eundem in Ibin.

Filia neúe magis capiti ſit fida parentis,
Quàm tua vel Pterela, vel tua Niſe fuit.

Ptŏlŏmāĭs,idis.Luc.li.10, *Miſcuit inceſtam ducibus Ptolomaida noſtris.*
Ptŏlŏmāŭs.Idem lib.10, *Miſſurusq́; tuum,ſi non ſint tela nec ignes,*
In famulos, Ptolomae,caput.

P ante Y.

Pȳgărgŭs. Iuuen.Sat.11,Sumine cum magno lepus,atq; aper,atq; Pygargus,
Et Getulus Oryx,hebeti lautiſſima ferro,
Caditur,& tota ſonat vlmea cœna ſabura.

Pȳgmălĭōn.Virg.lib.1, ——*ſed regna Tyri germanus habebat*
Pygmalion,ſcelere ante alios immanior omnes.
Idem, ——*portantur auari*
Pygmalionis opes pelago.

Oui.10.Met.fab.8,Quas quia Pygmaliō æuū per crimina agētes
Viderat,offenſus vitijs,quæ plurima menti
Fœminea natura dedit,ſine coniuge cœlebs
Viuebat,thalamiq́; diu conſorte carebat.

Per periphra.uocatur *Paphius heros.*

Oui.10.Met.fab.8,Tum verò Paphius pleniſsima concipit heros
Verba,quibus Veneri grates agit.

Pȳlădēs. Sta.lib.2.Sil.Dignus & Hæmonium Pyladem præcedere fama.
Pȳlēnē. Stat. ——*ſenſit ſcopuloſa Pylene,*
Fretaq; cognatis auibus Meleagria Pleuron.

Pȳlĭŭs.vide Neſtor,
Pȳlŏs, Oui.6.Met.fab.4,Et Nelea Pylos,nec adhuc Pitheia Træzen.
vel Idem 12.Met.fab.5,Ille tuus genitor Meſſenia mœnia quondam
Pylus. Strauit,& immeritas vrbes Elinq́; Pylūq́.
Idem Epiſt.1,Nos Pylon,antiqui Neleia Neſtoris arua
Miſimus:incerta eſt fama remiſſa Pylo.

A Neleo Neptuni & Tyrus nymphæ filio & Peliæ fratre,qui eam condidit, *Neleia arua* uocatur: ut ex ſuperiori diſticho uidere eſt.

Pȳră-

Pȳrăcmŏs. *Virg.8.Aen.* *Ferro exercebant vaſto Cyclopes in antro*
Brontesq́, Steropesq́, & nudus membra Pyracmō,
Oui.12. Met. fab. *Quinq; neci Ceneus dederat Styphelumq́, Bromumq́,*
Anthiachumq́, Helimūq́, ſecuriferūq́ Pyracmō.

Pȳrămŭs, proprium adoleſcentis Babylonij.
Oui.4.Met.fab.1, Pyramus & Thiſbe, iuuenū pulcherrimus alter,
Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis.
Idem ibidem, Sæpe vbi conſtiterāt hinc Thiſbe, Pyramus illinc.

Pȳrēĭcŭs. *Propert.lib.3, Pyreicus parua vendicat arte locum.*

Pȳrēnē, mons Hiſpaniam à Gallia dirimens.
Lucan.lib.1, ——— *deſuper Alpis*
Nubiferæ colles, atq; aëriam Pyrenen!
Sil.lib.1, ——— *celſisq; niuoſæ*
Pyrenes trabs lecta iugis.

Pȳrēnēus. *Oui.5.Met.fab.3,* ——— *dirusq; ante ora Pyreneus*
Vertitur, & nondum me tota mente recepi.
Idem eod.fab.4, ——— *claudit ſua tecta Pyreneus,*
Vimq́ parat, quam nos ſumtis effugimus alis.

Pȳrētŭs. *Oui.12.Met.fab.5, Quid tibi victorē gemini Periphāta Pyreti?*
Ampyca quid referam?

Pȳrŏīs, vel Pyroeis. *Ouid.2.Met.* *Interea volucres Pyrois, & Eous & Aethon*
Solis equi, quartusq; Phlegon.
Columella. *Sic micat & rutilus Pyrois, ac rore coruſco.*
Heſperus.

Pȳrrhă, notæ eſt quantitatis. Hæc Epimethei fuit filia, unde à poetis *Epimethis* uocatur.
Oui.1.Met.fab.11, Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet; & aut fallax, ait, eſt ſolertia nobis,
Aut pia ſunt, nullumq; nefas oracula ſuadent.

Pȳthăgŏrās. *Hor.2.Ser.Sat.4, Ponere ſigna nouis præceptis, qualia vincūt*
Pythagoram, Anytiq; reum; doctumq; Platona.
Appellatur per Periphraſin, *Alumnus Samiæ telluris.*
Stroz.pat. *Viderat hoc celeber Samiæ telluris alumnus.*
Per Antonomaſiam uocatur *Samius.*
Oui.3.Faſt. *Siue erat à Samio doctus, qui poſſe renaſci*
Nos putat.

Pȳthiă. *Oui.1.Met.* *Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,*
Pythia, perdomitæ ſerpentis nomine, dictos.

Pȳthōn. *Ouidius,* *Strauimus innumeris tumidū Pythona ſagittis.*

CLASSIS SECVNDAE, ORDO XV.

De quantitatibus nominum propriorum incipientium à

Q

Q ante A.

Quādī. *Con.Celt.3.Car.Od.6, Vterq; Panno, Bemus & Oquenus,*
Et Noricorum terra ſub Alpibus,
Baſtarna, Iazygesq́; noſtri,
Marcomanes, madidiq́; Quadi.

Q ante I.

Quīntīliŭs. Hor. de Arte poët. *Quintilio ſi quid recitares, corrige ſodes,*
Hoc, aiebat, & hoc: melius te poſſe negares:
Bis terq́; expertum fruſtra delere iubebat,
Et male tornatos incudi reddere verſus.

Quirīna vrbs, vide Roma.

Quĭrīnŭs. *Virg.3.Georg.* *In foribus pugnam ex auro, ſolidoq́; elephanto*
Gangaridum faciam, victorisq́; arma Quirini.

Idem 1.Aen. *Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus*
Iura dabunt.

Idem

Idem 6. Aen. *Tertiaq; arma patri ſuſpendet capta, Quirino.*
Oui.1.Faſt. *Dexter ades patribusq; tuis, populoq; Quirini,*
Et reſera nutu candida templa tuo.

Quĭrĭtēs, vide Romani.

CLASSIS SECVNDAE
ORDO XVI.

De quantitatibus nominum Propriorum incipientium ab

R

R ante A.

Răbīrĭŭs. *Oui.4.de Pōt.* *Quum foret & Marſus, magniq; Rabirius oris.*
Răchēl, ēlis. Mant. *Audiuit montana Rachel, vicinaq; fonti*
Flumina.
Buch.Pſal.105, Filium pulchræ Rachelis
Magno turpis vendidit,
Carceris latuit tenebris,
Crura vinctus compede.
Răŭēnnă. *Sil.lib.8,* *Lenta paludoſæ proſcindunt ſtagna Rauennæ.*

R ante E.

Rĕbēccă. *Mant.* *Decepit Iudæa virum Rebecca, ſuamq;*
Progeniem.
Rēgŭlŭs, Cognomentum M. Attilij. Periphraſis:
Oui.in Ibin, *Vel quæ, qui redimi Romanos turpe putauit,*
A duce Puniceo pertulit, ipſe feras.

Rĕmŭlŭs.

Rĕmŭlŭs. *Virg.9.Aen.* *Euryalus Phaleras Rhamnetis,& aurea bullis*
Cingula,Tyburti Remulo ditiſsimus olim
Quæ mittit dona.
Oui.14.Met.fab.8,——— *Remulus maturior annis*
Fulmineo perijt imitator fulminis ictu.

*Rĕmūrĭă,*quæ nunc Lemuria.
Oui.5.Faſt. *Romulus obſequitur,lucemq́; Remuria dixit*
Illam,qua poſitis iuſta feruntur auis,
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Littora,quæ tuto nomine prima fuit.

Rĕmŭs proprium. *Virg.2.Georg.* *Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,*
Hanc Remus & frater,ſic fortis Hetruria creuit.
Pamph.Sax. *Quos tulit Auſonij nobilis aula Remi.*

R ante H.

Rhădămān-thŭs. *Virg.6.Aen.* *Gnoſius hæc Rhadamãtus habet duriſsima regna.*
Oui.9.Met.fab.7,Nec noſtrum ſeri curuarent Aeacon anni,
Perpetuumq́; æui florem Rhadamanthus haberet
Cum Minoë meo.

Rhāmnūsĭă,vide Fortuna.
Virg.in Cyr. *Haud fallor,quod te potius Rhamnuſia fallet.*
Oui.3.Met fab.7,Dixerat,aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis.
Politia. ——*ſed iniqua bonis Rhamnuſia tantum.*

Rhamnuſis,idis.Oui.14.Met fab.8,Memoremq́; time Rhamnuſidis iram.

Rhănĭs. *Oui.3.Met fab.4,Excipiunt laticem Nipheq́;,Hyaleq́;,Rhanisq́;.*

Rhēă. *Virg.7.Aen.* *Collis Auentini ſilua,quem Rhea ſacerdos*
Furtiuum partu ſub luminis edidit auras.

Rhēbās. *Priſcia.* *Bithynijq́; viri ſunt pinguia rura colentes*
Quà Rhebas pulcher gratiſsima.

Rhēgĭūm, ſeu Rhegyum. *Oui.14.Met.fab.1,Liquerat & Zãclē,aduerſaq́; mœnia Rhegij,*
Nauifragumq́; fretũ,gemino quod littore preſſũ
Auſoniæ,Siculæq́; tenet confinia terræ.
Idem ibidem,Oppoſitumq́; petens contra Zancleia ſaxa
Rhegion ingreditur,feruentes æſtibus vndas.

Rhēmŭs. *Virg.9.Aen.* *Armigerumq́; Rhemi premit,aurigamq́; ſub ipſis*
Nactus equis.

Rhē-

Rhēmŭs. *Lucan.lib.1, Optimus excuſſo Leucus Rhemusq́ lacerto.*

Rhēnŭs, Germaniæ.

Virg.8.Aen. Extremiq́ hominum Morini Rhenusq́ bicornis.

Rhēnŭs, Italiæ.

Oui.2.Met.fab.2, Heſperiosq́ amnes, Rhenū, Rhodanūq́, Padūq́.

Rhēsŭs. *Virg.1.Aen. Nec procul hinc Rheſi niueis tentoria velis*
Agnoſcit lacrimans.
Oui li.1.Ele. Sic fera Threicij ceciderunt agmina Rheſi.
Idem 13.Met.fab.1, Nec contentus eo, petij tentoria Rheſi,
Inq́ ſuis ipſum caſtris, comitesq́ peremi.

Rhētēnŏr, ŏris. *Oui.14.Met.ſab.4, Hūc Lycus, hūc Idas; et cū Rhetenore Nyctheus*
Hunc miratur Abas.

Rhētĭă. *Claudi.* ———————— *Sublimis in Arcton*
Prominet Hercinia confinis Rhetia ſiluæ.

Rhētī. *Claudi. Quæ ſcuis obiecta Rhetis, quæ Saxona frenat.*

Rhētŭs. *Lucan.lib.6, Teq́ ſub Oetheo torquentem vertice vulſas*
Rhete ferox, quas vix Boreas inuerteret Ornos.

Rhŏdănŭs. *Oui.2.Met fab.2, Heſperiosq́ amnes Rhenū, Rhodanūq́, Padūq́.*
Tibul.li.3, Triſtis Arar, Rhodanusq́ celer, magnusq́ Garumna.

Rhŏdĭă. *Virg.2.Georg. Non ego te menſis & dijs accepta ſecundis*
Tranſierim Rhodia & tumidis Bumaſte racemis.

Rhŏdŏpē. *Virg.Eclog.6, Nec tantū Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea,*
Quantum omnis mūdus gaudet cantāte Sileno.
Idem Eclog.8, Iſmarus aut Rhodope, aut extremi Garamātes.
Idem 1.Georg. Aut Athon, aut Rhodopē, aut alta Ceraunia telo
Deijcit.
Idem 3.Georg. Quaq́ redit medium Rhodope porrecta ſub axē.
Oui.6.Met. Treiciā Rhodopē habet angulus vnus & Hamū.

Rhodopeius vates, vide Orpheus.

Rhŏdŏs. *Marull. Nō Salamis, nō clara ſubeſt Rhodos aurea Phœbi.*

Rhŏdŭs. *Lucan. Rhodus Carpathiū in pelagus ſe inclinat apertū.*

Rhŷtēnī. *Lucan.lib.1, Soluuntur flaui longa ſtatione Rhyteni.*

R ante I.

Rīphēus. *Oui.12.Met.fab.5, Sternit, & immiſſa protectū pectora barba*

Hippaſon, & ſummis extantem Riphea ſiluis.

R ante O.

Rōbīgo, Dea. Oui. 4. Faſt. *Flamen in antiquæ lucum Robiginis ibat.*
Rōmă. *Virg. 2. Georg.* *Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma,*
Septem quæ vna ſibi muro circumdedit arces.
Idem 1. Aen. *Inferretq́, deos Latio, genus vnde Latinum,*
Albaniq́, patres, atq́, altæ mœnia Romæ.
Periphraſticôs uocatur *Vrbs Quirina.* *(nis*
Oui. 15. Met. fab. vlt. Dij precor, Aeneæ comites, quib. enſis & ig-
Ceſſerunt, dijq́, indigetes, genitorq́, Quirinæ
Vrbis, & inuecte genitor Gradiue Quirini.
Rōmānī. *Virg. 1. Aen.* *Conſilia in melius referet, mecumq́, fouebit*
Romanos rerum dominos, gentemq́, togatam.
Idem 6. Aen. ———————— *hanc aſpice gentem*
Romanosq́, tuos, hic Cæſar & omnis Iuli
Progenies, magnum cœli ventura ſub axem.
Periphraſticôs uocantur *Populus Quirini,* & *Turba Quirini.*
Oui. 15. Met. fab. 1, Seu lætū eſt aliquid patriæ, populoq́, Quirini,
Siue minax, mihi ſit.
Oui. 14. Met. fab. 7, ———————— *quem turba Quirini*
Nuncupat Indigetem, temploq́, ariſq́, recepit.
Per Antonomaſiam uerò *Quirites* dicuntur, & *Romulidæ:* de quo uide paulo infrà.
Virg. 7. Aen. *Vnà ingens Amiterna cohors, priſciq́, Quirites,*
Ereti manus omnis; oliuiferaq́, Mutiſcæ.
Oui. 15. Met. fab. 2, —— *vos vrbe virum prohibete Quirites,*
Vel ſi dignus erit.
Idem 2. Faſt. *Siue ſuo regi nomen poſuere Quirites,*
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.
Rōmĕchĭŭm. Oui. 15. Met. fab. 4, Romechiumq́, legit, Caulonaq́, Naritiamq́.
Rōmŭlŭs. *Virg. 6. Aen.* *Quin & auo comitem ſeſe Mauortius addet*
Romulus, Aſſaraci quem ſanguinis Ilia mater
Educet.

Per

Per Periphr. appellatur *Conditor vrbis Romæ, Genitor vrbis Quirinæ.*

Oui.14.Met.fab.vlt. Hāc manibus notis Romanæ cōditor vrbis
Excipit, & priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat, Oraq; vocat; quæ nūc dea iūcta Quirino
Oui.15.Met.fab.vlt. Dijq; indigetes, genitorq; Quirinæ *(eſt.*
Vrbis, & inuecti genitor Gradiue Quirini.

Rōmŭlĭdæ. Virg.8.Aen. *Addiderat, ſubitoq; nouum conſurgere bellum*
Romulidis, Tatioq; ſeni, Curibusq; ſeueris.
Perſ.Sat.1, ——— *ecce inter pocula quærunt*
Romulidæ ſaturi, quid dia poëmata narrent.

R ante V.

Rŭbī, orum: oppidum Campaniæ.
Hor.1.Ser.Sat.5, Inde Rubos feſſi peruenimus vtpote longum
Carpentes.
Rŭbĭcōn. Mant. *Venerat Alpini paruum Rubiconis ad amnem.*
Rŭdĭæ, urbs in Appulia, & patria Ennij poetæ.
Stat.lib.12, ——— *Rudiæ genuere vetuſtæ,*
Nunc Rudiæ, ſolo memorabile nomen alumno,
Rŭfæ. *Macrob.lib.7, Quiq; Rufas Batulumq; tenent.*
Rŭfŭs, poeta. Mart. *Funde tuo lacrimas orbata Bononia Rufo,*
Et reſonet tota planctus in Aemilia.
Rŭtŭli. *Virg.1.Aen.* *Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas,*
Ternaq; tranſierint Rutulis hyberna ſubactis.
Idem, ——— *in me cōuertite ferrum,*
O Rutuli.

CLASSIS SECVNDAE ORDO XVII.

De quantitatibus nominum Propriorum incipientium ab

S

S ante A.

Săbă.	*Bapt. Pius,*	*Arabicæ vndaſſet gutta beata Sabæ.*
Săbæī.	*Virg. 1. Georg.*	*India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.*
	Pont.	*Quicquid odoris habent Arabes, vnctiq́; Sabæi.*
	Buch. Pſal. 72,	*Qui tenent Pontum, refluiq́; Ponti*
		Inſulas, regesq́; Arabum beati,
		Turis & dites venient Sabæi
		Dona ferentes.
Săbăris.	*Virg. 5. Aen.*	*Vix illam famuli Phegeus Sabarisq́; ferebant.*
Săbătră.	*Sil. lib. 3,*	*Sabatra tum Tyrium vulgus.*
Săbēllă.	*Virg. 8. Aen.*	*Gnatum exhortarer, ni mistus matre Sabella*
		Hinc partem patriæ traheret.
Săbēlli.	*Con. Celt. 4. Car. Od. 4,*	*Pellibus molles habitant Sabelli*
		Hermulus, candens, nitidusq́; Madrus.
		Quas rerum parens glacioſa contra
		Sidera veſtit.
Săbīnī,	*Virg. 8. Aen.*	*Nec procul hinc Romam, & raptas ſine more Sa-*
&		*Conceſſu caueæ. (binas*
Sabinæ.	*Sil. li. 8,*	*Ductorem gentis pars laudes ore ferebant*
		Sabe tuas, qui de patrio cognomine primus
		Dixiſti populos magna ditione Sabinos.
	Mant.	*Quos Garganus alit, Marſi, forteſq́; Sabini.*
Săbīdĭŭs.	*Mart.*	*Non amo te Sabidi, nec poſſum dicere quare:*
		Hoc tan-

Hoc tantùm poſſum dicere, non amo te.

Sacrator. proprium uiri apud Virg.

Săgānă. *Hor. in Epo. Od. 5, At expedita Sagana per totam domum*
Spargens auernaleis aquas.

Săgărŭs, *Virg. 9. Aen. Et Sagarim, & ſummis ſtantem pro turrib. Idam.*
vel *Oui. 4. de Pont. Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq́, Hypanisq́, Cra*
Săgăris. *Influit, & crebro vortice tortus Halys. (tesq́,*

Săgēs. *Virg. 12. Aen. Vectus equo ſpumante Sages, aduerſa ſagitta*
Saucius ora, ruitq́, implorans nomine Turnum.

Săgūnthŭs. *Lucan. lib. 3, Nec pauet hic populus pro libertate ſubire,*
& *Obſeſſum Pœno geſſit quod Marte Saguntum.*
Saguntum. *Săĭs.*
Propert. lib. 2, Mercurio Sais fertur Bobœidos vndis
Virgineum primo compoſuiſſe latus.

Sălămīn, *Virg. 8. Aen. Nam memini Heſiones viſentem regna ſororis,*
Sălămīnă, *Laomedontiaden Priamum Salamina petētem,*
& *Protinus Arcadiæ gelidos inuiſere fines.*
Hor. ——————— *Teucer Salamina patremq́,*
Quum fugeret.

Sălămĭs. Inſula in Euboico mari.
Oui. 14. Met. fa. 9, Neve ea ficta putes, dominæ ſub imagine ſignū
Seruat adhuc Salamis; Veneris quoq́, nomine Templū
Proſpicientis habet.

Sălĭī. *Virg. 8. Aen. Tum Salij ad cantus, incenſa altaria circum*
Populeis adſunt euincti tempora ramis.

Sălmăcĭs. *Oui. 4. Met. fab. 5, Salmacis extimuit, locaq́, hæc tibi libera trado,*
Hoſpes, ait: ſimulatq́, gradu diſcedere verſo.

Sālmānā. *Buch. Pſal. 83,* ——— *nec fuga eripuit duces*
Orebum & Zebum; nec ſubtraxere latebræ,
A' falce mortis, Zebeamq́, & Salmanam.

Sălmōnēus. *Virg. 6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,*
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi.

Sălmōnĭs. *Propert. lib. 1, Non ſic Aemonio Salmonida mixtus Stupro*
Thracius:

Sălō, ōnis. *Mart. li. 10. Epi. Auriferumq́, Tagum ſitiam patriūq́, Salonem.*

Sălŏmōn. *Polit.* *Teq́, Palæſtini laqueantem culmina templi,*

Mentis opumq́ potens Salomon.

Sălōnæ.	*Luc.*	*Qua maris Adriaci longa ferit ora Salonas.*
	Sidon.	*Buſtum Dalmaticæ vident Salonæ.*
Sămĭī,orum.	*Oui.15. Met.fab.1,*	*Vir fuit hic ortu Samius,ſed fugerat vnà Et Samon & dominos,odioq́ tyrãnidis exul Sponte erat.*
	Idem Epiſt.1,	*Dulichij,Samijq́,& quos tulit alta Zacynthos.*
Sămŏs, &	*Virg.1.Aen.*	*Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Poſthabita coluiſſe Samo.*
Sămē, &	*Idem 3.Aen.*	*Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos, Dulichiumq́,Sameq́,& Neritos ardua ſaxis.*
Samus.	*Hor.1 Epiſ.11,*	*Romæ laudetur Samos,et Chios,et Rhodos abſens.*
	Pamph.Sax.	*Pulchra Samos,pulchræ Tyriæ Carthaginis arces.*
Sămŏthrăcĭă.vide Thracia.		
	Virg.7.Aen.	*Threiciamq́ Samũ,quæ nũc Samothracia fertur.*
Sămŭēl.	*Buch.Pſal.99,*	*Huic Moſes & Aron & Samuel bonus, Docti legitimis tingere victimis Aras,conſilium quum peterent,data Sæpe oracla petentibus.*
Săngărĭs, ărĭdis.	*Ouid.4 Faſt.*	*Fallit & in Nympha Sangaride deſinit eſſe Quod fuit:hinc pœnas exigit ira Deæ.*
Săntŏnŭs.	*Lucan.lib.1,*	*——gaudetq́ armato Santonus hoſte,*
Sărdănăpălŭs.	*Oui.in Ibin,*	*Inq́ pyram tecum chariſsima corpora mittas, Quem finem vitæ Sardanapalus habet.*
	Fauſt.	*Te dedit hæc rapidis Sardanapale rogis.*
Sărdĭnĭă.	*Claud.*	*Vltima Sardiniam,Cirnon,trifidamq́ retentat Sicaniam.*
Sărpēdŏn.	*Virg.1.Aen.*	*Sæuus vbi Aeacidæ telo iacet Hector,vbi ingens Sarpedon,vbi tot Simois correpta ſub vndis.*
Săsŏn.	*Silius,*	*Expauit ſonitus tremefacto littore Saſon.*
	Idem,	*Adriaci fugite infauſtas Saſonis arenas.*
Sătărchæ.	*Val.Flac.lib.6,*	*laxamatæ,Toriniq́,& flaui crine Satarchæ.*

Satillus. Hic Amantij filius,unde *Amantiades* appellatur.

Ouid.in Ibin, Aut vt Amantiaden,turpi dilectus amore, Oderit,& ſæuo vulneret enſe puer.

Sătŭ-

Sătŭră.	*Virg.7.Aen.*	——— *& viridi gaudens Feronia luco,* *Qua Satura iacet alta palus, gelidúq; per imas* *Quarit iter valles,atq; in mare conditur Vfens.*
Sătūrnĭă.vide Iuno.		
Sătūrnŭs.	*Virg.2.Georg.*	*Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.*
	Fauſt.	*Aureus & priſcis vixit Saturnus in agris.*
		Periphraſes.*Falcifer ſenex.*
	Ouid.in Ibin,	*Te fera nequicquam placidum ſpondētia Martis* *Sidera preſſerunt,falciferiq; ſenis.*
Sătўrī.	*Virg.Eclog.5,*	*Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.*
	Sidon.	*Pan pauidus,Fauni rigidi,Satyri petulantes.*
Săxŏnēs.	*Barth.*	*Nec non & rigidi gemmatis Saxones aruis.*

S ante C.

Scămăndĕr.Hor.in Epo.Od.13,Te manet Aſſaraci tellus,quă frigida parui
Findūt Scamădri flumina,lubricus & Simois.

*Schenēus,idis.*uide *Atalanta,*quæ Schenei filia fuit.Et *Schencia* quoq; dicitur.

	Oui.Epiſt.15,	*Vt tulit Hippomenes Scheneida pramia curſus.*
	Oui.10.Met.fab.13,	*Talia dicentem molli Scheneia vultu* *Aſpicit,& dubitat ſuperari,an vincere malit.*
Schœ̆nŏbătēs.	*Iuuenal.Sat.3,*	*Augur,Schœnobates,medicus,magus omnia nouit.*

*Scinis,*alij habent *Scynis,*per *y.*

	Ouid.7.Met.	*Occidit ille Scinis,magnis malè viribus vſus.*
	Stat.li.12.Theb.	*Nō trucib. mōſtris Scinin, infandūq; dediſti* *Cercyona.*
Scīpĭădēs.	*Virg.2.Georg.*	*Scipiadas duros bello,& te maxime Cæſar,*
Scīrōn,ōnis.	*Ouid.7.Met.*	*Tutus ad Alcathoën Lelegeia mœnia limes* *Compoſito Scirone patet.*
	Idem ibidem,	*Quæ iactata diu fertur duraſſe vetuſtas* *In ſcopulos, ſcopulis nomen Scironis inhæret.*
Scŏpās.	*Hor.li.4.Car.Od.8,*	*Quas aut Parrhaſius protulit,aut Scopas,* *Hic Saxo,liquidis ille coloribus* *Solers nunc hominem ponere, nunc Deum.*

Scōtī. *Claud.* *Venit & extremis legio prætenta Britannis,*
Quæ Scoto dat frena truci.

Scylācæum.Virgilius, *Caulonisq́ arces & nauifragum Scylaceum.*

Scylla. notæ quantit. Per periph. uocatur *Crateide nata.*
Oui.13.Met.fab.Nereis hic contra reſecuta Crateide natam eſt.
Item, *Niſi filia,* & *Virgo Niſeia.*
Oui.8.Met.fab.1,Sæpe illuc ſolita eſt aſcendere filia Niſi,
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo.
Idem ibidem,Vix ſua,vix ſana virgo Niſeia compos
Mentis erat.

Scyrias.vide Deidamia.

Scyrōs,& Scyrūs. Inſula.

Scythæ. *Pamp.* *Indomiti Thraces,indomitiq́ Scythæ.*

Scythides. mulieres Scythiæ.
Oui.15.Met.fab 1,Haud equidē credo,ſparſa quoq́ mēbra veneno
Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.

Scythia. *Virg.3.Georg.Qualis Hyperboreis Aquilo quum denſus ab oris*
Incubuit,Scythiæq́ hyemes,atq́ arida differt
Nubila.
Idem eodem, At non,qua Scythiæ gentes, Mæoticaq́ vnda.
Ouid.Epiſt. Hic Ephyrem bimarē,Scythiā tenet ille niuoſam.
Idē 8.Met.fab.14,Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triſte ſolū,ſterilis,ſine fruge,ſine arbore tellus.

Scythōn, *Oui.4.Met.* ——— *vt quondam naturæ iure nouato*
Ambiguus fuerit,modò vir,modò fœmina Scython.
Idem 2.Epiſt.Luna quater latuit,toto quater orbe recreuit,
Nec vehit Actæas Scythonis vnda rates.

Scythonis vnda, pro quouis Thraciæ fluuio intelligitur;maximè tamen intelligitur *Hebrus.*

S ante E.

Sēbēthōs: *Papin.li.1.Sil.*——— *& pulchra tumeat Sebethos alumna.*

Sēbētis. *Virg.7.Aen.* ——— *quem generaſſe Telon Sebetide nympha*
Fertur;Teleboum Capreas quum regna teneret.

Sēlīnis. *Virg.4.Aen.* *Teq́ datis linquo ventis palmoſa Selinus,*

Et

Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.

Sĕmĕlē,es. *Oui.3.Met fab.6,——— vocem quoq; fecit anilem,*
Ipſaq; erat Beroë Semeles Epidauria nutrix.
Hor.1.Car.Od.19,Mater ſæua cupidinum,
Thebanaq; iubet me Semeles puer.

Hæc alio nomine *Thyone* dicitur;unde quoque Bacchus *Thyoneus* uocatur.

Sĕmĕlēĭŭs,vide Bacchus.

Per periphraſ appellatur quoq; *Semeleia proles.*
Oui.3.Met.fab.8,Nãq; dies aderit,quã nõ procul auguror eſſe.
Quã nouus huc veniet proles Semeleia Liber.

Item, *Semeles Thebanæ puer.*
Hor.1.Car.Od.19,Mater ſæua cupidinum,
Thebanaq; iubet me Semeles puer.

Sĕmīrămĭs.Oui.2.Eleg. *Qualiter in thalamos formoſa Semiramis iſſe*
Dicitur.
Idem 4.Met.fab.pri.——— vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.

Sĕmprōnĭă.Mart.li.12.Ep.52,Hic ſitus eſt,hic ille tuus Sempronia Rufus,
Cuius & ipſe tui flagrat amore cinis.

Sĕnĕcă. *Mant.* *——— & tetricos Senecas colit atq; Catones.*
Iuuen.Sat.8, *Libera ſi dentur populo ſuffragia,quis tam*
Perditus,vt Senecam dubitet præferre Neroni?

Sĕōn, *Buch.Pſal.135,Quiq; Amorrhæis Seon regnauit in oris.*
& *Idem Pſal.136,Strauit Amorrhæum valida virtute Seonem.*
Sĕōn,ōnĭs. *Larga benignus ſemper indulgentia.*

Sĕnŏnēs. *Lucan.lib.1,* *Nos primi Senonum motus,Cymbrumq; ruentẽ*
Vidimus.

Septimius. *Lucan.lib.8,* *——— tranſire parantem*
Romanus Pharia miles de puppe ſalutat
Septimius,qui proh ſuperũ pudor,arma Satelles,

Sēquănă.

Sĕrăpĭs, *Mirand.* *Atq; etiã Pharium inſtituit male ſana Serapim.*
& *Mart.li.9.Ep.* *Vincebant, nec quæ turba Serapin amat.*
Sērăpĭs. *Idem,* *Iſæum Serapin,Nilus veneratur Oſirim.*

Sēr,Sēris. *Virg.2.Georg.* *Velleraq́; vt folijs depectant tenuia Seres.*
& *Sidonius,* *Aſſyrius gemmas,Ser vellera,thura Sabaus.*
*Sērēs,*gẽtile.*Auſon.* *Iam pelago volitat mercator veſtifluus Ser.*
Sērēs. *Sil.lib.17,* *Videre Eoi monſtrum admirabile Seres.*
Sērēſtūs. *Virg.12.Aen.* *Mneſthea,Sergeſtumq́; vocat,fortemq́; Sereſtum.*
Sēriphos, *Oui.5.Met.fab.2,Te tamen ô parua rector Polydecta Seriphi.*
& *Idem 7.Met.* *————————— planamq́; Sēriphon*
Seriphus. *Marmoreamq́; Paron.*
Sēsōſtris. *Val.Flac.* *————————— Quum prima Seſoſtris*
Intulerat rex bella Getis.
Lucan.lib.10, *Venit ad occaſum,mundiq́; extrema Seſoſtris,*
Et Pharios currus regum ceruicibus egit.
Sētiā. *Mart.* *Pendula Pampineos quæ ſpectat Setia campos.*
*Sēuērūs,*Montis nomen.
Virg.7.Aen. *Qui Tetricæ horrenteis rupes montẽq́; Seuerum,*
Caſperiamq́; colunt,Foruloſq́;,& flumẽ Himellæ.

S ante I.

Sibyllā. *Virg.6.Aen.* *Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla*
Horrendas canit ambages.
Lucan.lib.5, *Carmina longæua nobis commiſſa Sibyllæ.*
Oui.14.Met.fab.1,Littora Cumarum,viuacisq́; antra Sibyllæ
Intrat.
Sicāmbēr. *Mart.li.1.Epi.Crinibus in nodum tortis venēre Sicambri.*
Sicāniā. *Virg.1.Aen.* *At freta Sicaniæ ſaltem,ſedeſq́; paratas,*
Vnde huc aduecti,regemq́; petamus Aceſten.
Oui 5.Met.fab.7,Sicaniam repetit,dumq́; omnia luſtrat eũdo,
Venit & ad Cyanen.
Idem eod.fab.ead.Sicaniam peregrina colo,ſed gratior omni
Hæc mihi terra ſolo eſt.
Sicānī. *Oui.Epi.* *Tu quoq́; quæ immites celebras Erycina Sicanos.*
Sichæūs. *Virg.1.Aen.* *Huic coniunx Sichæus erat,ditiſsimus agri*
Phœnicum,& magno miſeræ dilectus amore.
Sichimā,vide Sidon.

Buchan.

Buch.Pſal.60, En tibi frugiferos Sichimæ diſpertiar agros,
Vallem Suchoti metiar decempeda.

Sicŏris vel *Mant.* *Adde locupletem Sicorim, qui ſcindit Ilerdam.*
Sicăris. *Lucan.lib.4, Heſperios inter Sicaris non vltimus amnis.*
Siculi.
Sicyōn, ōnis. *Oui.in Ibin, Aut vt oliuifera quondam Sicyone profecto,*
Sit frigus mortis cauſa fameſq́ tuæ.
Iuuen.Sat.3, Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta.
Sidōn. *Lucan.lib.3, Et Tyros inſtabilis, precioſaq́ murice Sidon.*
Oui.4.Met.fab.9,—————— tum quum Sidone profectus
Vipereos ſparſi per humum mala ſemina dentes?

Hæc urbs ab Hebræis uocatur *Sichim,* & per tranſcriptionem à Latinis uocatur *Sichima.* uide paulò ſuperius.

Sidōnis, vide Dido.
Oui.14 Met.fab.1, Non bene diſſidium Phrygij latura mariti
Sidonis, inq́ pyra ſacri ſub imagine facta.

Sigæa tellus, vide Troia.
Silărus. *Virg.3.Georg. Eſt lucos Silari circa, ilicibusq́ virentem*
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Aſilo
Romanum eſt.
Silēnus. *Virg.Eclog.6, Silenum pueri ſomno videre iacentem.*
Mant. *Talis erat muſto ſpumans Silenus Iacho.*
Silēnus. *Virg.Eclog.6, Quantum omnis mũdus gaudet cãtante Sileno.*

Periphraſis hæc Sileni eſt apud

Oui.4.Met.fab.pri. Quiq́ ſenex ferula titubantes ebrius artus
Suſtinet, & pando non fortiter hæret aſello.

Silo, ōnis. *Buch.Pſal.78, Et ſibi dilectam gentem contempſit; & aras*
Ipſe ſuas, ac Silonis tentoria liquit,
Sola ſibi è cunctis electa habitacula terris.
Silūrus. *Iuuen.Sat.4, Iam princeps equitum magna qui voce ſolebat*
Vendere municipes facta de merce Siluros.
Simĕthis, *Oui.13.Met.fab.11, Acis erat Fauno, nymphaq́ Simethide cretus.*
idis.
Simŏis, *Virg.1.Aen. ——vbi tot Simois correpta ſub vndis*
Simŏentis. *Scuta virum, galeaſq́, & fortia corpora voluit.*

Idem

Idem 1.Aen. *Alma Venus, Phrygij genuit Simoëntis ad vndā.*
Oui.Epiſt.7, *Nō patrium Simoënta petis, ſed Tybridis vndas.*

Sină,æ. *Buch.Pſal.68,* ——— *à vultu Domini conterrita dura*
Tremuere cacumina Sinæ.

Sinădă. *Claud.* ——— *precioſaq́; picto*
Marmore purpureis cadit quod Sinada venis.

Sĭnōn,ōnis. *Virg.2.Aen.* ——— *nec ſi miſerum fortuna Sinonem*
Finxit, vanum etiam mendacéq́; improba finget.
Quin. *Myrmidonum, Dolopumq́; duces, cautúq́; Sinonē.*

Sĭnōpē. *Val.Flac.li.5,* *Aſsyrios complexa ſinus ſtat opima Sinope.*

Sĭnōpēus. *Oui.1.de Pōt.* *Non doluit patria Cynicus procul eſſe Sinopeus.*

Sinueſſă. *Oui.15.Met.fab.4,* ——— *niueúq́; frequens Sinueſſa colubris.*

Sĭōn,ōnis, Mons Iudeæ.
Buch.Pſal.51, *Gentis humanæ bone dux Sionem*
Quo ſoles vultu facilis tueri;
Pace florentes Solymæ beatæ
Protege turres.

Per Metonymiam accipitur pro *Iudæa.*

Buch.Pſal.87, *Quis non Sionis ſe feret ciuem? inſeri*
Quis non colonus ambiet?

Sĭpylŭs. *Oui.6 Met.fab.1,* *Tum quum Mæoniam virgo Sipylúq́; colebat.*

Sipyleia mater, vide Niobe.

Sīrēnēs. *Hor.1.Epiſt.2,* *Sirenum voces & Circes pocula noſti.*
Oui.14.Met.fab. ——— *Acheloiadumq́; reliquit*
Sirenum ſcopulos.

Hæ uocantur etiam *Acheloides.*

Oui.5.Met.fab.7, ——— *vobis Acheloides vnde*
Pluma, pedesq́; auiū; quum virginis ora geratis?
An quia quum legeret flores Proſerpina vernos,
In comitum numero miſtæ Sirenes eratis?

Sīrĭŭs. *Virg.4.Georg.* *Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos.*
Pamph. *Igneus ardentes quā Sirius vrit ariſtas.*

Sīsără. *Buch.Pſal.33,* *Siſara ceu tumidus cecidit, ſæuusq́; Iabinus,*
Ciſſontis vndas turbidas quum ſanguine
Tinxere;

——— *Tinxere; inſletæ paßim iacuere cateruæ.*

Sīſȳphŭs, *Oui.3.Met.fab. Aut petis, aut vrges rediturum Siſyphe ſaxū.*
vel *Stroz.pat. Immenſusq; lapis defeſſum Siſyphon vrget.*
Siſyphos.
Sithon.
Sīthŏnĭă. *Ouid.6.Met.fab.7, Tempus erat, quo ſacra ſolent Trieterica Bacchi*
Sithoniæ celebrare nurus, nox conſcia ſacris.

S ante O.

Sōcrătēs.

Periphraſes.

Ouid.in Ibin, Solicitoq; bibas, veluti doctiſsimus olim,
Imperturbato quod bibit ore reus.
Hor.2.Ser.Sat.4, Pythagorā, Anytiq; reum, doctūq; Platona.
Sōl, Sōlis. *Virg.7.Aen.* ——— *pulſi regnis, quæ maxima quondam*
Extremo veniens Sol aſpiciebat Olympo.
Oui.2.Met.fab.6, Vlterius ſpacium medio Sol altus habebat.

Hic à poetis uocatur *Titan*, & *Phœbus*.

Virg.4.Aen. In nemus ire parant, vbi primos craſtinus ortus
Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem.

Per periphraſin appellatur, *Mundi oculus, Hyperione natus.*

Oui.4.Met.fab.4, ——— *quid nunc Hyperione nate,*
——— *Forma colorq; tibi, radiataq; lumina proſunt?*
Idem ibidem, Ille ego ſum, dixit, qui longum metior annum,
Omnia qui video, per quem videt omnia tellus,
Mundi oculus.
Sŏlōn. *Manil.* ——— *Iuſtusq; Solon, fortisq; Lycurgus.*
Sŏlȳmă. *Buch.Pſal.68, Solymæ victoria præpes*
Ex adytis volat: Ergo ferent tibi munera reges.
Idem Pſal.76, Deum Sionis incolant, Solymæ ſacris
Cui templa fumant ignibus.

Sōphē-

Sōphēnă,es.Lucan.lib.1, ———————— *molleſq; Sophenæ.*
&
Sōphēnæ,arum.
Sōphrōn, ōnis. *Stat.lib.5.Sil.* *Sophronaq; implicitum, tenuiſq; arcana Corinnæ.*
Sōră. *Mant.* *Vrbs fuit antiquis Sora cognomine Volſcis.*
Sōrăctē,es. *Virg.7.Aen.* *Hi Feſcenninas acies, æquoſq; Faliſcos,*
Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua.
Idem 11.Aen. *Summe Deûm, ſancti cuſtos Soractis Apollo.*
Sōsĭŭs. *Hor.1.Epiſt.vlt.Vertumnum, Ianumq; liber ſpectare videris,*
Scilicet vt proſtes Soſiorum pumice mundus.

S ante P.

Spēīō, vel Spīō. *Virg.4.Georg.Niſeq; Speioq; Thaliaq; Cymodoceq;*
*Spērchīŭs.*fluuius Theſſaliæ.
Oui.1.Met.fab.Populifer Sperchius, & irrequietus Enipheus.
Spurius.

S ante Q.

Squatina.

S ante T.

Stăbĕrŭs. *Hor.2.Ser.Sat.3, Hæredes Staberi ſummam incidere ſepulchro.*
Idem ibidem, ———————— *credo*
Hoc Staberi prudentem animum vidiſſe.
Stăbĭæ. *Ouid.15.Met.in prin.Herculeamq; vrbem, Stabiaſq;, & in otia natam*
Parthenopen, & ab hac Cumææ templa Sibyllæ.
*Stătīnæ,arum.*Inſulæ.
Papin.in Sil. *Aenariæq; lacus medicos, Statinaſq; renatas.*
Stătĭŭs. *Iuuen.Sat.7, Curritur ad vocem iucundam, & carmē amicæ*
Thebaidos, lætam fecit quum Statius vrbem.
Sthē-

Sthĕnĕlēĭŭs. vide Cycnus.

Appellatur quoq; per periphra. *Stheneleia proles.*

Oui. 2. Met. fab. 4, Affuit huic monſtro proles Stheneleia Cycnus.

Stĕrŏpēs. Virg. 8. Aen. Brōteſq;, Steropeſq;, & nudus membra Pyracmon.

Mant. Brontes & Steropes, atq; igneus ora Pyracmon.

Stĕrtĭnĭŭs. Hor. 1. Epi. 12, Empedoclis, an Stertinij deliret acumen.

Stēſĭchŏrŭs. Stat. lib. 1. Sil. ——— *tetricis Alcman cantatus Amyclis,*
Steſichorusq; ferox.

Sthĕnĕlŭs. Virg. 2. Aen. Threſandrus, Sthenelusq; duces, & dirus Vlyſſes.

Stĭmĭchōn. Virg. Eclog. 5, Iampridem Stimichon laudauit carmina nobis.

Stĭphĕlŭs. Oui. 12. Met. fab. Quinq; neci Caneus dederat, Stiphelumq; Bromumq;.

Stōĭcŭs. Hor. 2. Ser. Sat. 3, Stoice poſt damnum ſic vendas omnia pluris:

Străbō, ōnis. Hor. 1. Ser. Sat. 3, At pater vt gnati, ſic nos debemus amici
Si quod ſit vitium, non faſtidire, Strabonem
Appellat pætum pater, & pullum.

Strŏphădēs, Virg. 3. Aen. Seruatum ex vndis, Strophadū me littora primū
Inſulę. *Excipiunt: Strophades Graio ſunt nomine dictæ,*
Inſulæ Ionio in magno.

Oui. 13. Met. fab. 10, Sæuit hyems, iactatq; viros, Strophadūq; receptos
Portubus infidis exterruit ales Aëllo.

Strȳmōn, ōnis. Virg. 4. Georg. Rupe ſub aëria deſerti ad Strymonis vndam.
Lucan. lib. 5, Strymona ſic gelidum bruma pellente relinquūt.
Oui. 2. Met. fab. 2, Sors eadē Iſmarios Hebrū cū Strymone ſiccat.

Stȳmphālĭs. Lucret. lib. 3, Vnguibus Arcadicæ volucres Stymphala colētes:

Stȳmphālĭdēs. fuerunt aues.
Virgil. de labo. Herc. Stymphalides pepulit volucres diſcrimine quinto.

Stȳx, Stygis. Oui. 10. Met. fab. 2, Ad Styga Tænaria eſt auſus deſcēdere porta.

S ante V.

Sŭchōtŭm, vel Sucotum. Buch. Pſal. 60, En tibi frugiferos Sichima diſpertiar agros,
Vallem Suchoti metiar decempeda.

Sŭcrō, ōnis. Virg. 12. Aen. Aeneas Rutulum Sucronem, ea prima ruentes
Pugna loco ſtatuit Teucros.

Suculæ. vide Pleiades.

Sūc-

Sŭēnīdēs. *Oui.5.Met.fab.pri.Ecce Suenides genitus Methione Phorb.us.*
Suēuī. *Lucan.lib.1,* *Fundat ab extremo flauos Aquilone Suenos.*
Sūsă. *Lucan.lib.2,* ——— *Achamenijs decurrant Medica Suſis*
Agmina.
Claud. ——— *noſtraq́ premant pharetrata ſecures*
Suſa.
Sŭsānnă, *Claud.* *Sic tibi det vires ſancta Suſanna ſuas.*
Sūsānnă.

S ante Y.

*Sўbărīs.*fluuij & adoleſcentis nomen. *.(oris,*
Oui.15.Met.fab.1,Crathis & hinc Sybaris veſtris conterminus
Electro ſimiles faciunt auroq́ capillos.
Mant. *Quâ Sybaris Calabro floruit alta ſolo.*
Hor.1.Car.Od.8,Lydia dic per omnes
Te deos oro,Sybarim cur properes amando
Perdere;cur apricum
Oderit campum patiēs pulueris, atq́ Solis.
Sўbărītĭs. *Ouidius,* *Nec qui compoſuit nuper Sybaritida fugis.*
itidis.
Sўēnē. *Lucan.lib.2,* ——— *calida medius mihi cognitus axis*
Aegypto,atq́ vmbras nuſquam flectente Syene.
Sўlă. *Virg.12.Aen.* *Ac veluti ingenti Syla,ſummóue Taburno.*
Sўmplēgās. *Claud.* *Vitant inſtabilem rurſus Symplegada nautæ.*
Sўphāx. *Claud.* ——— *haurire venena*
Compulimus dirum Syphacem.
Sўrācūsæ. *Ouidius,* *Vtq́ Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis.*
Sўrĭă. *Petrarch.* ——— *Syria mollis*
Porrigat ipſa manum.
Sўrĭă. *Buch.Pſal.20,Gloria ſit Syriæ turmas numerare curules,*
Axesq́ curuis aſperare falcibus.
Idem Pſal.60,Oppida ſub pedibus Syriæ calcabo ſuperba
Moabum,Idumen & Palæſtinas domos.
*Sўrīſſă.*mulier è Syria.
Vir.in Mor. *Copa Syriſſa caput Graia redimita mitella.*

Sȳrī. *Iuuen.Sat.7, Quam quæ longorum vehitur ceruice Syrorum.*

*Sȳrīnx.*una Naiadum.

Oui.1.Met.fab.18, Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias vna fuit, Nymphæ Syringa vocabant.
Idem ibidem, Panaq́; quum preñſam ſibi iam Syringa putaret,
Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres.

CLASSIS SECVNDAE,

ORDO XVIII.

De quantitatibus nominum propriorum
incipientium à

T

T ante A.

Tābūrnūs. *Virg.2.Georg. ———— iuuat Iſmara Bacho*
Conſerere, atq; olea magnum veſtire Taburnum.

Tānărĭdēs. vide Apollo.

Oui.10.Met.fab.6, Protinus imprudens, actusq́; cupidine luſus
Tollĕre Tanarides orbem properabat.

Tāgēs. *Ouid.15.Met.fab. Indigenæ dixêre Tagem qui primus Hetruſcã*
Edocuit gentem caſus aperire futuros. (rũ.

Tāgūs. *Oui.2.Met.fab.2, Quodq́; ſuo Tagus amne vehit, fluit ignib. au-*
Mant. *Quẽ Tagus Heſperius mittit, quẽ Thracius Hebrus.*

Idem proprium uiri.

Virg.9.Aen. *Dum trepidant, it haſta Tago per tẽpus vtrumq;*
Stridens, traiectoq; hæſit tepefacta cerebro.

Tālāsiō, ōnis. à quo carmen nuptiale dictum.

Martial.lib.Epi. Quid ſi me iubeas Talaſionem

Verbis dicere non Talaſionis.

Tălāūs. *Ouid.in Ibin, Tam quoq; dij faciant poßis gaudere fideli Coniuge, quàm Talai, Tyndareiq; gener.*

Talthȳbiūs. *Oui.in Ep.Briſe. Nā ſimul Eurybates me Talthybiusq; vocarūt, Eurybati data ſum, Thalthybioq; comes.*

Tănăgĕr. *Virg.3.Georg.* ———— *furit mugitibus æther Concuſſus, ſiluaq;, & ſicci ripa Tanagri.* ———

Tănăĭs. *Virg.4.Georg. Solus Hyperboreas glacies, Tanaimq; niualem, Aruaq; Riphæis nunquam viduata pruinis Luſtrabat.*

Dionyſius in Perieg. Europam atq; Aſiam Tanais diſterminat (amnis, Hic ſe Sarmaticis euoluens finibus, alta (Sciſſus Araxæo prius æquore iam ſuus) vnda Effluit in Scythiā, procul hinc Mæotida Thetim Intrat, & inſerto freta pellit vaſta fluento.

Claudian. *Eſt genus extremos Scythiæ vergentis in ortus Trans gelidum Tanaim.*

Periphra. *Tanaæ Paludes, Scythicæ paludes, Scythica vnda.*

Ouid.Epiſt.6, Illa ſibi à Tanais, Scythicaq; paludibus vnda Quærat, & à patria Phaſidis vſq; virum.

Tānăquĭl. *Claud.* ———— *Latijs mouet ora camœnis Præſcia fatorum Tanaquil.*

Tānărūs. *Con.Cel.4.Car.Od.4, Quà maris fertur trifidus ſub vndas Viſtulæ gurges; Tanarusq; præceps, Et Mœnus vaſtis finibus receptus Exoneratur.*

Tantălĭdēs. uide *Agamemnon & Menelaus*, quorum auus fuit Tātalus. Vocatur quoq; Neſtor *Tantalides* ab Oui.11.Met.fab.5.

A ſe Tantalides onus, inuidiamq; remouit; Argolicosq; duces medijs conſiſtere caſtris Iuſsit, & arbitrium litis traiecit in omnes.

Tantălus. *Ouid.3.Eleg. Proditor in medio Tantalus amne ſitit.*

Periphraſ. *Pater Pelopis, Pelopis parens.*

Ouid.

Ouid. in Ibin, *Poma pater Pelopis præſentia quærit, & idem*
Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis.
Idem Epiſt. 8, *Tu quoq; habes proauū Pelopen, Pelopiſq; parētē,*
Si melius numeres, à Ioue quintus eris.

Tărănis. Lucan. lib. 1, *Et Taranis Scythiæ non mitior ara Dianæ.*

Tărĕntŭm, vel Tarentus. Virg. 2. Georg. *Saltus & ſaturi petito longinqua Tarenti.*
Hor. li. 1. Epiſt. *Sed vacuum Tybur placet, aut imbelle Tarentū.*
Sidon. *Ipſaq; quæ petij trepidauerat vncta Tarentus.*
Oui. 15. Met. fab. 1, ———————— *Lacedæmoniumq; Tarentum*
Præterit, & Sybarim, Salētinumq; Neæthum.

Tarquinĭŭs. Virg. 8. Aen. *Necnon Tarquinium eiectum Porſenna iubebat*
Accipere, ingentiq; vrbem obſidione premebat.
Oui. Faſto. *Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat*
Regna; vir iniuſtus, fortis ad arma tamen.

Tarrācō. Mant. ———————————— *illum Romana videbit*
Tarraco, ſolenni pompa conſcendere ad aras.

Tătĭŭs. Virg. 8. Aen. ———— *Subitoq; nouum conſurgere bellum*
Romulidis, Tatioq; ſeni, Curibuſq; ſeueris.
Oui. 14. Met. fab. 10, *Occiderat Tatius, populiſq; æquata duobus*
Romule iura dabas.

Tătĭi. Propert. lib. 2, *Qui quærit Tatios veteres, duroſq; Sabinos.*

Taurŏmĭnos. Oui. 4. Faſt. *Hymeram & Didymen, Agrigentaq;, Tauromineq;,*
Sacratumq; Melam, paſcua læta boum.

Tāÿgĕtă, æ. nymphæ nomen.
Ouid. 4. Faſt. *Neptuno Halcyonem, & te formoſa Celæno*
Maian & Electran, Taygetamq; Ioui.

Tāÿgĕtē, es. ſidus cœleſte eſt.
Virg. 4. Georg. *Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum*
Pleias.
Oui. 3. Met. fab. 8, *Taygetenq; Hyadaſq; oculis, Arctonq; notaui.*

Tāÿgĕtă, orum. & Tāÿgĕtŭs. utroque modo dicitur, & ſic eſt mons Laconiæ.
Virg. 2. Georg. *Sperchiuſq; & virginibus bacchata Lacænis*
Taygeta; ô qui me gelidis in vallibus Æmi
Siſtat.

Sabell. *Taygetúsq; virens,nec non Cerealis Hymettus.*

T ante E.

Tĕānūm. Hor.1.Epiſt. ——— *cras ferramenta Teanum Tolletis fabri.*

Tĕgĕāă. Oui.8.Met.fab.7, *Oeclides,nemorisq; decus Tegeaa Lycai.*

Tĕgĕāūs vide Pan.

Tegyreius.vide Apollo.

Tĕlămōn, Oui.7.Met.fab.9, ——— *occurrunt illi Telamonq; , minorq; Quàm Telamon,Peleus,& proles tertia Phocus.*

Hic habuit fratres,Pelea patrem Achillis & Phocum,qui omnes *Aeacidæ* uocantur,quia Æaci fuerunt filij.

Oui.7.Met.fab.9, *Aeacidæ longo iuuenes poſt tempore viſum Agnouere tamen Cephalū,dextrasq; dederūt, Inq; patrii duxere domum.*

Tĕlămōnĭădēs. Telamonij hoc eſt, Aiacis filius. Vel per Epentheſin intelligitur ipſe Aiax.

Oui.13.Met.fab.1; *Nec Telamoniades etiā nūc hiſcere quicquā Audet.*

Tĕlămōnē creatus. uide *Aiax.* qui & Telamonius uocatur.

Oui.12.Met.fab.5, ——— *ſoli Telamone creato, Laërtaq; fuit tantæ fiducia laudis.*

Idem 13.Met.fab.1, *Finierat Telamone ſatus, vulgiq; ſecutum Vltima murmur erat.*

Tĕlămōnĭūs.vide Aiax.

Tĕlĕbŏās. Oui.12.Met.fab.5, ——— *Chthonius quoq; Teleboasq; Enſe iacent noſtro:ramum prior ille biſurcū Geſſerat,hic iaculum.*

Tĕlĕbŏă. Virg.7.Aen. ——— *quem generaſſe Telon Sebetide Nympha Fertur,Teleboum Capreas quum regna teneret Iam Senior.*

Tĕlĕgŏnūs. Ouid. *Et iam Telegoni,iam mœnia Tyburis vdi Stabant,Argolicæ quæ poſuére manus.*

Idem 3.Faſt. *Inter Aricinos,Albanaq; tempora conſtat, Factaq; Telegoni mœnia celſa manu.*

Tele-

Tēlĕmăchŭs.Ouid.Epiſt. *Tres ſumus imbelles numero,ſine viribus vxor,*
Laerteſq́; ſenex,Telemachuſq́; puer.

Tēlĕmŭs. Oui.13.Met. *Telemus Eurymides,quem nulla feſellerat ales,*
Terribilem Polyphemū adit,lumenq́; quod vnū
Fronte geris media,rapiet tibi,dixit,Vlyſſes.

Tēlĕphŭs. Oui.12.Met.fab.3,*Vel quum purpureus populari cæde Caycus*
Fluxit,opuſq́; meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.

Hic periphraſticôs appellatur *Lyrneſius heros.*

Oui in Ibin, *Aut vt Abantiades,aut vt Lyrneſius heros,*
Caſus in æquoreas præcipiteris aquas.

Tĕlĕſtēs. Oui.9.Met.fab.10,*Inter Phæſtiadas quæ laudatiſſima formæ*
Dote fuit virgo,Dictæo nata Teleſte.

Tĕlĕthūſă. Oui.9.Met.fab.9,*Sed tamen vſq́; ſuum vanis Telethuſa maritū*
Solicitat precibus,ne ſpem ſibi ponat in arcto.

Idem ibidem,———— *Pars ô Telethuſa mearum,*
Pone graues curas,mandataq́; falle mariti.

Tĕmĕſē. Oui.15.Met. *Thurinoſq́; ſinus,Temeſemq́;,& Iapygis arua.*

Stat.li.1.Sil. *Et queis ſe totis Temeſe dedit hauſta metallis.*

Tĕnĕdŏs. Virg.2.Aen. *Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama*
Inſula,diues opum,Priami dum regna manebāt,
Nunc tantùm ſinus & ſtatio maleſida carinis.

Tēnŏs. Oui.7.Met.fab.9,*At nō Oliaros,Didymæq́;,et Tenos,& Andros,*
Et Gyaros,nitidæq́; ferax Peparethos oliuæ,
Gnoſſiacas iuuere rates.

Tĕrēntĭŭs.

Tĕrēntŭm, Mart. *Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento.*

&

Terentus. Idem li.4.Epiſt.*Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet.*

Tērĕus,Tērĕs,in genitiuo,& *Tereos.*

Virg.11.Aen. *Tereaq́;,Harpalycūq́; et Demophoōta,Chrominq́;*

Oui.6.Met.fab.8,*Artificem medijs immittam Terea flammis.*

Idem eod.fab.5,*Vt volucre ambæ,voluiſti tu quoq́; Tereu.*

Virg.6.Eclog. *Aut vt mutatos Terei mutauerit artus.*

Mart.li.1.Epiſt.———— *qui ſcribit prandia crudi*
Tereos,aut cœnam crude Thyeſte tuam.

Idē li.4.Epi.75,*Flet Philomela nefas inceſti Tereos,& quæ*

Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Per Periphraſ. uocatur *Rex Odryſius*, hoc eſt, Threicius, quia in Thracia regnauit.

Oui.6.Met.fab.4, At rex Odryſius quamuis ſeceſſit ab illa.

Tĕrpsĭcŏrē, Virgilius, vel Terpſichore. *Terpſichore affectus cithara mouet, imperat, auget.*

Tĕrsĭlŏchŭs.Vir. 6.Aen. *——— quos ille omnes longo ordine cernens*
Ingemuit, Glaucumq́, Medōtaq́, Terſilochumq́.

Tĕtrĭcă. Virg.7.Aen. *Qui Tetricæ horrenteis rupes, montemq́ Seuerū, Caſperiamq́ colunt.*

Tĕthȳs, yos. Neptuni coniunx, & mater Nympharum.

Virg.1.Georg. Teq́ ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.
Oui.2.Met.fab.1, Ne ferar in præceps Tethys ſolet ipſa vererī.
Idem 5.Faſt. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,
Qui terram liquidis quà patet, ambit aquis.

Tēutātēs. Lucan.lib.1, Et quibus immitis placatur ſanguine duro
Teutates, horrensq́ feris altaribus Heſus.

T ante H.

Thābŏr. Buch.Pſal.89, ——————— Aquilo tibi ſeruit & Auſter;
Thabor, & occiduum qui condit vertice ſolem,
Quiq́ rubet radijs Hermon tepefactus Eois
Lætitia exultant.

Thăbrātă. Iuuen.Sat.10, ——— vmbriferos vbi pandit Thabrata ſaltus.

Thāĭs. Propert.lib.4, Sed potius blandi Thais precioſa Menandri.

Thălămŭs. Ouid.10, ——————————— ſine coniuge cælebs
Viuebat, thalamiq́ diu conſorte carebat.
Pont. Non rixam cultus thalamus, non culcitra litem.

Thălēs. Sidon. Thales Mileto genitus vadimonia damnat.

Thălīă. Virg.Eclog.6, Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra, nec erubuit ſiluas habitare Thalia.
Ouid.5.Faſto. Finierat voces Polyhymnia, dicta probarunt
Clioq́, & curuæ ſcita Thalia lyræ.

Thălĭārchŭs. Hor.1.Car.Od.9, Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum dyota.

Thămy-

Thăm y̆rās, *Oui.in Ibin,* *Vt duo Phinidæ, quibus idem lumen ademit,*
ſiue *Qui dedit & Thamyræ, Demodociq́; caput.*

Thăm y̆ris. *Mant.* *Qui pictam propero Thamyra mōſtrare tabellā.*
Virg.12.Aen. *Iamq́; neci Stheneluq́; dedit Thamyrimq́; Polūq́;.*

Thăsŏs. *Stat.lib.1.ſil.* *Non huc admiſſa Thaſos aut vndoſa Caryſtos.*

Thĕānŭs. *Virg.10.Aen.* *————— comitemq́; vnà quem nocte Theano*
In lucem genitore Amyco dedit, & face prægnās.

Thēbă. *Virg.in Aetn.* *Nunc iuuat Ogygijs circundata mœnia Thebis.*
Oui.3.Met.fab.8, *At nunc à puero Thebæ capientur inermi.*
Idem 7.Met.fab. *Protinus Aonijs immiſſa eſt belua Thebis.*
Idē 15.Met.fab.1, *Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?*

Periphraſt. uocantur *Mœnia Cadmi*; nam Cadmus eas in Bœotia condidit, unde & *Cadmeæ* à Propertio dicuntur.

Ogygia mœnia.
Mant. *Et ſacer Oiclides vertenda ad mœnia Cadmi.*
Propert. *Quum tibi Cadmeæ dicuntur Pontice Thebæ.*

Thēbăïs, idis. gentile fœmini.
Oui.6.Met.fab.1, *———————— paretur, & omnes*
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant.

Thēbānī, Hi ab Ogyge rege qui Thebas reſtaurauit, *Ogygidæ* & *Ogygij* uocantur.

Et *Labdacidæ*, à Labdaco rege ſuo.

Appellantur quoq; *Iſmenij*, & *Mulieres Iſmenides.*
Oui.3.Met.fab.vlt. *Turaq́; dāt, ſanctaſq́; colūt Iſmenides aras.*
Idem 4.Met.fab.pri. *Placatus mitiſq́; rogant Iſmenides adſis.*

Thēlĕmŭs. *Ouid.13.Met.* *Thelemus Eurymedes quem nulla fefellerat ales.*

Thĕmīllă. *Virg.9.Aen.* *Priuernū Capys, hunc primo leuis haſta Themillæ*
Strinxerat, ille manum proiecto tegmine demēs.

Thĕmĭs, ĭdĭs. *Oui.1.Met.fab.10,* *Corycidas Nymphas & numina mōtis ado-*
Fatidicāq́; Themin, quæ tūc oracla tenebat. (rat,
Idē eod.fab.11, *Dic Themi qua generis damnū reparabile noſtri*
Arte ſit, & merſis fer opem mitiſſima rebus.

Thĕōn, ōnis.

Thēră. *Callimach.* *Nomine Calliſte primum, ſed poſt modò Thera*
Dicta fuit tellus, vrbis origo meæ.

Thĕrāpnæ. *Stat.li.3.Theb.* *Tanareūq́; cacumen, Apollineaſq́; Therapnas.*

Thēridămās, canis nomen.
Oui.3.Met.fab.5, Proxima Theridamas, Oreſitrophos hæſit in armo.

Thērmŏdŏōn. Oui.2.Met.fab.2, Thermodoonq́; citus, Gāgesq́;, & Phaſis, & Iſter.

Thērmŏphy̆læ. Catul. Lymphaq́; in Oetheis malia Thermophylis.

Thērēus. Oui.12.Met.fab.5, Thereaq́; Aemonijs qui prenſos montib. vrſos
Ferre domum viuos, indignanteſq́; ſolebat.

Thērōn, ōnis. Virg.10.Aen. Occiſo Therone virum, qui maximus vltrò
Aeneam petit.
Idem canis nomen.
Oui.3.Met.fab.5, Nebrophonosq́; valens, & trux cū Lælape Theron.

Thērsītēs. Oui.13.Met.fab.1, —— & auſus erat reges inceſſere dictis,
Therſites etiam per me haud impunè proteruus.

Thēstŏrĭdēs, uide *Calchas, antis*, qui Theſtoris fuit filius, & augur Græcus.
Oui.12.Met.fab.1, ——— at veri prouidus Augur
Theſtorides, vincemus ait, gaudete Pelaſgi.

Thēsēus, ei. & eos. Virg.6.Aen. ——— ſedet, æternumq́; ſedebit
Infelix Theſeus, Phlegiasq́; miſerrimus omnes
Admonet.
Oui.8.Met.fab.7, Sparſerat Argolicas nomen vaga fama per vrbes
Theſeos, & populos quos diues Achaia cepit.
Idem 12.Met.fab.5, Haud tulit vtentem pugnæ ſucceſſib. vltra
Theſea Demolion.

Hic Ægei fuit filius, unde per Antonomaſiam uocatur *Aegides*.
Oui.8.Met fab.4, Protinus Aegides rapta Minoide Chiam
Vela dedit, comitemq́; ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit.
Ab Athenis, patria ſua, uocatur *Cecropides*.
Oui.8.Met.fab.9, ——— ſuccede meis, ait, inclite tectis,
Cecropide, nec te committe rapacibus vndis.

Phædram Minois & Paſiphaes filiam uxorem habuit, unde *Paſiphaës gener* appellatur.

Oui.in Ibin, Quæq́; precor fiant, vt non mea dicta, ſed ille
Paſiphaës generi verba fuiſſe putet.

Thēsēis.

Thēsēïs. Poema eſt Theſei geſtas res & facinora complectens.

Iuuena.Sat.1,Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

Thēsīdæ. *Virg.2.Georg.Præmiaq́, ingentes pagos,& compita circum*
Theſidæ poſuere;atq́, inter pocula læti.

Thēsīdēs.vide Hippolytus.

Ouid.Epiſt.4,Theſides,Theſeusq́, duas rapuere ſorores.

Periphraſticòs appellatur *Heros Theſeius.*

Oui.15.Met.in pri.——— quoties flenti Theſeius heros
Siſte modū dixit;nec enim fortuna querēda
Sola tua eſt;ſimiles aliorum reſpice caſus;
Mitius iſta feres.

Item, *Amazone natus,* quoniam Hippolyta fuit Amazon.

Idem eod.fab.1,——————— & Amazone natus
Haud aliter ſtupuit.

Item, *Nepos Aethræ.*

Ouid.in Ibin, Vtq́, nepos Aethræ Veneris moribundus ob iram,
Exul ab attonitis excutiaris equis.

Thēſprōtī. *Lucan.lib.3, Theſproti,Dryopesq́, ruunt.*
populi.

Thēſsălī, & *Theſſalides.* *Oui.12.Met.fab.5,Clara decore fuit proles Elateia Cænis,*
Theſſalidum virgo pulcherrima.

Quum Theſſalia olim dicta fuerit Æmonia, per *Aemonios* & *Aemonias,* inhabitatores Theſſaliæ intelligemus.

Oui.7.Met.fab 3,Aemoniæ matres pro natis dona receptis
Grandæuiq́, ferunt patres.

Thēſsălĭă. *Lucan.lib.8, Etſi Theſſaliæ bellum ciuile peractum eſt.*
Oui.Epiſt.6, Littora Theſſaliæ reduci tetigiſſe carina
Diceris,auratæ vellere diues opis.

Hæc olim à monte Æmo,cui propinqua eſt, *Aemonia* dicta fuit.

A Trachina ciuitate Theſſalię, *Trachinia tellus* appellatur.

Oui.11.Met.fab.7,Expulſumq́, domo patria Trachinia tellus
Accipit.

Periphraſ. *Aemoniæ oræ* uocatur.

Oui.Epiſt.6, Nuper ab Aemonijs hoſpes mihi Theſſalus oris
Venerat,& tactum vix bene limen erat.

Pars Theſſaliæ eſt.Pyrrhæa à Pyrrha:unde per ſynecdochē ſic dicit.

Oui.6.Met.fab.4,——————— Pyrrhæaq́ littora tangit.

Thēſtĭădēs. vide Meleager.

Thēſtĭădă.vide Plexippus,& Toxeus.

Thēſtĭăs.vide Althæa.

Oui.8.Met.fab.9, Stipes erat,quem quum partus enixa iaceret
Theſtias,in flammā triplices poſuere ſorores.

Thēſtŏrĭdēs.vide Calchas,antis.

Thēſtȳlĭs. Virg.Eclog.2, Theſtylis & rapido feſsis meſſoribus æſtu.

Thĕtĭs,ĭdĭs. Mater Achillis.

Virg.1.Georg. Non tepidum ad ſolem pennas in littore pādunt
Dilectæ Thetidi halcyones.

Oui.11.Met.fab.Namq́ ſenex Thetidi Proteus prædixerat vdæ.

Per Antonomaſiam appellatur *Nereis,* pen.indifferenti.

Oui.11.Met.fab.6,Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu.
Idem 12.Met.fab.Sed memor admiſsi Nereida colligit orbam.

Per Metonymiam,quia Nerei filia fuit,accipitur pro ipſo mari.

Virg.4.Eclog. Quæ tentare Thetin ratibus,quæ cingere muris
Oppida,quæ iubeant telluri infindere ſulcos.

Obſeruare debent adoleſcentes,non leuiter eſſe curādam orthographiam, quæ quàm ſit neceſſaria atq; obſeruatu digna,quantum ponderis in ſe contineat ad proſodiam cognoſcendam,ex his duobus uocabulis tantùm, manifeſtiſsimum erit: *Tethys,yos.* de quo paulò ſuperius, & *Thetis,idis*: ut uideatis & orthographia & quantitate & inflectione,denique ſignificatione quoque plane differunt.Iſta ex dictantis ore ſcribens,facillimè confundet, etiam ex doctioribus aliquis:ſed ſi quantitatem utriuſq; probè nouerit,errare facilè non poterit.

Virg.1.Georg. Teq́ ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.
Oui.11.Met.fa.6, Quāuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes.

Iuppi-

Iuppiter, æquoreæ Thetidis connubia vitat.

Illa Neptuni uxor, hæc Nerei ſilia fuit, utraq; pro mari abuſiuè accipitur, ut ſuprà oſtenſum eſt.

Thēudŏtŭs. Ouid. in Ibin, Quam tulit à ſæuo Theudotus hoſte necem.

Thīŏdămās. Statius, Inſignem fama, ſanctoq; Melampode cretum
Thiodamanta volunt.

Thŏāctēs. Oui. 5. Met. fab. 1, ———— regiſq; Thoactes
Armiger, & cæſo genitore infamis Agyrtes.

Thŏāntēă. vide Diana.

Thŏās. Virg. 10. Aen. ———— ſaxo ferit ora Thoantis,
Oſſaq; diſpergit cerebro permiſta cruento.
Oui. 1. Triſt. Ele. 8, Narratur Pyladen ipſe probaſſe Thoas.
Idem Epiſt. En ego Minoo nota Thoante feror.

Thŏmўrĭs. Stroz. Pat. Magnanimã Thomyrim, fortẽ propone Camillã.

Thōnĭs. Ex Græco Homeri.
Quæ Polydãna dedit, Thonis clariſſima coniunx.

Thoon, ōnĭs. Oui. 13. Met. fab. 1, Exitioq; dedi cum Pheridamante Thoona.

Thŏŭs. canis nomen.
Oui. 3. Met. fab. 5, Et Thous & Cyprio, velox cum fratre Lyciſca.

Thrācēs. Virg. 3. Aen. Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.

Hi dicuntur ab Iſmaro monte *Iſmarij.*

Appellantur quoq; *Odruſæ, Odryſæ, & Odryſij.*

Oui. 6. Met: 4, At rex Odryſius quamuis ſeceſſit ab illa,
Aeſtuat, & repetens faciem, motuſq;, manuſq;.

Item uocantur *Edonij*, uel *Edoni*, à monte Edon: &, mulieres, *Edonides matres*; & *Ciconum nurus.*

Oui. 11. Met. fab. 1, Protinus in ſiluis matres Edonidas omnes
Quæ videre nefas, torta radice ligauit.

Thrācĭă, & Thrācē, ēs. Oui. 6. Met. fab. 4, ———— grata ta eſt ſcilicet illis
Thracia, Dijs æquè grates egere, diemq;.
Idem 2. Epiſt. Armiferam Thracem qui regat, alter erit.

Compoſit. *Samothracia.* Pars illa Thraciæ quæ uerſus Samum uergit.

Virg.

Virg.7.Aen. Threiciáq; Samū,quæ nunc Samothracia fertur.

Thrăsĕā. *Mart.li.1.Epig. Quod magni Thraſea, conſummatiq; Catonis.*

Thrăsŭs. *Ouid.in Ibin, Prædáq; ſis illis,quibus eſt Latonia Delos,*
Ante diem rapto non adeunda Thraſo.

Thrăsȳllŭs. *Ouid.in Ibin, Vtq; vel Eurydamas ter circum buſta Thraſylli,*
Eſt Lariſſæis raptus ab hoſte rotis.

Thrăsȳmē-nŭs. *Sil.lib.4,* ———— *Stagnis Thraſymenus opacis.*

Thūlē. *Virg.1.Georg.* ———— *tibi ſeruiat vltima Thule.*
Claud. ———— *& procul axe remotam*
Inſolito belli tremefecit murmure Thulen.

Hæc Inſula etiã *Tyle* à quibuſdam ſcribitur. Eſt autem in Oceano magno ſeptentrioni ſubiecta.

Con.Cel.3.Car.Od.6, Præteruolabo littora Baltica,
Viſamq; ſtantes fluctibus Orcades,
Vltraq; Tylen,quæ gelato
Inſula in Oceano reperta eſt.

Thȳăs. *Virg.4.Aen. Bacchatur, qualis commotis excita ſacris*
Thyas,vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho
Orgia.
Val.Flac. ———— *Bœotia qualem*
Thyas,& infelix cuperet vidiſſe Citheram.

Thȳădēs. *Stat.li.12.Theb.* ———— *quales Bacchæa ad bella vocatæ*
Thyades amentes.

Thȳbrĭs. *Virg.10.Aen. Aſſaraciq; duo,& ſenior cum Caſtore Thybris.*

Thȳmĕlē. *Mart.li.1.Epi. Quà Thymelen ſpectas,deriſoremq; Latinum,*
Illa fronte,precor,carmina noſtra legas.

Thȳŏnĕus. *vide Bacchus.*
Oui.4.Met.fab.pri. Additus his Nyſeus, indetonſusq; Thyoneus.

Thȳrē. *Papinius, Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.*

T ante I.

Tĭbărēnī. *Val.Flac.lib.5, Inde Gerenæi rupem Iouis, hinc Tibarenûm*
Dant virides poſt terga lacus, vbi deſide mitra
Fœta ligat,partuq; virum fouet ipſa ſoluto.

Tibē-

Tĭbĕrĭs. *Oui.2.Faſt.* *Albula quē Tiberim merſus Tiberinus in vndis*
Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis.

Tĭbĕrīnŭs. *Ouid.4.Faſt.* *Oſtia contigerat, qua ſe Tiberinus in altum*
Diuidit, & campo liberiore natat.

Tĭbūllŭs. *Ouid.2.Eleg.* *Dicentur numeri culte Tibulle tibi.*

Tĭcīnŭs. *Philoſoph.* *Quaq; patet Ticinus nitida perlucidus vnda.*

Tĭgrānēs. *Lucan.lib.5,* *Tigranemq; meū, nec Pharnacis arma relinquas.*

Tĭgris, is. & idis. pro flumine.
Virg.Eclog.1, *Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Ti-* *(grim.*
Lucan.lib.3, *Quaq; caput rapido tollit cum Tigride magnus*
Euphrates.

Tĭmālphēs.

Tĭmāuŭs. *Virg.Eclog.8,* *Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui.*
Idem 1.Aen. *Regna Liburnorū, & fontem ſuperare Timaui.*
Petrar. ———— *calidusq; Aponus, gelidusq; Timauus*
Iam ſpacijs aquis aberant.

Tĭmætēs. *Virg.12.Aen.* *Et ſternacis equi lapſum ceruice Timœten.*

Tĭmōlŭs *Oui.11.Met.fab.3,* *Nec ſatis hoc Bacho eſt, ipſos quoq; deſerit a-*
Cūq; choro meliore, ſui vineta Timoli. *(gros,*

Tĭmōthĕus. *Virgilius,* *Et ſternacis equi lapſum ceruice Timotheus.*

Tĭphy̆s. *Virg.4.Eclog.* *Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argos*
Delectos heroas: erunt etiam altera bella.
Oui.Epiſt.6, *Quid mihi cum Minyis? quid cū Tritonide pinu?*
Quid tibi cum patria nauita Tiphy mea?

Tīrēsĭās. *Oui.3.Met.fab.6,* *Illa negat: placuit quæ ſit ſententia docti*
Quærere Tireſiæ.
Iuuen.Sat.13, *Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe Deorū*
Illa negat: placuit quæ ſit ſententia docti
Quærere Tireſiæ.
Sidonius, *Sed ſi Tireſias tam læti prouidus augur.*

Periphraſes.

Oui.in Ibin, *Qualis erat poſtquam eſt iudex de lite iocoſa*
Sumtus, Apollinea clarus in arte ſenex.

Tīry̆nthĭă. *Oui.6.Met.in princ.* *Amphitryon fuerit, quū te Tirynthia cepit.*

Tīry̆nthĭŭs, vide Hercules.
Virg.7.Aen. ———— *poſtquam Laurentia victor*

Geryone

Geryone extincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenoq; boues in flumine lauit Iberas.

Per Periphraſ. *Tirynthius heros.*

Oui.7.Met.fab.8, Eſt via decliuis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraq; diem.

Tiſămĕnēs. Oui.in Ibin, Vt fuit Oetæo quondam, generoq; draconum
Tiſameniq; patri, Calliroësq; viro.

Tisĭphŏnē. Virg.3.Georg. Sæuit & in lucem Stygijs emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone; morbos agit antè, metumq;.
Hor.1.Ser.Sat.—— Hecaten vocat altĕra ſæuam
Altera Tiſiphonem.
Oui.4.Met.fab.6, Tiſiphone canos, vt erat turbata, capillos
Mouit, & extantes deiecit ab ore colubros.

Tītān, vide Sol.

Tītānĭă, uide *Diana,* quæ Titanos creditur fuiſſe filia.
Oui.1.Met.fab.11, Coniugis augurio quanquã Titania mota eſt,
Spes tamen in dubio eſt.
Idē 3.Met.fab.4, Dumq; ibi perluitur ſolita Titania lympha.

Titanis, vide Luna.

Tithōnĭă, vide Aurora.

Tithōnŭs. Virg.1.Georg. —— aut vbi pallida ſurgit
Tithoni croceum linquens aurora cubile
Propert.lib.2, At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectam.
Horatius, Longa Tithonum minuit ſenectus.

Titius. Ouid.3.Faſt. Nec quiſquam inuita faciet bene vincula plãta
Pallade, ſit Titio doctior ille licet.

Titus. Sidonius, Atq; Sagittifero mœnia fracta Tito.

Titўrŭs. Virg.1.Eclog. Nos patriam fugimus, tu Tityre lĕtus in vmbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſiluas.

Tityŭs. Virg.6.Aen. Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnũ
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur; roſtroq; immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens.
Oui.1.de Ponto, Sic inconſumtum Tityi ſemperq; renaſcens
Non perit, vt poſſit ſæpe perire iecur.

T ante

T ante L.

Tlēpŏlĕmŭs.Oui.12.Met fab.5,Prælia Tlepolemus Pylio referente dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore.

T ante M.

Tmărŭs. *Virg.9.Aen.* *Et præceps animi Tmarus,& Mauortius Hemō.*
Tmōlĭă. *Oui.4.de Pont.Africa quot ſegetes,quot Tmolia celſa racemōs.*
Tmōlŭs. *Virg.1.Georg.* ——*nonne vides croceos vt Tmolus odores,*
India mittit ebur,molles ſua tura Sabæi.
Idem 2.Georg.Sunt & Aminææ vites,firmiſſima vina,
Tmolus & aſſurgit quibus,& rex ipſe Phanæus.
Ouidius, ——————*vrget arduus alto*
Tmolus in aſcenſu,cliuoq; extenſus vtroq;
Sardibus hinc,paruis illinc finitur Hipæpis.

T ante O.

Tŏlēnŭs. *Oui.6.Faſt.* *Exitus acceſſit verbis,flumenq; Toleni*
Purpureum miſtis ſanguine fluxit aquis.
Tomi,orum.
Tŏmītă. *Oui 1.Triſt.Ele.2,Neſcio quos videā poſitos vt in orbe Tomitas.*
Tonans & Altitonans,vide Iehoua.
Tōngĭlĭānŭs.Mart.li.12.Epi.89,Tōgilianus habet nasū:ſcio,nō nego:ſed iā
Nil præter naſum Tongilianus habet.

T ante R.

Trăchās. *Oui.15.Met.in princ.Antiphataq; domus,Trachasq; obſeſſa pa-*
Trachinia tellus,vide Theſſalia. *(lude.*
Trăchīnĭŭs,vide Ceyx.
Oui.11.Met.fab.7,——*hunc contra placido Trachinius ore*
Talibus alloquitur:media quoq; commoda plebi
Noſtra patent Peleu.
Trāsĭŭs. *Hor.2.Ser.Sat.2,Et fruſtra mortis cupidum quum deerit egēti*
Aes laquei precium:iure,inquis,Thraſius iſtis
Iurgatur verbis.
Trĕbĭă. *Lucan.lib.2,* *O miſeræ ſortis,quod non in Punica nati*
Tempora

Geryone extincto, Tirynthius attigit arua,
Tyrrhenoq́; boues in flumine lauit Iberas.

Per Periphraſ. *Tirynthius heros.*

Oui. 7. Met. fab. 8, Eſt via decliuis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraq́; diem.

Tiſamĕnēs. Oui. in Ibin, Vt fuit Oetao quondam, generoq́; draconum
Tiſameniq́; patri, Calliroësq́; viro.

Tiſiphŏnē. Virg. 3. Georg. Sauit & in lucem Stygijs emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone; morbos agit antè, metumq́;.
Hor. 1. Ser. Sat. ———— *Hecaten vocat altera ſauam*
Altera Tiſiphonem.
Oui. 4. Met. fab. 6, Tiſiphone canos, vt erat turbata, capillos
Mouit, & extantes deiecit ab ore colubros.

Tītān, vide Sol.

Tītānĭă, uide *Diana*, quæ Titanos creditur fuiſſe filia.
Oui. 1. Met. fab. 11, Coniugis augurio quanquā Titania mota eſt,
Spes tamen in dubio eſt.
Idē 3. Met. fab. 4, Dumq́; ibi perluitur ſolita Titania lympha.

Titanis, vide Luna.

Tithōnĭă, vide Aurora.

Tithōnŭs. Virg. 1. Georg. ———— *aut vbi pallida ſurgit*
Tithoni croceum linquens aurora cubile
Propert. lib. 2, At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectam.
Horatius, Longa Tithonum minuit ſenectus.

Tĭtĭūs. Ouid. 3. Faſt. Nec quiſquam inuita faciet bene vincula plātæ
Pallade ſit Titio doctior ille licet.

Tītŭs. Sidonius, Atq; Sagittifero mœnia fracta Tito.

Tītўrŭs. Virg. 1. Eclog. Nos patriam fugimus, tu Tityre lētus in vmbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſiluas.

Tĭtўŭs. Virg. 6. Aen. Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnū
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur; roſtroq́; immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens.
Oui. 1. de Ponto, Sic inconſumtum Tityi ſemperq́; renaſcens
Non perit, vt poſsit ſæpe perire iecur.

T ante

T ante L.

Tlēpŏlĕmŭs. Oui.12. Met fab.5, Prælia Tlepolemus Pylio referente dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore.

T ante M.

Tmārŭs. Virg.9. Aen. Et præceps animi Tmarus, & Mauortius Hamō.
Tmōliā. Oui.4. de Pont. Africa quot ſegetes, quot Tmolia celſa racemōs.
Tmōlŭs. Virg.1. Georg. —— nonne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua tura Sabæi.
Idem 2. Georg. Sunt & Aminææ vites, firmiſſima vina,
Tmolus & aſſurgit quibus, & rex ipſe Phanæus.
Ouidius, ———————— vrget arduus alto
Tmolus in aſcenſu, cliuoq́ extenſus vtroq́
Sardibus hinc, paruis illinc finitur Hipæpis.

T ante O.

Tōlēnŭs. Oui.6. Faſt. Exitus acceſſit verbis, flumenq́ Toleni
Purpureum miſtis ſanguine fluxit aquis.

Tomi, orum.
Tŏmītă. Oui 1. Triſt. Ele.2, Neſcio quos videā poſitos vt in orbe Tomitas.
Tonans & Altitonans, vide Iehoua.
Tŏngĭlĭānŭs. Mart. li.12. Epi.89, Tōgilianus habet nasū: ſcio, nō nego: ſed iā
Nil præter naſum Tongilianus habet.

T ante R.

Trăchās. Oui.15. Met. in princ. Antiphatæq́ domus, Trachasq́ obſeſſa palude.
Trachinia tellus, vide Theſſalia.
Trăchīnĭŭs, vide Ceyx.
Oui.11. Met. fab.7, ——— hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquitur: media quoq́ commoda plebi
Noſtra patent Peleu.
Trăsĭŭs. Hor.2. Ser. Sat.2, Et fruſtra mortis cupidum quum deerit egēti
Aes laquei precium: iure, inquis, Thraſius iſtis
Iurgatur verbis.
Trĕbĭă. Lucan. lib.2, O miſeræ ſortis, quod non in Punica nati
Tempora

Tempora cannarum fuimus, Trebiaq́, iuuentus?

Trĕbōnĭūs. *Hor.1.Ser.Sat.4,* *Ne ſequerer mœchas, conceſſa cum Venere uti*
Poſſem, deprenſi non bella eſt fama Treboni.

Trĕbŭlă. *Mart.* *Trebula nos genuit, commendat gratia duplex.*

Trĕuĕri, populi Germaniæ.

Lucan.lib.2, *Tu quoq́ lætatus conuerti prælia Treuir.*

Trĕuĕris.

Ciuitas Alemaniæ (ueluti nūc idiomate & ditionibus propagata eſt) tam uetuſtate quàm amplitudine par: Nā Archiepiſcopalem ſimul & Septemuirilem Electoriam ſedem, iam inde ab initio Germanici imperij ſortita, tam illuſtris dignitatis Antiſtitem, Principem & Dominum nunc habet D. à Leyen. Atqui ante Chriſtum ſaluatorē natum numerat paulo plus minus ſupra mille ſexcentos annos. Præterea rerum deſiderandarum, ut paucis complectar, affluentia, ſanè quàm bene decorata eſt.

Con.Celt.in Epod. *Treueris vetuſta, & ditior Colonia,*
Et Salceburgum, Magdeburg, Moguntiā.

Idē 3.Car.Od.16, *Ad Moſam imperium ſtatuentes,*
Quà Metis et Treueris nūc ſurgunt mœnib. altis,
Imperiumq́ ferunt modò noſtrum.

Trīcē, urbs Cretæ eſt.

Seneca, *Parua Cortyna, ſterilisq́ Trice.*

Trīcă, urbs Appuliæ.

Mart.lib.14, *Sunt Apina, Triceq́, & ſi quid vilius iſtis.*

Trīgēllă. *Pont.* *Vnde fluit gelidus ſalebroſo fonte Trigella.*

Trīnăcrĭă. *Virg.3.Aen.* ———— *ſic deniq́ victor*
& *Trinacria fines Italos mittēre relicta.*

Trīnăcrĭs. *Oui.5.Met.fab.7,* *Ingrataſq́ vocat, nec frugum munere dignas,*
Trinacriam ante alias, in qua veſtigia damni
Repperit.

Idem eod.fab.5, *Vaſta Gigantæis ingeſta eſt inſula membris*
Trinacris, & magnis ſubiectum molibus vrget.

Idem 2.Faſt. *Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor*
Trinacris, à poſitu nomen adepta loci.

Trĭōnēs. *Virg.1.Aen.* *Arcturum pluuiaſq́ Hyadas, geminoſq́ Triones.*

Ouid.2.

Oui.2.Met. *Tum primum radijs gelidi caluere triones.*

Triopēis. *Oui.8.Met.fab.16, Aſt ubi habere ſuā trāsformia corpora ſenſit,*
Sæpe pater dominis Triopeida tradit: at illa
Nūc equa, nūc ales, modò bos, modò ceruus abibat,
Præbebatq́; auido non iuſta alimenta parenti.

Triōpēius, vide Eriſichthon.

Oui.8.Met.fab.13, Nec tamen idcirco ferrum Triopeius illa
Abſtinuit, famulosq́; iubet ſuccidere ſacrum.

Triphōn. *Mart.lib.13.Epi.3, Et faciet lucrum bibliopola Triphon.*

Tripŏdēs. *Polit.* *Carmen, Apollinei tripodes, laurusq́; locutæ.(das,*

Triptŏlĕmus. *Oui.5.Met.fab.9, Triptolemus nomen, veni nec puppe per vn-*
Nec pede per terras, patuit mihi peruius æther.

Periphraſis.

Virg.1.Georg. ———— *vnciq́; puer monſtrator aratri.*

Item, *Mopſopius iuuenis*, hoc eſt, ex Attica, quum Attica Mopſopia uocetur.

Oui.5.Met.fab.9, ———— *rurſusq́; per aëra iuſsit*
Mopſopium iuuenem ſacros agitare iugales.

Trithēmius. Primùm Abbas fuit Spanheimenſis, poſt modò S. Iacobi apud Herbipolim, uir omni ſcientiarum genere excultiſs. quidem, ſed Monachus, mihi ita acceptus, & ob lucubrationes, (quæ quale fuerit uitę eius curriculum ſatis oſtendunt) ita gratus, ut ſolus mihi inſtar omnium quotquot nunc ſunt, eſſet, reliquos omnes inferis relicturus, ſi alter Trithemius noſtro ſeculo daretur.

Con.Celt.3.Car.Od.28, Talis Moſellæ natus ad vuidas
Ripas, canendus Trithemius meus,
Quem fontibus veſtris rigatum
Muneribus varijs beaſtis.

Tritonia, vide Minerua.

Tritōn. *Virg.1.Aen.* *Cymothoë ſimul & Triton adnixus acuto*
Detrudunt naues ſcopulo.

Oui.1.Met.fab.10, Cæruleum Tritona vocat.

N *Mant.*

Mant. *Proteus & Triton pater, Aeolus, humida Doris.*
Oui. Epiſt. 7. *Cæruleus Triton per mare curret equis.*
Pamph. *Per freta piſce ſedens madidus nat cærula Tritõ.*
Tritones. *Virgilius,* *Tritonesq́; citi, Phorciq́; exercitus omnis.*
Trītōnis, ĭdŏs. vide Minerua.
Idem quod Tritonia, ſeu Minerua.
Triuia, id eſt, Diana, uide *Diana.*
Virg. 6. Aen. ——— *atq; unà Phœbi, Triuiaq́; ſacerdos.*
Idem ibidem, Tum Phœbo & Triuiæ ſolido de marmore tẽpla
Inſtituam, feſtosq́; dies de nomine Phœbi.
Trōădēs, vide Troiani.
Trōăs, ădis. uel *Troias, iadis.* & quod idem eſt, *Trōiă.*
Virg. li. 6. Aen. Phœbe graues Troiæ ſemper miſerate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela, manusq́;
Oui. 12. Met. fab. 1, Troia iacet, ſed erit noſtri mora lõga laboris.
Idem Epiſt. 1, Troia iacet certè Danais inuiſa puellis;
Vix Priamus tanti, totaq́; Troia fuit.
Periphraſ. *Sigæia tellus,* & *Mœnia Phœbi,* uocat Ouid.
Oui. Epiſt. 1, Hac ibat Simois, hic eſt Sigæia tellus,
Hic ſteterat Priami regia celſa ſenis.
Idem eadem, Vtiliùs ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi;
Iraſcor votis heu leuis ipſa meis.
Trōiānī, qui & *Troes,* & *Troiugenæ* à Troia denominantur.
Virg. 9. Aen. *Troianos hæc monſtra petunt, his Iuppiter ipſe*
Auxilium ſolitum eripuit.
Virg. 9. Aen. *Et iam collecti Troës glomerantur eodem*
Et conferre manum, & procedere longius audẽt.
Idem 8. Aen. *Troiugenas & tela vides inimica Latinis.*
Iidem ab Æneа rege *Aeneadæ* appellantur.
Virg. 1. Aen. *Defeſſi Aeneadæ, quæ proxima littora curſu*
Contendunt petere, & Lybiæ vertuntur ad oras.
Idem 10. Aen. *Aſt legio Aeneadum vallis obſeſſa tenetur.*
Et *Teucri,* à Teucro Rege.
Virg. 9. Aen. *Nec Trepidate meas Teucri defendere naues.*
Oui. 13. Met. fab. 10, Inde recordati Teucros à ſanguine Teucri
Ducere principium.

Anchi-

Anchiſiadæ item, ab Anchiſe Æneæ patre, Rege ipſorum.
Iliaci quoq;, ab Ilio monte & Regia arce, ſeu ciuitate Troiadis.
Phryges, à Phrygia regione & patria ipſorum.

Virg.9 Aen. ——————nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges præ ſe iactant reſponſa deorum.

Troës uerò uocantur à Troe Erichthonij filio.

Oui.Epiſt.1, *In te fingebam violentos Troas ituros.*

A Laomedonte, *Laomedontiadæ* dicuntur.
A Dardano *Dardanidæ* uocantur.

Virg.1.Aen. *Talibus Ilioneus, cuncti ſimul ore fremebant*
Dardanidæ.

Patronymicum fœmininum eſt *Troades.*

Virg.5.Aen. *At procul in ſolo ſecretæ Troades actæ*
Anchiſen flebant. (ra.

Oui.13.Met.fab.4, *Troia vale, rapimur clamant; dāt o cula ter*
Troades, & patriæ fumantia tecta relinquunt.

Troïlus. Virg.1.Aen. *Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis.*
Trōs, Trōis, vide Troiani.

T ante V.

Tūbingă, Vrbs Germaniæ, in ſolo Vuirtenbergico, illuſtriſs. Ducis Vuirtenbergici imperio ſubiecta, florentiſsima Academia celebris, utriſq; doctiſsi. repullulans.

Tūbingēnsēs, ciues uocantur.

Con.Celt.3.Car.Od.24, *Te Tubingenſis veneratur vltrò,*
Et colit multo Baſilæa honore,
Teq; mirantur tua qui diſerta
Scripta reuoluunt.

Tūdērs, ērtis, uel *Tudertum, ti.*

Sil.lib.4, *Et Gradiuicolam celſo de colle Tudertem.*

Tūrīngī, qui & *Tūrōgī* à quibuſdam uocantur.

Con.Cel.3. Car.Od.6, *Me Sueuus acer, Francus & horridus,*
Turogus errans Hercinio iugo,
Cheruſcus, & ſauus Sicamber,
Cūm Phryſiis, relegentq; Cauci.

Turius. *Hor 2.Serm.Sat.1,Grande malũ Turius,ſi quis ſe iudice certet.*
Tutenus. *Pamph.* *Ferrea peltatus Ceſa Tutenus egit.*

T ante Y.

Tyaneius incola,vide Cappadoces.
Oui.8.Met.fab.12, ——— *oſtendit adhuc Tyaneius illic*
Incola de gemino vicinos corpore truncos.
Tyberinus. Virg.7.Aen. *Atq; hic Aeneas ingentem ex aquore lucum*
Proſpicit,hunc inter fluuio Tyberinus amœno
Verticibus rapidis,& multa flauus arena.
In mare prorumpit.
Tyberis, *Virg.1.Georg.* *Qui Thuſcũ Tyberim,et Romana palatia ſeruat.*
*& Tybris,*ut ex ſequentib.exemplis patet.
Oui.15.Met.fab.1,Apenninigenæ quæ proxima Tybridis vndis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Fluuius hic olim Albula fuit dictus.
*Tybris,*proprium uiri.
Virg.8.Aen. *Tum reges,aſperq; immani corpore Tybris,*
A quo poſt Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus:amiſit verum vetus Albula nomen.
Oui.2.Met.fab.2,Cuiq; fuit rerum permiſſa potentia, Tybrim.
Tybur. *Virg.7.Aen.* *Tela nouant,Atina potens,Tyburq; ſuperbum*
Ardea,Cruſtumeniq; & turrigeræ Antemnæ.
Mant. *Ad Præneſtis agros & amœni Tyburis arcem.*
Tyburtius. *Virg.7.Aen.* *Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,*
Fratris Tyburtij dictam cognomine gentem.
*Tydides,*uide *Diomedes,*qui Tydei fuit filius.
Virg.11.Aen. *Nunc & Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiſcunt,*
Nunc & Tydides,& Lariſſaus Achilles.
*Tydei nurus,*uide *Aegiale,*Diomedis uxor,& maxima ſalaciſsimaq; adultera.
Tydeus. *Oui.in Ibin,* *Nec tibi contingat matrona pudicior illa,*
Qua potuit Tydeus erubuiſſe nuru.
Stat.lib.4, ——— *patria ciet agmina gentis*
Fulmineus Tydeus.

Tyndaridæ.vide Caſtor & Pollux.

Tyndarĭs.vide Helena & Clytemneſtra.

Tyndarus, *Ouid.in Ibin,Tam quoq; dĳ faciant poſſis gaudere fideli*
vel *Coniuge,quàm Talai,Tyndareiq; gener.*
Tyndărĕūs.

Tўphæ̆ūs. *Ouid.3.Met.* *Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa.*

Tўphĭs. *Mant.* *Illic Scriptus erat Typhis Pagaſæus & Argo.*

Tўphōĕūs. *Virg.8.Aen.* *Nec te vllæ facies,non terruit ipſe Typhoëus,*
Arduus,arma tenens.
Oui.3.Met.fab.6,Nec quo Cētimanum deiecerat igne Typhoëa
Lucan.lib.4, *Conditur Inarimes æterna mole Typhoëus.*
Mant. ———————— *dixere priores*
Eſſe ſub ardenti tellure Typhoëa clauſum
Atq; Gigantæo flammas accendere flatu.

Tўphōn,ōnis.Oui.2.Faſt. *Terribilem quondam fugiens Typhona Dione.*

Tўrēs,æ. *Virg.10.Aen.* *Te fugiens,fratremq; Tyren;curruq; volutus*
Cedit ſemianimis Rutulorum calcibus arua.

Tўrĭī. *Vir.1.Aen.* *Quippe domū timet ambiguā,Tyriosq; bilingues.*
Idem eodem,Punica regna vides,Tyrios & Agenoris vrbem.
Hi quoq; *Pœni* & *Agenoridæ* dicuntur.

*Tўrō.*uirgo quædam.
Propert.lib.7,Vobiſcum eſt Iope,vobiſcum candida Tyro.

Tўrrhēnĭă. *Oui.14.Met.fab.4,Concurrit Latio Tyrrhenia tota,diuq;*
Ardua ſolicitis victoria quæritur armis.

Tўrŭs. *Oui.15.Met.in pri.Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa Pharoq;*
vel *Et Phœniſſa Tyros,quarum nunc Inſula nul-*
Tўrŏs. *la eſt.*
Pamph. *Murice quam tinxit luxurioſa Tyros.*
Buch.Pſal.45, ———————— *& illa*
Vndarum regina Tyrus te murice & auro
Accumulans colet.

Tўrūs. *Oui.3.Met.fab.8,Vóſne ſenes mirer,qui longa per æquora vecti*
A' Tyro,hac profugos poſuiſtis ſede penates.
Hæc olim *Sarra* fuit dicta.

CLASSIS SECVNDAE,

ORDO XIX.

De quantitatibus nominum propriorum incipientium ab

V

V ante A.

Văgēnī.	*Silius,*	*Tum pernix Ligur, & ſparſi per ſaxa Vageni.*
Vălēntĭă.	*Mant.*	*Barcion, & riguis genioſa Valentia campis.*
Vălĕrŭs, ſeu Vălĕrĭŭs.	*Virg.10.Aen.*	*Quem tamẽ haud expers Valerus virtutis auitæ Deijcit: Atronium Salius, Saliumq́; Neacles.*
Vāngĭōnēs.	*Lucan.li.1,*	*Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis Vangiones Batauiq́; truces.*
Vărĭŭs.	*Hor.2.Ser.Sat.8,*	*Sũmus ego, et prope me Viſcus Turinus, et infra, Si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone..*
Vārŭs.	*Virg.Eclog.6,*	*Quam ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen.*
	Idem Eclog.9,	*Nam neq́; adhuc Varo videor, nec dicere Cinna Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.*
Văſcōnēs.	*Iuuen.Sat 15,*	*Vaſcones, vt fama eſt, alimentis talibus vſi.*
Vātĭcānŭs.	*Iuuen.Sat.6,*	*Et Vaticano fragiles de monte patellas.*
Vătĭcānŭs.	*Hor.1.Car.Od.*	*——————— vt paterni Fluminis ripæ, ſimul & iocoſa Redderet laudes tibi Vaticani Montis imago.*
Vătīnēſſă.	*Mart.li.4.Ep.*	*Et paruæ vada pura Vatineſſæ.*

V ante

V ante C.

Vcălĕgōn.	*Virg.2.Aen.*	*——— Iam proximus ardet* *Vcalegon, Sigæa igni freta lata relucent.*

V ante E.

Vĕiānĭūs.	*Hor.1.Ep.1,*	*——— Veianius armis* *Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro,* *Nec populum extrema toties exoret arena.*
Vĕlĭă.	*Hor.1.Ep.15,*	*Quæ ſit hyems Veliæ, quod cœlum Valla Salerni,* *Quorum hominum regio, & qualis via.*
Vĕlīnă.	*Hor.1.Ep.6,*	*——— Hic multum in Fabia, valet ille Velina,* *Cuilibet hic faſces dabit, eripietq́; Curules.*
Vĕlīnī.	*Virg.7.Aen.*	*——— audijt amnis* *Sulphurea Nar albus aqua, fonteſq́; Velini.*
	Idem ibid.	*Qui Nomentum vrbem, qui roſida rura Velini,* *Qui Tetricæ horrentes rupes.*
Vĕlĭtrĕ.	*Mant*	*Iam Latij Romam caput, Ouiferaſq́; Velitras.*
Vĕnāfrūm,	*Pamph.Sax.*	*Illita Palladio viridis lactuca Venafro.*
vel	*Mart.lib.13,*	*Hoc tibi Campani ſudabit bacca Venaphri.*
Vĕnāphrūm.		
Vĕnēdēs.	*Con.Cel.3.Car.Od.6,*	*Cantabit, huic & proxima Scandia,* *Veltæ, Venedes & Bruteni,* *Vandalus & Gothus, Illyriſq́;*
&		
Vĕnĕdēs.	*Idē li.4.Car.Od.4,*	*Vel furens denſis Boreas pruinis,* *Plectra concuſſit ſua flabra iactans,* *Inde per Veltas, Venedeſq́; crudos* *Murmura ſpargens.*
Vĕnĕtī.		
Vĕnīlĭă.	*Virg.10.Aen.*	*Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater.*
Vĕnŭlūs.	*Virg.8.Aen.*	*Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,* *Qui petat auxilium & Latio conſiſtere Teucros.*
	Oui.14.Met.fab.4,	*At Venulus fruſtra profugi Diomedis ad vrbē* *Venerat; ille quidē ſub Iapyge maxima Dauno* *Mœnia condiderat, dotaliaq́; arua tenebat.*

Venus. *Virg.in Epig.Nec Veneris,nec tu vini capiaris amore,*
Vno namq; modo vina Venusq; nocent.
Mant. *Mater adulterij Venus eſt,ſtupriq; repertrix.*

Per Antonomaſiam uocatur *Aphrodite & Aphrodiſia,Cyprogenia,Cytherea & Cythereia,& Cythereis,Erycina.*

Virg.4.Aen. ——————— *non aduerſata petenti*
Annuit,atq; dolis riſit Cytherea repertis.
Oui.4.Met.fab.4,Exigit iudicij memorem Cythereia pœnam.
Ouid.2.Amo.Quid geminas ſine fine meos Erycina dolores?
Idem 4.Met.fab.5,Mercurio puerum diua Cythereide natum
Naiades Idæis enutriuere ſub antris.

Periphraſticōs uarie circumſcribitur. Vocatur namq; *Acidalia mater,Mater Dionæa,*à Dione matre ſua.*Deſpuma nata, Dea Gnidia, Diua potens Cypri, Mater aquoſa, Mater cupidinum,Regina Gnidi Paphiq;, Mater Amorum,Diua edita ſalſis fluctibus,Mater amantium.*

Virg.1.Aen. ——————————— *at memor ille*
Matris Acidaliæ,paulatim abolere Sichæum
Incipit,& viuo tentat præuertere amore.
Virg.3.Aen. *Sacra Dionææ matri,diuisq; ferebam.*
Pont. *Et lætum Gnidiæ deæ nitorem.*
Hor.1.Car.Od.3,Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ,lucida ſidera.
Idem eo.Od.19,Mater ſæua cupidinum
Thebanæq; iubet me Semeles puer.
Ouid.Epiſt.3, Tu mihi iuratus per numina matris aquoſæ,
Vtile dicebas ipſe fuiſſe capi.
Oui.Epiſt.7, Præcipuè quum læſus amor;quia mater amorum,
Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.
Con.Cel.2.Car.Od.5,O diua ſalſis edita fluctibus,
Feruentorum mater amantium,
Suſpirijs cogens nocentes
Nos iterum renouare flammas.

Vergiliæ.vide Pleiades.

Vērōnă.

Vērōnă.	*Ouid.*	*Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.*
	Mart.lib.10,	*Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo.*
Vēsēuŭs.	*Virg.7.Aen.*	———————— *vicina Veſeuo Ora iugo.*
	Mant.	*Et quæ flammiuomi pariunt arbuſta Veſeui.*
Vĕsŭlŭs.	*Virg.10.Aen.*	———— *multos Veſulus quem Pinifer annos Defendit.*
Vēsūuiŭs.	*Mart.li.4.Ep.*	*Hic eſt Pampineis viridis Veſuuius vmbris.*
Vĕtŭlōniă.	*Sil.lib.8,*	*Mæoniaq́; decus quondam Vetulonia gentis.*

V ante F.

Vfēns. *Virg.7.Aen.* ———————— *gelidusq́; per imas*
Quærit iter valles, atq́; in mare voluitur Vfens.

V ante I.

Vĭbīdiŭs. *Hor.2.Ser.Sat.8,* *Inuertunt Aliphanis Vinaria tota*
Vibidius, Balatroq́; ſecutis omnibus imis.

Viēnnă, urbs Galliæ, & item Germaniæ Auſtriacæ, inuictiſs. Germanorum Imperatorum regia ampliſsima, eorumq́; Palatio auguſtiſsimo inſignita.

Auſon. *Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.*

Vīndĕlĭcī. *Con.Celt.3.Car.Od.6,* *Hinc Lancoſargus, Cauptus & Herulus,*
Et Gepidarum terra patentior,
Buſactores, & Marte ſæui
Vindelici, relegentq́; Rheti.

Virbius, vide Hippolytus.

Vīrgĭlĭŭs. *Ipſe de ſeipſo, 4.Georg.* *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat*
Parthenope ſtudijs florentem ignobilis oci,
Carmina qui luſi paſtorum, audaxq́; iuuenta
Tityre tu patulæ cecini ſub tegmine fagi.

Mart.li.11.Ep. *Rara vel æterno proxima Virgilio.*
Cognomento uocatur *Maro, ōnis.*

Auſon. *Altiſonumq́; iterum fas eſt didiciſſe Maronem.*
Appellatur quoq́; *Minciades.*

media in *Hor.1.Car.Od.33,* *Libertina fretis acrior Adriæ*
obliquis *Curuantis Calabros ſinus.*
indiffer. *Idē 2.Epiſt.2,* *Quid vici proſunt,aut horrea? quidúe Calabris*
Saltibus adiecti Lucani? ſi metit Orcus
Grandia cum paruis,non exorabilis auro?
Călēdōnĭŭs,Mart. *Nuda Caledonio ſic pectora præbuit vrſo,*
a,um. *Non falſa pendens in cruce Laureolus.*
Idem, *Quinte Caledonios Ouidi viſure Britannos.*
Lucan.lib.6, *Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.*
Călĕfāctŭs,a,um.vide Faciens.
Cālēns. *Virg.12.Aen.* *Concurrunt Itali,ſpoliantq́; calentia membra.*
Oui.12.Met.fab.3,Cuius vt impoſuit profecta calentibus aris,

Et dijs acceptus penetrauit in æthera nidor:
Sacra tulere ſuam, pars eſt data cætera menſis.

Călēnŭs,a,um. *Hor.1.Car.Od.20,* *Cæcubum, & prelo domitam Caleno*
Tu bibes uuam, mea nec Falernæ
Temperant vites, neq; Formiani
Pocula colles.

Idem eod.Od.31, *Premant Calena falce, quibus dedit*
Fortuna vitem: diues & aureis
Mercator exiccet culullis
Vina Syra reparata merce.

Călĭdŭs,a,um. *Virg.9.Aen.* *Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen.*

Călĭdiſsĭmŭs. *Lucret.* *Spicea ſerta gerit calidiſsima ſolibus æſtas.*

Călīgāns. *Virg.4.Georg.* *Et caligantem nigra formidine lucum*
Ingreſſus.
Mant. *In tenebris lateat ſub caligante barathro.*

Călĭgātŭs,a,um. *Iuuenalis,* ——— *veniam caligatus in agros.*

Călīgĭnōſŭs,a,um. uide in *Oſus* deſinentia, in ord. *O.*

Căllăĭcŭs,a,um. *Mart.li.4.Epig.* *Nec quæ Callaico limantur auro.*

Căllĭpărăŭs,a,um.

Călōrĭfĭcŭs,a,um. vide Faciens.

Călȳdōnĭăcŭs,a,um. *Manil.* *Et Calydoniacam bellantem rupe puellam.*

Călȳdōnĭŭs,a,um. *Oui.15.Met.fab.5,* *Quàm modò Tydidæ Calydonia vulneret haſta.*

Cămūrŭs,a,um. *Virg.3.Georg.* ——— *& camuris hirtæ ſub cornibus aures.*
Mant. ——— *camuris ſtygiam de naribus hauſtā*
Faucibus expirant longis.

Cănănēĭŭs. *Buch.Pſal.135,* *Regnaq; non vni Cananeia ſubdita ſceptro.*

Cănănæŭs,a,um. *Mant.* ——— *vbi defundet Cananæus Ioſeph.*

Căndĭdŭlŭs,a,um.

Căndĭdŭs,

Cāndĭdŭs,a,um.

Cāndĭdĭ-ŏr,ius. *Virg.1.Eclog.* *Candidior poſtquam tondenti barba cadebat.*

Cānēns,ēntĭs. A *Caneo,* quod eſt, Canus fio.

Virg.10.Aen. *Dum canit & mæſtum Muſa ſolatur amorem,*
Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam.

Cănēns,ēntĭs. *Vir.9.Aen.* *Talia iactantem dictis,ac dira canentem*
à Cano. *Non tulit Aſcanius.*

Idem 10.Aen. *Fata canens ſiluis genitor celarat Haleſum,*
Vt ſenior letho canentia lumina ſoluit.

COMPOSITA

[*Ăccĭnēns.*]

[*Cōncĭnēns.*]

[*Prăcĭnēns.*]

[*Rĕcĭnēns.*]

Deriuatur etiam hinc *Vātĭcĭnāns.*

Ouid.2.de Pont. Eleg.1, *Iam nunc hac à me, iuuenum belloq́; togaq́;*
Maxime,dicta tibi vaticinante nota.

Deducitur preterea hinc particula *Canus,* uel *Cinus,* cum ſuis compoſitis: ut,

[*Fātĭcānŭs,a,um.* uel, *Fātĭcĭnŭs,a,um.*]

Oui.9.Met.fab.7, *Hac vbi faticano venturi praſcia dixit*
Ore Themis.

Idem 15.Met.fab.——————*ſic dicere vates*
Faticinasq́; ferunt ſortes.

[*Mōrtĭcĭnŭs,a,um.*]

Cănīnŭs,a,um. *Mart.li.5.Epig.61,Non deerunt tamen hac in vrbe forſan*
Vnus vel duo,tréſue,quatuórue,
Pellem rodere qui velint caninam,
Nos hac à ſcabie tenemus vngues.

Cănōpĭcŭs,a,um. *Pru.in Periſt.Nec tenebris adoperta fuit,*
Regna Canopica quum fugeret,
Et ſuper aſtra pararet iter.

Cănōrŭs,a,um. *Virg.6.Aen. Threicia fretus cithara,fidibuſq; canoris.*
Ouid.3.Met. ———— *quum bellicus are canoro*
Signa dedit tubicen.
Hor.2.Epiſt.2,I nunc,& verſus tecum meditare canoros.

Cantabrius,a,um.

Cāntābrĭcŭs,a,um.Hor.1.Epiſt.18,Militiā puer,& Cātabrica bella tuliſti.

Cānŭs,a,um.Vir.1.Georg. Vere nouo gelidus canis quum montibus humor
Liquitur,& Zephyro putris ſe gleba reſoluit.
Idem 2.Georg.Frigora nec tantum cana concreta pruina.
Oui.3.Triſt.Eleg. Tempus & in canas ſemen producit ariſtas.

COMPOSITA

[*Incanus,a,um.*]

[*Præcanus,a,um.*]

Virg.3.Georg. ———— *noſce crines,incanaq; menta.*
Hor.1.Epiſt.20,Corporis exigui,præcanum,ſolibus aptum.

Cănŭſīnātŭs,a,um. *Mart.li.9.Epig. Vt Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.*

Cănŭſīnŭs,a,um. *Iuuen.Sat.6, Paſtores & ouem Canuſinam, vlmoſq; Falernas.*

Căpānēŭs,a,um. *Stat.8.Theb.* ———— *Capaneaq; pinus*
Iam procul Aonijs volet agnoſcenda cateruis.

Căpēllĭānŭs,a,um.Mar.li.11.Epi.32,Hinc cellarius experitur artes,

Vt condat vario vafer ſapore
In ruta folium Capelliana.

Căpēnŭs,a,um. *Virg.7.Aen.* *Hi Soractis habent arces, Flaminiaq; arua;*
Et Cymini cum monte lacum, lucosq; Capenos.

Căphārēŭs,a,um. *Prop.lib.3,* *Saxa triumphales fregére Capharea puppes,*
Naufraga quum vaſto Gracia tracta ſalo eſt.

Căpĭēndŭs,a,um. *Virg.4.Georg.* *Hic tibi, nate, prius vinclis capiendus, vt omnem*
Expediat morbi cauſam.

COMPOSITA

[*Ăccĭpĭēndŭs,a,um.*]

[*Cōncĭpĭēndŭs,a,um.*]

[*Dēcĭpĭēndŭs,a,um.*]

[*Īncĭpĭēndŭs,a,um.*]

[*Prǣcĭpĭēndŭs,a,um.*]

Et quæ à uerbis frequentatiuis deriuantur: ut,

[*Prǣcĭpĭtāndŭs,a,um.*]

Căpĭēns.

COMPOSITA

[*Ăccĭpĭēns.*]

Virg.2.Aen. ——————— *ſtupet inſcius alto*

Acci-

Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor

[*Cōncipiēns.*]

[*Dēcipiēns.*]

[*Excipiēns.*]

[*Īncipiēns.*]

Virg.11.Aen. ———— *namq; omnis eum ſtipata tegebat*
Turba ducum ſic incipiens hortatur ouantes.

[*Ōccipiēns.*]

[*Prācipiēns.*]

Huc ſunt quoq; referenda quæ à frequentatiuo themate deſcendunt:ut,

[*Prācipitāns.*]

Virg.6.Aen. *Pracipitans traxi mecum,maria aſpera iuro.*

Hinc fit particula compoſitiua *Cipuus*,de qua compoſi. iſta formantur:

[*Excipuus,a,um.*]

[*Prācipuus,a,um.*]

Virg.5.Aen. *Ipſis pracipuos ductoribus addit honores.*

Eſt & hinc particula *Ceps*, à qua compoſ.ueniunt,

[*Ānceps,cipitis.*notæ quantitat.]

Virg.3.Aen. *Tum verò ancipiti mentem formidine preſſus*
Obſtupui.

[*Mūniceps.*]

Mart.li 10.Epi.87, Agrippæ tumidus negotiator
Cadmi municipes ferat lacernas.

Iuuen.Sat.4, Iam princeps equitum magna qui voce ſolebat
Vendere municipes facta de merce ſiluros.

[*Et Mūnĭcĭpālĭs,e.*]

Mart.li.1.Epi.146, Egiſti vitam ſemper, Line, municipalem,
Qua nihil omnino dulcius eſſe poteſt.

[*Pārtĭcēps.*]

Oui.2.de Pont.Eleg.5, Te iuuenum princeps, cui dat Germania nomen,
Participem ſtudij Cæſar habere ſolet.

[*Et Pārtĭcĭpālĭs,e.*]

[*Prĭncēps.*]

[*Et prĭncĭpālĭs.*]

[*Vēſtĭcēps,cĭpĭtĭs.*]

Auſon. *Idem veſticipites motu iam puberis aui*
Ad mores, arteſq; bonas fandiq; vigorem
Produxi.

Căpīllātŭs, a,um. *Catul.Car.35, Tu præter omnes vne de capillatis*
Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.

Cato, *Fronte capillata eſt, poſt hæc occaſio calua.*

Căpĭtālĭs,e.Hor.1.Ser.Sat.7, ———— *inter*
Hectora Priamiden, animoſum atq; inter Achillē
Ira fuit capitalis, vt vltima diuideret mors.

Căpĭtōlīnŭs, a,um. *Oui.5.Faſt.* *A Capitolino reppulit arma Ioue.*

Căpĭtōsŭs,a,um. quære ſub part. *Oſin.*

CAPVT.

CAPVT.

Sunt etiam alia compoſita à *Caput*: ut

[*Bĭcēps,cĭpĭtĭs.*]

Mant. *Amphiſibena biceps,& formidabilis ictu*
Aſpis.

[*Cēntĭcēps,cĭpĭtĭs.*]

Hor.2.Car.Od.14, Quid mirum? vbi illis carminibus ſtupens
Demittit atras belua centiceps
Aures,& intorti capillis
Eumenidum recreantur angues.

[*Prăcēps,cĭpĭtĭs.*]

Virg.3.Georg.Tum Sol pallentes haud vnquã diſcutit vmbras:
Nec quum inuectus equis altum petit æthera,nec quum
Præcipitem Oceani rubro lauit æquore currum.
Idem eodem, Præcipites alta vitam ſub nube relinquunt.

[*Trĭcēps,cĭpĭtĭs.*]

Oui.8.Met.fab.————————*tuq́, triceps Hecate.*
Pont. *Quosq́, triceps cuſtos procul allatratu arcet ab amne.*
Căprĭgĕnŭs,a,um. quære ſub *Generans.*
Căprīnŭs,a,um.Hor.1.Epiſt.17, Alter rixatur de lana ſæpe caprina.
Cărbăsĕŭs, Virg.11.Aen. ————————*ſinusq́, crepantes*
a,um. *Carbaſeos,fuluo in nodum collegerat auro.*
Tibull. *Poſthac carbaſeis humorem tollere ventis.*
Cărēns,ēntĭs.Virg.6.Aen. Cernit ibi mæſtos,& mortis honore carentes.
Cărĭcĕŭs,a,um.Mant. *Caricea ſuccede caſa,dum præterit æſtus.*
Cărĭcŭs,a,um.Stat.4.Sil.Chartæ Thebaicaue,Caricaue.

Cărĭo-

*Cārĭōſŭs,a,um.*uide in *Oſus* deſinentia,in ord.*O.*

Cārĭſtǣŭs, a,um. *Oui.3.Faſt.* *Quaq; Cariſtæis frangitur vnda vadis.*

Cārnĭuŏrŭs,a,um. quære ſub *Vorans.*

Cārpăthĭŭs,a,um. *Virg.5.Aen.* *——— qui per maria humida nando*
Carpathium,Libycūq; ſecant,ludūtq; per vndas.
Hor.1.Car.Od.35, *——— te dominam æquoris*
Quicunq; Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Cārsĕŏlā-nŭs,a,um. *Oui.4.Faſt.* *——— nam dicere certam*
Nunc quoq; lex vulpem Carſeolana vetat.

*Cārŭs,a,um.*hoc eſt,quod magno eſt precio comparandum.

Caſius,a,um. *Lucan.lib.8,* *——— maneſq; tuos placare licebit*
Et caſio perferre Ioui
Idem lib.10, *Lucifer à caſia proſpexit rupe.*

Caſtilis,idis.

Căſtălĭŭs,a,um. *Virg.3.Georg.* *Sed me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis*
Raptat amor:iuuat ire iugis,quà nulla priorum
Caſtaliam molli deuertitur orbita cliuo.
Auſon. *Paule camœnarum celeberrime caſtaliarum.*
Sil.lib.11, *Pectora caſtalio frangebant carmine.*

Căſtănĕŭs,a,um. *Virg.Eclog.2,* *Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,*
Caſtaneaſq; nuces,mea quas Amaryllis amabat.

Căſtīgātŭs,a,um.

COMPOSIT

[*Incaſtigatus,a,um.*]

Hor.1.Ep.10, *Nec me dimittes incaſtigatum vbi,plura*
Cogere,quàm ſatis eſt,ac non ceſſare videbor.

Caſtoreus,a,um.

Cāsūrŭs,a,um. *Virg.8.Aen.* *Dum bello Argolici vaſtabant Pergama reges*
Debita,caſuraſq; inimicis ignibus arces.
Mart.li.13.Epig.100, *Pendētem ſumma capreā de rupe videbis,*
Caſuram ſperes;decipit illa canes.

Prud.in

Prud.in Periſt. Nam membra parui pendo quo pacto cadant,
Caſura certè lege naturæ ſuæ,
Inſtat ruina quòd reſoluendum eſt ruat.

Cătăgrăphŭs,a,um. Catul.Car.22, Remitte pallium mihi meum, quod inuolaſti,
Sudariumq́ Setabum, catagraphosq́ Thynnos.

Cătăphrāctŭs,a,um. Mant. ——— cataphracta ſequuntur
Agmina.

Cătēnātŭs,a,um. Mart.li.1.Epig. Expectant curaq́, catenatiq́ labores.

Căthĕdrālĭtĭŭs,a,um. Mart.lib.10.Epig.13, Quum cathedralitios portet tibi rheda miniſtros,
Et Libys in longo puluere ſudet equus.

Cāthŏlĭcŭs,a,um. Prud.in Apoth. Plurima ſunt, ſed pauca loquar, ne dira relatu
Dogmata catholicam maculent male prodita linguam.

Cătŭllĭānŭs,a,um. Mart.li.11.Epig.7, Da nunc baſia, ſed Catulliana.

Cătŭs,a,um. Hor.1.Car.Od.10, Mercuri facunde nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More palæſtræ.

Idem 2.Epiſt.2, Poſt hæc ille catus, quantumuis ruſticus ibit.

Căuāndŭs,a,um.

COMPOSIT.

[Excăuāndŭs,a,um.]

Căuāns,āntĭs.

COMPOSIT.

[Cōncăuans.]

[Excăuans.]

[*Excăuāns.*]

[*Rĕcăuāns.*]

Căuātŭs,a,um. *Virg.1.Georg.* *Tunc alnos primum fluuij ſenſére cauatas.*
Idē 2.Georg. *Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis.*
Mant. *Montis in anfractu rupem ſubiere cauatam.*

COMPOSITA

[*Excăuātŭs,a,um.*]

[*Mūltĭcăuātŭs,a,um.*]

Cāucăsēŭs,a,um.
vel
Cāucăsĭŭs,a,um. *Virg.Eclog.6,* *Caucaſiasq; refert volucres,furtumq; Promethei.*
Idē 2.Georg. *Ipſæ Caucaſio ſteriles in vertice ſiluæ,*
Quas animoſi Euri aſſiduè frangūtq; feruntq;.

Căuērnōsŭs,a,um. uide ſub particula *Oſus.*
Cāusābĭlĭs,e. notæ quantitat.

COMPOSITA

[*Excūsābĭlĭs,e.*]

Oui.4.de Pont.El.11, *Gallice crimen erit vix excuſabile nobis,*
Carmine te nomen non habuiſſe meo.

[*Inexcuſabilis,e.*]

Idem 7.Met. *Gratia dijs, felix & inexcuſabile pectus.*
Hor.1.Epiſt.18, *Ac ne te retrahas & inexcuſabilis abſis.*

[*Rĕcūsābĭlĭs,e.*]

Cāuſāns, vel
Cūſāns, āntis,

COMPOSITA

[*Excūſāns.*]

[*Rĕcūſāns.*]

Virg.7.Aen. *Vincla recuſantum, & ſera ſub nocte rudentum.*

Cāuſātōrĭŭs, vel
Cūſātōrĭŭs, a, um.

COMPOSITA

[*Āccūſātōrĭŭs, a, um.*]

Căuŭs, a, um. *Virg.1.Eclog.* *Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.*
Idem 3.Georg. *Pumicibusq́; cauis, exeſaq́; arboris antro.*
Oui.2.Faſt. *Suſtinet impoſitos ſumma cauus alueus vnda.*
Pont. *Nec caua ſulfureis arderent æquora flammis.*

COMPOSITA

[*Cōncăuŭs, a, um.*]

Virg.3.Georg. *Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulſu*
Saxa ſonant.
Oui.4.Met.fab. ———————— *impulſaq́; tympana palmis,*
Concauaq́; æra ſonant.

[*Mūltĭcăuŭs, a, um.*]

Oui.8.

Oui.8.Met.fab.Pumice multicauo,nec leuibus atria tophis
Structa ſubit.

[*Rĕtăŭŭs,a,um.*]

Prud.in Periſt.Candentes,retauum quale nitet ſpeculum.

C ante E.

Cēbălĭŭs. *Aeg.Maſ.* *Purpura Cebalio bis ſaturata cado.*
Cēcrŏpĭŭs, a,um. *Virg.4.Georg.Cecropias innatus apes amor vrget habendi.*
Idem eodem, Cecropiumq; thymū, & graueolētia centaurea.
Hor.2.Car.Od.1, ——— *mox vbi publicas*
Res ordinaris,grande munus
Cecropio repetes cothurno.
Mant. *Et rata Cecropium coram ſe aſtare Solonem.*
Cēdēns. *Virg.3.Aen.* *Arua neq; Auſoniæ ſemper cedentia retrò*
Quærenda.
Idem 12.Aen. *Turnus vt Aeneam cedentem ex agmine vidit.*

COMPOSIT

[*Antecedens.*]

[*Accedens.*]

Hor.2.Epiſt.2,Lenior & melior fis accedente ſenecta?
Hor.3.Car.Od.2,Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

[*Dēcēdēns.*]

Virg.6.Aen. ——— *te amice nequiui*
Conſpicere,& patria decedens ponere terra.
Hor.1.Epiſt.6,Hunc ſolem & ſtellas,& decedentia certis

Tempora momentis, ſunt qui formidine nulla
Imbuti ſpectent.

[*Dīſcēdēns.*]

Virg.8.Aen. *Diſcedens, chlamydemq; auro dedit intertextã.*

[*Ēxcēdēns.*]

Virg,2.Georg.————— *extrema per illos*
Iuſtitia, excedens terris, veſtigia fecit.

[*Īncēdēns.*]

Virg.5.Aen. *At media ſocios incedens naue per ipſos*
Hortatur Mneſtheus.

[*Prǣcēdēns.*]

[*Prōcēdēns.*]

[*Rĕcēdēns.*]

Virg.12.Aen. *Aduerſo proterret equo, ruit ille recedens.*

Cedrifer, a, um. vide Ferens.

Cedrinus, a, um.

Cĕlēbrātūs, a, um. *Virg.5.Aen.* *Hac celebrata tenus ſancto certamina patri.*
Idem 8.Aen. *Ex illo celebratus honos, lætiq; minores*
Seruauere diem.
Mart.li.12.Epi.52, *Tempora Pieria ſolitus redimire corona,*
Nec minus attonitis vox celebrata reis.

Celeber, & lebris, e.

COMPOSITA

[*Concelebris, e.*]

[*Incelebris.*]

[*Incelebris,e.*]

[*Percelebris,e.*]

Cĕlĕr. *Virg.6.Aen.* *Inuaditq́; celer ripam irremeabilis vndæ.*
Idem 12.Aen. ——— *& celeres incognita tranſilit vmbras.*
Ouid.11.Meta.fab. 13, *Inſequitur, celeremq́; metu celer vrget amore.*
Tibull.lib.1.Eleg.2, *Inſedeat celeri conſpiciendus equo.*
Cĕlērrĭmŭs,a,um. *Virg.12.Aen.* *Excipit in latus;& qua ſata celerrima,crudo*
Tranſadigit coſtas,& crates pectoris enſe.
Cĕlĕrāns. *Virg.1.Aen.* *Hac celerans, iter ad naues tendebat Achates.*
Cĕnĕŭs,a,um. *Ouid.9.Met.fab.* *Victor ab Oechalia Ceneo ſacrata parabat*
Vota Ioui.
Cēnīnŭs,a,um. *Propert. libro 4. Eleg. 10,* *Acron Herculeus Cenina ductor ab arce,*
Roma tuis quondam finibus horror erat.
Cēnsōrĭŭs,a,um. *Mart.lib.5.Epig.122,* *Quem cenſoria cum meo Seuero*
Docti lima momorderit Secundi.
Cēntēnŭs,a,um. *Virg.10.Aen.* *It grauis auletes,centenaq́; arbore fluctum*
Verberat aſſurgens.

COMPOSIT

[*Ducentenus.*]

[*Trecentenus.*]

[*Quadringentenus,&c.*]

Cēntēsĭmŭs,a,um.

COMPOSITA

[*Ducenteſimus.*]

[*Trecenteſimus,&c.*]

CENTVM.

Per ſe centum indeclinabile & generis omnis eſt, uariaq; de eo formantur adiectiua, quorũ quædam in *Centi*, & *Genti*, alia uerò in *Ceni* deſinunt. Quæ diuerſitas, ſignificationis quoq; modum uariat. Nam illa cardinalia ſunt, hæc autem diſtributiua. Quanquam poetæ his aliquando abutantur, quod nos hic non curamus, modò quantitas innoteſcat.

COMPOSITA

[*Dŭcēntī,a,a.*]

[*Trĕcēntī,&c.*]

Mart.lib.5.Epig.99, Emta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis.

Idem eod.Epig.147, ———— *an tum deeſſe trecentis,*
Vt poſſet domino plaudere iuſſus eques.

[*Quādrĭngēntī,a,a.*]

Mart.li.5.Epi.24, Quadringentorũ nullæ ſunt, Baſſe, lacernæ.

[*Tri-*

[*Trīcēnī,a,a.*]

Mar.li.1.Epi.100,Bis tibi triceni fuimus,Mancine,vocati,
Et poſitum eſt nobis nil herè præter aprū.

Cēntūmgĕmĭnŭs,a,um.vide Geminus.

Cēphēĭŭs, a,um. *Oui.4.Met fab.11,Aethiopum populos, Cepheaq́; cōſpicit arua.*

Cēphēŭs, a,um. *Prop.li.4.Eleg.6, Ille paludoſos memoret ſeruire Sicambros;*
Cepheam hic Meroen,fuſcaq́; regna canat.

Cērāthēŭs, a,um. *Virg.in Cir. Carpathium fugiens & flumina Cerathea.*

Cērātŭs,a, um. *Oui.11.Met.fab Et leue cerata modulatur arundine carmen.*
Hor.4.Car.Od.2,Pindarum quiſquis ſtudet æmulari,
Iule,ceratis ope Dædalæa
Nititur pennis,vitreo daturis
Nomina Ponto.

Cĕrēālĭs,e. *Virg.1.Georg. Nec non & lini ſegetem Cereale papauer.*
Idem 1.Aen. Tum Cererem corruptam vndis,Cerealiaq́; arma
Expediunt feſſi rerum.

Cĕrĕbrōsŭs,a,um. uide in *Oſus* deſinentia,in ord.*O.*

Cērĕŭs,a, um. *Virgil.2.Eclog. Addam cerea pruna, & honos erit huic quoq́;*
pomo.
Idem 4.Geor.———aulaq́; & cerea regna refigunt.
Hor.in Art. Cereus in vitĭum flecti,monitoribus aſper.

Cērĭtŭs,a, um. *Hor.2.Ser.Sat.3, Hellade percuſſa Marius quum præcipitat ſe,*
Ceritus fuit? An commota crimine mentis
Abſolues hominem.
Mant. *————— nec ad huc Cerita iuuentus*
Sentit onus.

Cērōmātĭcŭs, a,um. *Iuu.Sat.3, Et ceromatico fert niciteria collo.*

Cērŭſsātŭs, a,um. *Mart.li.1.Epig.4,Sic quæ nigrior eſt cadente moro*
Ceruſſata ſibi placet Lycoris.
Idem li.2.Epi.41,Ceruſſata timet Sabella ſolem.
Idem lib.7.Epig. Et ceruſſata candidiora cute.

Cētōsŭs,a,um.Ruff. *Thetyos vndoſa linquunt cetoſa fluenta.*

C ante H.

Chălcĭdĭcūs, a, um.	*Virg. 6 Aen.*	*Chalcidicaq́ leuis tandem ſuperaſtitit arce.*
	Mant.	*Et qui Chalcidicæ vatis tranſcenderet æuum.*
	Stat. 5. Sil.	*Solaq́ Chalcidicæ Cerealia dona coronæ Te ſub teſte tuli.*
Chăōnĭūs, a, um.	*Virg. 3. Georg.*	*Chaonijq́ patris glandes atq́ ardua palma.*
	Idem 3. Aen.	*Littoraq́ Epiri legimus, portuq́ ſubimus Chaonio; & celſam Butroti aſcendimus vrbem.*
Chărĭtēĭūs, a, um.	*Pont.*	*In manibus nemus auricomum, chariteiaq́ arua.*
Charitonius, a, um.		
Chārūs, a, um. i. dilectus.	*Virg. Eclog. 5,*	*Chara deûm ſoboles magnum Iouis incremētum.*
	Idem 2. Aen.	*Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ, Ipſe ſubibo humeris; nec me labor iſte grauabit.*
Chārĭōr, ĭūs.	*Virg. 12. Aen.*	——— *quo non ſuperat mihi charior alter.*
Chārĭſſĭmūs, a, um.	*Idem 8. Aen.*	———— *nec te chariſſime coniux, Incaſſúmue tuos volui exercere labores.*

Vtuntur Poetæ frequentiſsimè uocabulis Græcis Latinè tranſcriptis: idq́ uel propter materiæ, reiq́ à Græcis deſumptæ tractationem & imitationem, quum Græci omnium fabularum effictores aſtutiſsimi ſemper extiterint: uel propter Latinorum uocabulorum inopiam, ubi ſæpenumero materiæ noſtræ conuenientia habere nequimus: idq́ in proprijs quam maximè fit: in quibus fingendis, componendis & conglutinandis Græci omnium ſunt copioſiſsimi, Latini pauperrimi. Quanquam in epithetis excogitandis Latini ne latum quidem digitum ceſſerint. Imitantur proinde Poetæ in his tranſcriptis uocibus, in ſubſtantiuis quidem declinationem Græcam, præcipuè quidē Accuſatiuum & Vocatiuū: in adiectiuis uerò & declinationē & Motionem Græcam. Ex quibus manifeſtè patet, nunquam feliciter & cum fructu uerſari poſſe in Poetis eum, quiſquis Græcę linguæ rudis & inexpertus eſt. Ergo tam piger nullus unquam inueniatur, qui non ſummo

ſtudio enitatur Græca latinis coniungere, & qui non aliquot horas à reliquis ſtudijs ſuffuretur, quas tam excellenti linguæ impendat. Cogitate & perpendite, ô Iuuenes, quàm iucũda hæc ſit, quę etiam ſenes in ſui amorem attraxerit. Cicero aliàs eloquẽtiſsimus, in ſenectute ſua eam addidicit. Quam etiam ego (qui poſtquam Galliam, Hiſpaniam, magnam Germaniæ partem, aliasq́; prouincias ad uigeſimum uſq; ætatis annum ſeruiendo dominis meis peragraui, ſerus ad ſtudia me contuli, & à primis quidem elementis tum demum incipiens, non potui duabus ſufficienter incumbere) ſi Deus opt. Max. uitę ſpacium mihi prolongauerit, non intermittam uel decrepitus eam perdiſcere. Quod ad præſens inſtitutum attinet, ut dictum eſt, Poetæ gręca uocabula mutuantur, tamq; ſubſtantiua quàm adiectiua: ea, ut adoleſcẽtes horum notitiam haberẽt, ſua quaq; Claſſe & ordine addidimus.

Chironomos vel Chironomus, Chironome, Chironomon vel Chironomum. compoſitum adiectiuũ ex χείρ manus, & νόμος lex: quaſi qui manuum legem teneat, hoc eſt qui ſaltando manibus geſticulari & digitis ſclopellos ædere ſciat. Cuiuſmodi ſaltationis genus in Hiſpania in uſu eſt: ubi non ſolùm pedibus ſaltando laborant, ſed & medijs digitis, tangendo pollicem, in uolam curuatam percuſsis, ſclopellos ædunt maximè ſonoros, idq; tam uiri quàm fœmellæ.

Iuuen. Sat. 6, Chironomen Ledam molli ſaltante Batillo
Tuccia veſicæ non imperat.

Idem Sat. 5. Participio uſus eſt, ſed paulò alia ſignificatione: nam hic non ponitur pro eo qui ſaltando, ſed ſcindendo carnes in menſa manus exercet. Et talis ars ſeu exercitatio in aulis Regum & principum hodie maximè frequens eſt.

Structorem interea (ne qua indignatio deſit)
Saltantem ſpectas, & χειρονομοῦντα volanti

Cultello,donec peragat dictata magiſtri
Omnia,nec minimo ſanè diſcrimine refert,
Quo geſtu lepores,& quo gallina ſecetur.

Chīŭs,a,um.Tibul.lib.2, *Nec mihi fumoſos veteris proferre Falernos*
Conſulis,& Chio ſoluite vincla cado.

Chrȳsŏcŏmŭs,a,um. uide *Comans.* E Græco & Latino conflatum eſt hoc compoſ.

C ante I.

Cicur.

Ciēns,ēntĭs.Virg.9.Aen. *Ignaros deinde in muris Martemq; cientes.*

*Cĭlĭābĭlĭs.e.*Inuſitat.

COMPOSITA

[*Conciliabilis,e.*]

[*Reconciliabilis.*]

[*Irreconciliabilis.*]

Item compoſita quę in *Oſus* deſinunt:ut *Superciliosus*,quæ in ord.*O*.reperietis.

Cĭlix,ĭcĭs. *Lucret.lib.2,* *Et quum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt.*
Sil.lib.13, *Hinc Cilicis Tauri ſaxoſa cacumina viſet.*

Cĭlĭſſă. *Oui.in Ibin,* *Nam neq; quot flores Sicula naſcuntur in Hybla,*
Quotue ferat dicam terra Ciliſſa crocos.
Prop.li.4.Eleg.6,Terq; lauet noſtras ſpica Ciliſſa comas.

Obſeruatio.

Licet Gentilia,ut & Patronymica,Subſtantiua ſint,à Poetis tamen adiectiuè ſumuntur,ut hic aliiſq; mille exemplis uidere eſt.

Cinȳphĭŭs,

Cinȳphĭŭs, a,um. Virg.3.Georg. *Nec minus interea barbas, incanaq́; menta Cinyphij tondent hirci.*
Oui.15.Met. *———— Numidasq́; rebelles, Cinyphiumq́; Iubam.*
Idem, *Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas.*

Cinȳrēĭŭs, a,um.

Circūndătŭs, a,um. vide *Datus.*

Circūmflŭŭs, vide *Fluens.*

Circumfuſus, a,um. vide ſimplex, *Fuſus.*

Cīrrātŭs, a,um. Stroz.fil. *———— Cirratarumq́; volucrum Nubila deſpectat.*

Cĭtātūrŭs, a,um.

COMPOSIT.

[*Rĕcĭtātūrŭs, a,um.*]

Mart.li.1.Epig.121, *Quid recitaturus circundas vellera collo? Conueniunt noſtris auribus illa magis.*

Cĭtātŭs, a, um. Virgilius, *Ora citatorum dextra detorſit equorum.*

COMPOSIT.

[*Excitatus, a,um.*]

[*Incitatus.*]

Cĭtēīnŭs, a,um. Propert. *Poſſe Citeinis ducere carminibus.*

Cĭtēĭs, ĭdĭs. Barth. *Farta ſciens commiſſa, Citeida vertit in vrſum.*

Cĭthĕrēĭŭs, a,um. Sil.lib.3, *Hanc ſedem primò Cithereia condidit ales.*

Citimus, a,um.

Citreus, a,um. vel

Cultello,donec peragat dictata magiſtri
Omnia,nec minimo ſanè diſcrimine refert,
Quo geſtu lepores,& quo gallina ſecetur.

Chīūs,a,um.Tibul.lib.2, *Nec mihi fumoſos veteris proferre Falernos*
Conſulis,& Chio ſoluite vincla cado.

Chrȳsŏcŏmūs,a,um. uide *Comans.* E Græco & Latino conflatum eſt hoc compoſ.

C ante I.

Cicur.

Ciēns,ēntis.Virg.9.Aen. *Ignaros deinde in muris Martemq; cientes.*

Ciliābilis.e. Inuſitat.

COMPOSITA

[*Conciliabilis,e.*]

[*Reconciliabilis.*]

[*Irreconciliabilis.*]

Item compoſita quę in *Oſus* deſinunt:ut *Superciliofus,* quæ in ord.*O.*reperietis.

Cilix,ĭcis. *Lucret.lib.2,* *Et quum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt.*
Sil.lib.13, *Hinc Cilicis Tauri ſaxoſa cacumina viſet.*

Cilīſſă. *Oui.in Ibin,* *Nam neq; quot flores Sicula naſcuntur in Hybla,*
Quotue ferat dicam terra Ciliſſa crocos.
Prop.li.4.Eleg.6,Terq; lauet noſtras ſpica Ciliſſa comas.

Obſeruatio.

Licet Gentilia,ut & Patronymica,Subſtantiua ſint,à Poetis tamen adiectiuè ſumuntur,ut hic alijsq; mille exemplis uidere eſt.

Cinȳphiūs,

Cinyphius, a,um.	*Virg.3.Georg.*	*Nec minus interea barbas,incanaq; menta Cinyphij tondent hirci.*
	Oui.15.Met.	*———— Numidasq; rebelles, Cinyphiumq; Iubam.*
	Idem,	*Cinyphia ſegetis citius numerabis ariſtas.*
Cinyreius,a,um.		
Circundatus,a,um.vide Datus.		
Circumfluus,vide Fluens.		
Circumfuſus,a,um.vide ſimplex,Fuſus.		
Cirratus, a,um.	*Stroz.fil.*	*———— Cirratarumq; volucrum Nubila deſpectat.*
Citaturus,a,um.		

COMPOSIT.

[*Recitaturus,a,um.*]

Mart.li.1.Epig.121, Quid recitaturus circundas vellera collo? Conueniunt noſtris auribus illa magis.

Citatus,a, um.	*Virgilius,*	*Ora citatorum dextra detorſit equorum.*

COMPOSIT.

[*Excitatus,a,um.*]

[*Incitatus.*]

Citeinus, a,um.	*Propert.*	*Poſſe Citeinis ducere carminibus.*
Citeis,idis.	*Barth.*	*Farta ſciens commiſſa,Citeida vertit in vrſum.*
Cithereius, a,um.	*Sil.lib.3,*	*Hanc ſedem primo Cithereia condidit ales.*
Citimus,a,um.		
Citreus,a,um.vel		

Citrius,

Citrius,a, um. *Pont.* *Qua nitet auratas Citria ſilua comas.*

Citus,a,um. *Virg.8,Aen.* *Haud procul inde cita Metium in diuerſa quadrigæ*
Diſtulerant.

Idem 11.Aen. *Corripuit ſeſe,& tectis citus extulit altis.*

Hor.2.Car.Od.16, *Abſtulit clarum cita mors Achillem,*
Longa Tithonum minuit ſenectus,
Et mihi forſan,tibi quod negarit,
Porriget hora.

COMPOSIT.

[*Concitus,a,um.*]

Virg.3.Aen. ——————— *ſparſasq́; per æquor*
Cycladas,& crebris legimus freta concita remis.

[*Excitus,a,um.*]

Virg.4.Aen. ——— *qualis commotis excita ſacris*
Thyas,vbi audito ſtimulant trieterica Baccho.

[*Incitus,a,um.*]

Virg.12.Aen. ——— *apicem tamen incita ſummum*
Haſta tulit,ſummasq́; excuſſit vertice criſtas.

Lucret.lib.6, ——————— *validi vis incita venti.*

[*Percitus,a,um.*]

Citus,a,um à Cio. Inuſitatum.

COMPOSIT.

[*Accitus,a,um.*]

Virg.11.

Virg.11.Aen. *Ergo concilium magnum, primoſq́; ſuorum*
Imperio accitos, alta intra limina cogit.
Idem ibidem, Spem ſi quam accitis Aetolum habuiſtis in armis.

[*Ēxcītŭs,a,um.*]

Virg.7.Aen. *Pandite nunc Helicona deæ; cantuſq́; mouete,*
Qui bello exciti reges; quæ quenq; ſecutæ
Compulerint campos acies.

[*Ĭnēxcītŭs,a,um.*]

Virg.7.Aen. *Ardet inexcita Auſonia; atq; immobilibus ante*
Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis.

Cīuĭcŭs,a,um.

Cīuīlis,e. *Virg.6.Aen.* *Atq; vmbrata gerunt ciuili tempora quercu.*
Hor.1.Ep. *Nunc agilis fio, & merſor ciuilibus vndis.*

Ciuilior.

Ciuilius. *Oui.4.Tri.Ele.4,* *Ipſe pater patriæ, quid enim ciuilius illo.*

COMPOSITA

[*Inciuilis,e.*]

C ante L.

Clāmāns, āntis. *Virg.9.Aen.* ——— *donec Rutuli clamantis in ore Condidit aduerſo, & moriens animam abſtulit hoſti.*
Idem 10.Aen. *Intorquens iaculum; clamantis ſiſtit in ore.*

Clāmōsŭs,a,um. uide in ord. *O.* deſinentia in *Oſus.*

Clānculārĭŭs,a,um. *Mart.li.10.Ep.3,* *Quæ ſulfurato nolit emta ramento*
Vatiniorum proxeneta fractorum,
Poëta quidam clancularius ſpargit.

Clāndēſtīnŭs,a,um. *Manil.* *Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma.*

Sili.

Sili.lib.7, *Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.*

Clārisŏnūs,a,um.vide Sonans.

Clārĭūs,a,um. Oui.2.de Art. *Et Paros,& Clario Delos amata Deo.*
Mant. *Hinc Ammonis opus, Clarijq́; oracula Phœbi.*

Clārūs,a,um. Virg 1.Georg. *Et claro ſiluas cernes aquilone moueri.*
Mant.in Cæcilia, *———— patres monet eſſe verendum,*
Ne indecoret linguoſa domos infamia claras.
Hor.2.Ser.Sat.3, *———— Omnis enim res,*
Virtus,fama,decus, diuina,humanaq́; pulchris
Diuitijs parent: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit,fortis,iuſtus, ſapiens etiam,& rex,
Et quicquid volet.

Clārĭŏr,ĭūs Vir.2.Aen. *———— iam per mœnia clarior ignis*
Auditur,propiusq́; æſtus incendia voluunt.

Clārĭſſimūs,a,um. Idem 1.Geor. *———— vos ô clariſſima mundi*
Lumina,labentem cœlo quæ ducitis annum.

COMPOSITA

[*Prǣclārūs,a,um.*]

Virg.4.Aen. *Vrbem præclaram ſtatui,mea mœnia vidi.*

Clāuĭgĕr,a,um.vide ſub Gerens.

Clāusūs, vel Clūsūs,a,um. Mart.li.7.Epi.71, *Sic vincas Nouiumq́; Publiumq́; Mandris,& vitreo latrone cluſos.*
Stat.5.Sil. *———— ſi tu pater omne teneres*
Arbitrium,cæco gemeret mors cluſa barathro.

COMPOSITA

[*Conclūſus,a,um.*]

Exclū-

[*Exclūsūs,a,um.*]

Virg.9.Aen. ———————— *multosq́ ſuorum*
Mœnibus excluſos duro in certamine linquit.

[*Extracluſus.*]

[*Inclūsūs,a,um.*]

Virg.2.Aen. *Incluſos vtero Danaos & pinea furtim*
Laxat clauſtra Sinon.

[*Rēclūsūs,a,um.*]

Virg.3.Aen. *Mons circum,& mugire adytis cortyna recluſis.*
Idem 4.Aen. ———————— *pecudumq́ recluſis*
Pectoribus inhians.

Clēmēns.

COMPOSITA

[*Inclēmēns.*]

Sili.lib.8, ———————— *ſtatq́ humectata Vomano*
Adria,& inclemens hirſuti ſignifer Aſeli.

Clĕōnǣus, a,um. *Lucan.lib.* *Ille Cleonæi proiecit terga leonis.*
Mar.li.1.Epi.140, *Quiq́ Cleonæo ſidere feruet ager.*
Idem li.5.Epi.130, *Rura Cleonæo nunquam temerata Leone.*

Clīnābĭlĭs,e. inuſitatum,à uerbo inuſitato & obſoleto, *Clino.*

COMPOSITA

[*Dēclīnābĭlis.*]

Incli-

[*Īnclinābilis,e.*]

[*Indēclinābilis,e.*]

Clinans. in ſimplici inuſitatum.

COMPOSITA

[*Dēclinans.*]

[*Īnclinans.*]

[*Prōclinans.*]

[*Rēclinans.*]

Sic eſt inuſitatum *Clinatus.*

COMPOSITA

[*Dēclinātus,a,um.*]

[*Īnclinātus,a,um.*]

Virg.12.Aen. ———— *decus,imperiumq́; Latini*
Te penes,in te omnis domus inclinata recumbit.

[*Indēclinātus,a,um.*]

[*Prōclinātus,a,um.*]

Oui.2.Triſt.Ele. Quum cœpit quaſſata domus ſubſidere,partes
In proclinatas omne recumbit onus.

Hinc

Hinc etiam deriuatur particula *Clinis* uel *Clinus*. à quo compoſit. *Declinus,a,um. Reclinis, e.* in omnibus penult. producta.

Pru. in Periſt. *Ergo vt recliue mollibus*
Reiecit aulæis caput;
Victor relictor artubus
Cælum capeſſit ſpiritus.

Clitōrĭus,a,um. *Oui.15.Met.* *Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit*
Vina fugit, gaudetq; meris abſtemius vndis.

Cliuōſŭs,a,um. uide compoſit. cum part. *Oſus.* in ord. *O.*

CLIVVS.

Compo. Irregularia à *Cliuus* ſunt. *Accliuis,e. Et Accliuus,a,um.*

Virg.2.Georg. *Sin tumulis accliue ſolum, colleſq; ſupinos;*
Indulge ordinibus.

Idem 10.Aen. *Vulnera ſiccabat lymphis, corpuſq; leuabat*
Arboris accliuis trunco.

[*Dēcliuĭs.*]

Ouid.Epi. ——— *qua nos decliue ſub antrum*
Cæruleus ſubitis compulit imber aquis.

Lucan.lib. *Non habeant amnes decliuem ad littora curſum.*

[*Prōcliuĭs.*]

Sili.li.18. *Et deforme malum, ac ſceleri procliuis egeſtas.*

Cludens uel *Claudens.* notæ quant.

COMPOSIT.

[*Recludens.*]

Hor.3.Car.Od.2, *Virtus recludens immeritis mori*
Cælum, negata tentat iter via,

Ee *Cætuſq;*

		Cætusq́; vulgareis,& vdam
		Spernit humum ſugiente penna.
Clūsīnŭs, a,um.	*Virg.10.Aen.*	*Quà Rex Cluſinis aduectus Oſinius oris.*
	Hor.1.Epiſt.15,	*Qui caput & ſtomachū ſupponere fontib.audet*
		Cluſinis,Gabiosq́;petunt,& frigida rura.
Cluſus,a,um.vide Clauſus.		

C ante O.

*Cōăctŭs,a,um.*uide ſimplex *Actus.*		
Cōccĭnātŭs, a,um.	*Mart.li.1.Epig.64,*	*Qui Coccinatos non putat viros eſſe.*
Cōccĭnŭs,a, um.	*Mar.li.1.Epi.108,*	*Donaſti tenero,Chloë,Luperco*
		Hiſpanas,Tyriasq́;,Coccinasq́;.
Cōctĭlĭs,e.	*Oui.4.Met.fab.1,*	*——————— vbi dicitur altam*
		Coctilibus muris ſtruxiſſe Semiramis vrbem.
Cōcȳtĭŭs,a, um.	*Virg.7.Aen.*	*Hic ſubitam canibus rabiem Cocytia virgo*
		Obijcit;& notoq; nares contingit odore.
Cœlĭfĕr,a,um.vide Ferens.		
Cærŭlĕŭs,a, um.	*Virg.1.Georg.*	*Cæruleus pluuiam denunciat,igneus Euros.*
	Idem 5.Aen.	*Cærulea cui terga notæ,maculoſus & auro*
		Squamam incendebat fulgor.
	Sili.lib.13,	*Nam qua Cæruleis Nereus euoluitur antris.*
	Idem lib.15,	*Tum noua Cæruleum deſcendit claſsis in æquor.*
Cærŭlŭs,a, um.	*Virg.2.Aen.*	*———— trepidusq́; repente,refugit*
		Attollentem iras,& cærula colla tumentem.
Cōgēndŭs, a,um.	*Virg.2.Georg.*	*Cogenda in ſulcum;ac multa mercede domandæ.*
Cōgēns,ēntĭs.	*Vir.2.Geor.*	*Namq; aliæ nullis hominum cogentibus,ipſæ*
		Sponte ſua veniunt.
Cogitatus,a,um.		

COMPOS.

COMPOSIT

[*Excogitatus.*]

*Cōgnātŭs,a,um.*uide ſimplex,*Natus.*
Cŏgnĭtŭs,a,um.vide Notus.
Cōlchĭăcŭs, Propert. *Colchis Colchiacis vrat ahena focis.*
a,um.
Cŏlēns.

COMPOSIT

[*Ăccŏlēns.*]

[*Rĕcŏlēns.*]

Virg.6.Aen. *Incluſas animas,ſuperumq́; ad lumen ituras,*
Luſtrabat ſtudio recolens.

Deriuatur ab hoc compoſitiua particula *Cola*, cuius compoſita quum tam adiectiuè quàm ſubſtantiuè ab autoribus uſurpata legantur, quæ adiectiuè poſita ſunt,hic annotauimus, reliqua in uoce *Colonus* inter ſubſtantiua reperietis.

[*Amnicola.*]

[*Anienicola.*]

[*Āpēnnīnĭcŏlă.*]

Virg.11.Aen. *Incidit huic,ſubitoq́; aſpectu territus haſit*
Apenninicolæ bellator filius Auni.

[*Grādiuĭcŏlă.*]

Sil.lib.4. ——————*iaculatoremq́, Sabellum.*
Et Gradiuicolam celſo de colle Tudertem.

[*Lătēbrĭcŏlă.*]

[*Rūrĭcŏlă.*]

Oui.4.Triſt.Eleg.Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.

[*Siluĭcŏlă.*]

Cōllātīnūs, a,um. *Virg.6.Aen.* *Hi Collatinas imponent montibus arces,*
Pomerios, Caſtrumq́, Inui, Bolamq́, Coramq́.

Cōllātūs,a,um.vide ſimplex, Latus.

Cōllŏquēns.vide Loquens.

Cōllūcēns.vide Lucens.

Cŏlŏphōnĭă-cūs,a,um. *Virg.in Cyr.* *Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.*

Cŏlŏphōnĭŭs,a,um. *Bapt.Pius,* *Cedit Apollinei vates Colophonius oris.*

Cŏlōrāns,antis.

COLOR.

Adiectiua compoſit.irregul.hæc ſunt:

[*Bĭcŏlŏr,ōris.*]

Virg.5.Aen. ——————*quem Thracius albis*
Portat equus bicolor maculis.

Oui.8.Met.fab.Ponitur hic bicolor ſinceræ bacca Mineruæ.

Idem 11.Met.fab.Myrtea ſilua ſubeſt bicoloribus obſita baccis.

[*Cōncŏlŏr.*]

Virg.8.Aen. *Candida per ſiluam, cum fœtu concolor albo*

Pro-

Procubuit, viridiq́ in littore conſpicitur ſus.

[*Dĕcōlŏr.*]

Virg.8.Aen. *Deterior donec paulatim, ac decolor ætas,*
Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.
Claud. *Decolor iratos attollat Cynthia vultus.*

[*Dīſcōlŏr.*]

Virg.5.Aen. *Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit.*

[*Multicolor.*]

[*Ōmnĭcōlŏr.*]

Prud.in Periſt. *Omnicolor vitreas pictura ſupernè pingit vndas,*
Muſci relucent, & vireſcit aurum.

[*Vērsĭcōlŏr.*]

Virg.10.Aen. *Aſtur equo fidens, & verſicoloribus armis.*
Pont. *Et corpus penna verſicolore tegit.*

[*Vnĭcōlŏr.*]

Oui.11.Met.fab. *At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro*
Plumeus, vnicolor, pullo velamine tectus.
Prud.in Hamart. *Sic animas cœli de fontibus, vnicolores*
Infundit natura ſolo.

Cōlōrātŭs, a,um. *Virg.4.Georg.* *Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora,*
Vſq́ coloratis amnis deuexus ab Indis.

Cōlōrŭs,a,um.

[Compoſit. *Dĕcōlōrŭs,a,um.*]

Prud.in Periſt. *Algidus quum decolores*
Horror artus concutit,

Hic tumor vultum relinquit,
Hic color verus redit.

[*Mūltĭcŏlōrŭs,a,um.*]

Pru.in Cath. Prataq́, multicolora latex
Quadrifluo celer amne rigat.

Cŏlūmĭs,e. inuſitatum.

COMPOSITA

Ĭncŏlūmĭs,e.]

Virg.2.Aen. *Dum ſtabat regno incolumis,regnumq́, vigebat.*
Hor.1.Ser.Sat.4, ——————— *vitam famamq́, tueri*
Incolumen poſsim.

Cŏlūrnŭs, a,um. *Virg.2.Georg.* *Pinguiaq́, in verubus torrebimus exta colurnis.*

Cŏmāgēnŭs, a,um. *Iuu.Sat.6,* *Spondet Amatorem tenerum, vel diuitis orbi*
Teſtamentum ingens,calidæ pulmone columbæ
Tractato,Armenius vel Comagenus aruſpex.

Cŏmāns,āntĭs.Vir.3.Geor. ——————— *ſetasq́, comantes*
Vſum in caſtrorum,& miſeris velamina nautis.
Idem 12.Aen. ——————— *manibusq́, laceſſunt*
Pectora plauſa cauis,& colla comantia pectunt.

COMPOSITA

[*Flauicomans.*]

Pru.in Apoth. Armiger è cuneo puerorum flauicomantum
Purpurei cuſtos lateris deprehenditur vnus.

Particula

Particula cōpoſitiua *Comus* hinc deducitur, quæ quanquam extra compoſitionem nullius uel uſus uel ſignificationis ſit, de ea tamen hubertim plurima & iucunda enaſcuntur Adiect. compoſ.

[*Anguicomus, a, um.*]

[*Āurĭcōmŭs, a, um.*]

Virg. 6. Aen. *Sed non antè datur telluris operta ſubire,*
Auricomos quàm quis decerpſerit arbore fœtus.

[*Chrȳsŏcōmŭs, a, um.*]

Salmon. *Chryſocomus vati ſpirat vterq; Deus.*

[*Flōrĭcōmŭs, a, um.*]

Auſon, *Qualis floricoma quondam populatur in Aetna.*

[*Frōndĭcōmŭs, a, um.*]

Prud. in Cathe. *Tunc per amœna vireta iubet*
Frondicomis habitare locis.

Cōmātŭs, a, um. *Mart. lib. 1,* *Caluus quum fueris, eris comatus.*

Cōmēns, entis. *Mart. li 12. Epig. 83,* *Exiguos ſecto comentem dente capillos,*
Dicet Achillæas diſpoſuiſſe comas.

Cōmĭcŭs, a, um. *Hor. 2. Ser. Sat. 5,* ——— *Dauus ſis Comicus, atq;*
Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti.
Idem in Art. Poët. *Verſibus exponi tragicis res Comica nō vult.*
Manil. *Comica componet lætis ſpectacula ludis.*

Cōmĭs. *Mart. lib. 1. Epi.* *Tam comi patet hoſpitalitate.*
Hor. 2. Epiſt. 2, ——— *amabilis hoſpes,*
Comis in vxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis.
Mant. *Multa iocans, comiq; tenens ſermone ſedentes.*

Cōmĭtāns, āntĭs. *Virg 2. Aen.* *Primus ſe Danaûm magna comitante caterua*
Androgeos offert nobis.

Idem 3.Aen. ——— *quum ſeſe à mœnibus heros*
Priamides multis Helenus comitantibus offert.

Cōmĭtātŭs, Virg.1.Aen. ——— *Ipſe vno graditur comitatus Achate.*
a,um.

COMPOSITI

[*Incōmĭtātŭs,a,um.*]

Virg.2.Aen. *Sæpius Andromache ferre incomitata ſolebat*
Ad ſoceros, et auo puerum Aſtyanacta trahebat.

Oui.2.de Pōt.Eleg.3, Iudice te mercede caret, per ſeq; petēda eſt,
Externis virtus incomitata bonis.

Cōmmĕmŏrāndŭs,a,um. uide ſimplex, *Memorandus.*
Cōmmōtŭs,a,um.vide Motus.
Cōmmūnĭs,e. uide compoſ.de *Munis.*
Componens,vide Ponens.
Cōnāns, Virg.9.Aen. *Oppreſſum rapit,& conantem plurima fruſtra.*
āntĭs.
Cōnātŭs,a, Virg.4.Aen. *Illa graues oculos conata attollere, ruſus*
um. *Deficit.*
Cōncăuŭs,a,um.vide Cauus ſimplex.
Cōncēdēns,vide Cedens.
Cōncĭtŭs,a,um.vide Citus.
Cōncŏlŏr, uide compoſ.adiect.à *Color.*
Cōncŭbĭŭs,a,um.vide Cubans.
Cōndĭtŭs,a,um.vide Datus.
Cōnfīdēns, uide ſimplex, *Fidens.*
Cōnfīnĭs,e. uide compoſ.à *Finis* facta.
Cōnfīsŭs,a,um. uide ſimplex, *Fiſus.*
Cōnfrāgŭs,a,um.vide Frangens.
Confuſus,a,um. uide ſimplex, *Fuſus.*
Cōnfūſūrŭs,a,um. uide ſimplex, *Fuſurus.*
Cōngĕnĭtŭs,a,um. uide ſimplex, *Genitus.*
Cōnĭfĕr,a,um. vide Ferens.
Coniugalis,e. uide ſimplex, *Iugalis.*

Coniugia-

*Cōniūgiālis,e.*uide *Iugialis,*ſimplex.

Cōniūrātus,a,um.vide Iuratus.

Cōnniuēns.Pru.in Pſych. ———————— *nec fronte ſeueros*
Conniuente oculos prædarum ad gaudia flectit.

*Cōnnūbiālis,e.*uide in ord.*N.Nubens.*

Cōnsānguinĕus,a,um.vide Sanguineus.

*Cōnſcĕlĕrātus,a,um.*uide ſimplex,*Sceleratus.*

Cōnſciūs,a,um.vide Sciens.

*Conſociatus,a,um.*uide ſimplex.

*Cōnsŏnus,a,um.*uide *Sonans,*eiuſq; compoſit.

Cōnſpĭciĕndus,a,um.vide Speciendus.

Conſpĭcuus,a,um.vide Speciens.

Cōnſuētus,a,um.vide Suetus.

Cōntĭguus,a,um.vide Tangens.

Cōntĭnuus,a,um.vide Tenens.

Cōntrārius,Virg.1.Aen. ———— *triſteſq; ruinas*
a,um. *Solabar,fatis contraria fata rependens.*
Idem 2.Aeneid.Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

*Cōntŭmēliōsus,a,um.*uide in ordine *O.*compoſita cum particula *Oſus.*

COR.

Compoſita adiectiua à *Cor,Cordis.*ſunt ſubſequentia:

[*Duricors.*]

[*Grauicors.*]

[*Miſericors.*]

[*Immiſericors.*]

Cōntūſŭs,a,um. uide ſimplex, *Tuſus.*
Cŏquēns,ēntis.

Deriuantur hinc particulæ compoſitiuæ *Coquus & Cox,* cum ſuis compoſitis:ut,

[*Prăcŏquŭs,a,um.*]

[Et *Prăcōx,Prăcōcĭs.* pen.longa.]

Cŏrinthĭăcŭs,a,um. *Ouidius 3. Triſt. Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris.*
Idem 15. Met. fab. 1, Iamq́; Corinthiaci carpebam littora Ponti.

CORIVM.

A' *Corio* comp. adiectiua ſunt,

[*Dūrĭcŏrĭŭs,a,um.*]

[*Mŭltĭcŏrĭŭs,a,um.*]

Fœminæ, ſi uerum eſt quod perhibent, eas nouem habere coria, meritò *Multicoriæ* dici poſſunt.

Cŏrnĭgĕr,a,um. vide Gerens.
Cŏrnĭpēs,ĕdis. vide Pedalis.

CORNV.

A' *Cornu* irregula. adiectiua formantur,

[*Bĭcŏrnĭs,e.*]

Virg. 8. Aen. Extremiq́; hominum Morini, Rhenusq́; bicornis.
Hor.

Hor. in Car. Secul. Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.

[*Trĭcōrnĭs, e.*]

Mant. *Incipio paleas furca verſare tricorni.*

Cŏrōnāns.

Cŏrōnātŭs, a, um. *Ouid. 2. de Pont. Eleg. 1,* *Te quoq; victorem Tarpeias ſcandere in arces*
Læta coronatis Roma videbit equis.

Cōrpŏrĕŭs, a, um. *Virg. 6. Aenei.* *Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes*
Corporeæ excedunt peſtes.

COMPOSIT

[*Incorporeus, a, um.*]

Prud. cont. Sym. *——capiam tamen, & tormenta adhibebo*
Ipſe incorporeus, ac ſpirituum ſator vnus.

Irreg. compo. Adiect. à *Corpus*, ſunt,

[*Bicorpor.*]

[*Tricorpor.*]

Cŏrūſcāns. *Val. Flac. li. 4. Arg.* *Prima coruſcāti ſignum dedit ægide virgo.*

Cŏrūſcŭs, a, um. *Virg. 1. Georg.* *Ipſe pater, media nimborum in nocte coruſca*
Fulmina molitur dextra.

Idem 2. Aen. *————ſtat ferri acies mucrone coruſco.*

Mant. *Quis precor ille manu geſtans diadema coruſcū?*

Cŏrȳbāntĭŭs, a, um. *Virg. 3. Aen.* *Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra,*
Idæumq; nemus; hinc fida ſilentia ſacris.

Polit. *Ingenti referens Corybantia cymbala pulſu.*

Cŏrȳm-

Cŏrȳmbĭfĕr,a,um.vide Ferens.

Cŏrtȳnĭŭs, *Claud.lib.2.de rapt.Proſ.*——— *vnde Diana*
Criſpatur gemino veſtis Cortynia cinctu.
Sil.lib.1, ——— *celſis Cortynia muris*
Tela ſonante fugat neruo.

Cōrȳcĭŭs,a,um. *Stat.5.Sil.* *Coryciaq́ coma,Cynareiaq́ germina,& altis*
Ipſa toris ſerum.
Mart. *Quod de Corycio quæ venit aura croco.*

Item patronymicum adiectiuè ſumptum,ut:

Oui.1.Met.fabu.10,Corycidas nymphas & numina montis adorat.

Cŏthūrnātŭs,a,um. *Mart.lib.5.Epig.5,Grande Cothurnati pone Maronis opus.*

Cōŭs,a,um. *Oui.de Arte,Siue erit in Tyrijs,Tyrios laudabis amictus:*
Siue erit in Cois,Coa decere puta.
Idem 3.de Arte, Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles.
Iuuen.Sat.8,——— *Spartana chlamys,conchylia Coa.*

C ante R.

Crĕābĭlĭs,e.

COMPOSITA

[*Irrĕcrĕābĭlĭs,e.*]

[*Rĕcrĕābĭlĭs,e.*]

Crĕāndŭs,a,um. *Virg.2.Georg.Principio arboribus varia eſt natura creandis.*

COMPOS.

COMPOSIT

[*Rĕcrēāndŭs,a,um.*]

Crēātūrŭs,a,um.

COMPOSIT

[*Rĕcrēāturŭs,a,um.*]

Crēātŭs,a, um. *Virg.10.Aen.* *Inſtaurant acies Vulcani ſtirpe creatus Cæculus, & veniens Marſorum mōtibus Vmbro.*
Prop.li.2.Eleg.22, Vnicuiq; dedit vitium natura creato.

COMPOSIT

[*Irrĕcrēātŭs,a,um.*]

[*Rĕcrēātŭs,a,um.*]

Crēbĕr,brī. *Virg.3.Georg.* *Non tam creber agēs hyemem ruit æquore turbo.*
Propert.li.2.Eleg.32, Et creber pariter platanis ſurgētib. ordo.
Crēbră,rū. *Virg.3.Georg.* ——————— *& pede terram Crebra ferit, demiſſa aures.*
Crēdēns, ēntĭs. *Virg.2.Aen.* ——————— *magna comitante caterua Androgeos offert nobis, ſocia agmina credens.*

COMPOSIT

[*Cōncrēdēns.*]

Crēdi-

Crēdĭbĭlis,e.Mart.li.1.Epig.112,Credibile eſt ipſam ſic voluiſſe mori.

COMPOSIT.

[*Incrēdĭbĭlis,e.*]

Virg.3.Aen. *Hic incredibilis rerum fama occupat aures.*

Crēdĭtŭs, a,um. *Virg.2.Aen.* *Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris*
Ora,dei iuſſu,non vnquam credita Teucris.

COMPOSIT.

[*Cōncrēdĭtŭs,a, um.*]

Crēdŭlŭs, a,um. *Virg.Eclog.9,* ———————— *me quoq; dicunt*
Vatem paſtores:ſed non ego credulus illis.

[Compoſit.*Incrēdŭlŭs.*]

Hor.in Art.Poët.Quodcunq; oſtendis mihi,ſic incredulus odi.

Crĕmāns.

COMPOSIT.

[*Concremans.*]

Venit præterea ab hoc particula compoſitiua *Cremus;* penult.correpta;à quo hæc compoſit.deſcendunt.

[*Tūrĭcrĕmŭs, a,um.*]

Oui.Epiſt.2, *Sapè deos ſupplex,vt tu ſcelerate valeres,*
Sum prece turicremis deuenerata focis.

[*Vrbĭcrē-*

[*Vrbĭcrĕmŭs,a,um.*]

Prud.in Hamart.Loth fugiens Sodomis ardẽtibus, omnia ſecũ
Pignora chara domus properabat,ſede relicta,
Nubibus vrbicremis ſubducere.

Crĕmātŭs,a,um.

COMPOSIT.

[*Sēmĭcrĕmātŭs,a,um.*]

Mart.li.11.Epig.55,Vnguēta,& caſias,& olētē funera myrrhā,
Turaq́. de medio ſemicremata rogo.

Crĕpāns. *Virg.11.Aen.* ——— *tum croceam chlamydemq́.,ſinusq́.*
crepantes
Carbaſeos,fuluo in nodum collegerat auro.
Mart.li.2.Epig. Interdum aureolos manu crepantes.

COMPOSIT.

[*Concrepans.*]

[*Diſcrepans.*]

[*Percrepans.*]

Prud.in Periſt.Vt diſcrepantum gentium
Mores & obſeruantiam,
Linguasq́. & ingenia & ſacra
Vnus domares legibus.

Ab hoc eſt particula compoſitiua *Crepus*,penult.breui cum ſuis compoſit.

[*Pĕrtĕrrĭcrĕpŭs,a,um.*]

Luc: et. *Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem.*

[*Tĕrrĭcrĕpŭs,a,um.*]

Crĕpĕrŭs, a,um. *Lucret.lib.5,* *Exæquataq; ſunt creperi certamina belli.*

Crĕpĭtāns. *Virg.1.Georg.* *Tam multa in tectis crepitãs ſalit horrida grãdo.*
Idem 4.Georg. *Curetum ſonitus,crepitantiaq; æra ſecuta.*
Ouidius, *Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.*
Fauſt. *Dum crepitans leni murmure curret aqua.*

COMPOSITA

[*Ĭncrĕpĭtāns.*]

Virg.1.Aen. *Tum Biciæ dedit increpitans,ille impiger hauſit*
Spumantem pateram.

Hinc eſt particula *Crepitus*,à quo deſcendit
[*Decrepitus,a,um.*]

Prud.cont.Sym. *Feſtaq; decrepitis obtendere flammea canis.*
Idem in Pſych.———————————*ſiue algida Borra*
Aetas,decrepitam vocet ad pia ſacra ſenectam.

Crētātŭs, a,um. *Mart.li.2.Ep.41,* *Quàm cretata timet Fabulla nimbum.*
Idẽ li.12.Epig.28, *Cretatam Prætor vellet quũ mittere mappã,*
Prætori mappam ſurripit Hermogenes.

Crētæŭs,a,um. ab Inſula.
Virg.3.Aen. *Tertia lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris.*
Idem 12.Aen. *Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida.*
Ouidius, *Strataq; Cretæum belua ſtrauit humum.*

Crētĭcŭs,a, um. *Hor.1.Car.Od.26,* *Muſis amicus triſtitiam & metus*
Tradam proteruis in mare Creticum
Portare ventis,queis ſub Arcto
Rex gelidæ metuatur oræ.

Crētōsŭs,a,um. uide deſinentia in *Oſus*, in ord.*O.*

Crētŭs,

Crētŭs,a,um. A' ſupino uerbi *Cerno* formatum, per ſe inuſitatum, multa habet compoſita, quæ ſunt iſta:

[*Decretus,a,um.*]

[*Diſcretus,a.um.*]

[*Ēxcrētŭs,a,um.*]

Virg.3.Georg. Multi iam excretos prohibent à matribus hædos.

[*Rĕcrētŭs,a,um.*]

[*Sēcrētŭs,a,um.*]

Hor.1.Epiſt 18, Quid purè tranquillet, honos, an dulce lucellū,
An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ.

Crētŭs,a,um. A' uerbo *Creſco* deſcendit, & uſitatum eſt.

Virg.2.Aen. ——— *hortamur fari, quo ſanguine cretus,*
Quidúe ferat, memoret.
Idem 9.Aen. Pandurus & Bitias Idæo Alcanore creti.

COMPOSITA

[*Accretus,a,um.*]

[*Cōncrētŭs,a,um.*]

Crīmĭnōsŭs,a,um. uide in *Oſus* deſinentia.
Crīnālis,e. Virg.7.Aen. Soluite crinales vittas, capite Orgia mecum.
Idem 11.Aen. Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ.
Oui.9.Met.fab. Crinalem capiti vittam nataq́; ſibiq́;
Detrahit.
Crīnĭgĕr,a,um. vide Gerens.
Crīnītŭs,a,um. Virg.1.Aen. ——— *cithara crinitus Iopas*
Perſonat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

Mart.li.12.Epi.49, Crinitæ, Line pædagoge, turbæ,
Rerum quem dominum vocat ſuarum.
Mant. Pro ripis crinita abies, & acuta cupreſſus.

Criticus, a, um.

Crŏcĕŭs, a, um. Virg.1.Aen. Et circumtextum croceo velamen achanto.
Idem 4.Aen. Et iam prima nouo ſpargebat lumina terras,
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Crŏcĭnŭs, a, um. Catull.Car.66, Fulgebat crocina Candidus in tunica.

Crŏcĭtāns. Fauſt. Sis ingrata licet crocitanti gutture cornix.

Crŭcĭābĭlis, e. Prud.in Pſych.—————————— formido pericli
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas.

COMPOSIT.

[Excruciabilis, e.]

Crūdēlis, e. Virg.2.Eclog. O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.
Mant. ———————— quæ me crudelibus iſtis
Soluit ab ærumnis.—

Crūdŭs, a, um. Virg.6.Aen. Iam ſenior, ſed cruda deo, viridiſq; ſenectus.
Oui.in Ibin, Non tibi Therodamas, crudusq; vocabit Atreus.

COMPOSIT.

[Sēmĭcrūdŭs, a, um.]

Stat.4.Sil. Quid ſi quum bene manè ſemicrudus
Illatam tibi dixero ſalutem.

Crŭēntātŭs, a, um.

COMPOS.

COMPOSITA

[*Incruentatus.*]

Crŭēntŭs, a,um. *Virg.2.Aen.* ——————— *manibusq́ cruentis*
Virgineas auſi diua contingere vittas.

COMPOSITA

[*Incruentus,a,um.*]

Crŭſtŭmĭŭs,a,um.vel etiam Crŭſtŭmĭnŭs,a,um.
Virg.2 Georg.Cruſtumiis, Syrijsq́ pyris,grauibusq́ volemis.

C ante V.

Cŭbāns. *Hor.2.Ser.Sat.6,Ille cubans gaudet mutata ſorte,bonisq́*
Rebus agit latum conuiuam.

COMPOSITA

[*Accŭbāns.*]

[*Rĕcŭbāns.*]

Virg.1.Eclog. *Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.*
Idem 8.Aen. *Triginta capitum fœtus enixa iacebit*
Alba ſolo recubans.

Facta ab hoc eſt particula *Cubius,*cum ſuis compoſitis:ut,

[*Cōncŭbĭŭs,a,um.*]

	Mant.	*Nanq; vbi concubia venere ſilentia noctis.*
Cŭbĭcŭlārĭŭs,a,um.		
Cŭbĭtālis,e.		

[*Bicūbĭtālis,e.*]

Cūiās,ātis.	*Prud.in Pſycho.*	*Quem colat, & iuſſu cuiatis venerit, illa Exanguis, turbante metu Diſcordia dicor.*
Cūmæŭs,a, um.	*Virg.Eclog.4,*	*Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.*
	Idem 3.Aen.	*Huc vbi delatus Cumæam acceſſeris vrbem.*
	Idem 6.Aen.	*Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla.*
Cumānŭs, a,um.	*Stat.4.Sil.*	*Cumano patinas in orbe tortas.*
Cŭmŭlatŭs, a,um.	*Virg.4 Aen.*	*Quam mihi quum dederis, cumulatam morte relinquant.*
Cŭnĕātŭs, a,um.	*Virgilius,*	*Iurgia ſunt Circi, cuneati hinc læta theatri Seditio.*

[*Diſcuneatus.*]

Cuniculoſus,a,um. uide in ord. *O.* deſinentia in *Oſus.*

Cŭpīdĭnĕŭs, a,um.	*Calent.*	*Noſtra cupidineus viſcera torquet amor.*
Cŭpĭdŭs, a,um.	*Virg.8.Aen.*	*Acceſſi, & cupidos Phenei ſub mœnia duxi.*
Cŭpĭēns, ēntis.	*Virg.9.Aen.*	*—————— at neq; terga Ira dare, aut virtus patitur; nec tendere contra Ille quidem hoc cupiens, potis eſt, per tela, viroſq;.*
Cŭpītŭs,a, um.	*Oui.3 Faſt.*	*Mars videt hãc, viſamq; cupit, potiturq; cupita.*

Cŭprĕſ-

Cūprēſſifer,a,um.vide Ferens.

Cūrāndŭs, a,um. Virg.2.Georg.Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter.

COMPOSIT.

[Pręcurandus,a,um.]

[Procurandus,a,um.]

Cūrātŭs,a,um. Hor.2.Ser.Sat.2,Alter vbi dicto citius curata ſopori
Membra dedit,vegetus præſcripta ad munia ſurgit.

COMPOSIT.

[Accuratus.]

[Excuratus,a,um.]

[Incuratus.]

Hor.1.Ep.17, Stultorum incurata pudor malus vlcera celat.

Cūrēs,ētis. Prop.li.4.Ele.4,Quid tum Roma fuit, tubicen vicina Curetis
Quum quateret lento murmure ſaxa Iouis.

Cūrētis,idis.Ouid.8.Met. ——vt egreſſus ratibus Curetida terram
Contigit.

Cūriōsŭs,a,um.uide in Oſus-deſinentia.

Cūrūlis,e. Hor.li.1. Ep.6,Cuilibet hic faſces dabit,eripietq́; curules
Cui volet, importunus ebur frater,pater adde.
Prop.li.4.Eleg.11,Vidimus & fratrem ſellam geminaſſe curulē,
Conſule quo facto tempore rapta ſoror.

Cūſtōditŭs, a,um. Virg.8.Aen. ———————vaſtoq́;ſub antro
Mugijt,& Caci ſpem cuſtodita fefellit.

COMPOSIT.

[*Incūſtōdĭtŭs,a,um.*]

Oui.2.Met. *Incuſtodita Pylios memorantur in agros*
Proceſsiſſe boues.
Idē 1.Triſt.Ele.5,Vtq; rapax ſtimulante fame,cupiduſq; cruoris;
Incuſtoditum captat ouile lupus.

Cūsŭs,a,um.à Cudo.

COMPOSIT.

[*Excuſus.*]

[*Incuſus.*]

Virg.1.Georg.——————— *lapidemq; reuertens:*
Incuſum,aut atra maſſam picis vrbe reportat.

CVTIS.

A quo formantur Adiectiua compoſitiua.

[*Mōllĭcŭtĭs,e.*]

Muſæus, *Mollicutem pulchra ceruicem ac membra puellæ.*

C ante Y.

Cyănĕŭs, a,um. *Polit.* *Hæ niueos, hæ Cyaneos ſuperare lapillos.*

Cybĭrātĭcŭs,a,um. Adiect. à *Cybira*, oppido Lycaoniæ, non procul à Mæandro fluuio.

Hor.

Hor.1.Epiſt.6, Ne Cybiratica,nc Bithyna negotia perdas.

Cyclopeus, a,um. *Virg.1.Aen.* *Acceſtis ſcopulos,vos & Cyclopea ſaxa Experti.*

Cydonæus, a,um. *Sil.lib.10,* *Ecce Cydonæa violatus arundine plantam.*

Cydoniacus, a,um. *Stat.lib.14,* *Terga Cydoniaca Crytous arundine pulſat.*

Cydonius,a, um. *Vir.Eclog.10,* *Ire libet,Partho torquere Cydonia cornu Spicula.*

Cydonius,a,um.

Cyllenius, a,um. *Virg.4.Aen.* *Materno veniens ab auo Cyllenia proles.*

Cynaræus, a,um. *Lucan.lib.8,* *Quæſtor ab Icario Cynaræ littore Cypri.*

Cynareius,a,um.Auſon. *Verum aut Perſephone Cynareius ibis Adonis.*
& *Stat.5.Sil.* *Coryciæq; comæ,Cynareiaq; germina,& altus.*

Cynareius. quatuor ſyllab.

Virg.1.Aen. *Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam*
Poſthabita coluiſſe Samo.

[*Prōhibĭtŭs,a,um.*]

Hālāns, āntis. *Virg.4.Georg.Inuitent croceis halantes floribus horti.*

COMPOSIT.

Ēxālāns, uel *Ēxhālāns.* Nam poſt *x* non neceſſe eſt aſpirationem ſcribere.

Virg.2.Aen. *Vt regem aquanum crudeli vulnere vidi*
Vitam exhalantem, ſubijt deſerta Creuſa.

Hălȳāttĭcŭs,a,um. *Hor.3.Car.Od.16,* *Quam ſi Mygdonijs regnum Halyatticis*
Campis continuem; multa petentibus
Deſunt multa, bene eſt cui Deus obtulit
Parca quod ſatis eſt manu.

Hāmātŭs,a,um. *Oui 5.Met.fab.* *Inq; cor hamata percuſſit arundine Ditem.*
Idem 12.Met.fab *Hamatisq; viri laniauerat vnguibus ora.*

Hărmŏnĭcŭs,a,um. *Oct.Mich. Sab.* *Hic iacet Harmonici dulcis modulatio cantus.*

H ante E.

Hĕbĕs. *Lucan.lib.7,* *Iamq; hebes, & craſſo non aſper ſanguine mucro.*
Mant. *Inducit ſomnos hebetes & Morphea doctum*
Fallere imaginibus.

Hĕcătēĭŭs,a,um. *Stat.li.Achil.* *Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis.*

Hēctŏrēŭs,a,um. *Virg.1.Aen.* *Hic iam tercentum totos regnabitur annos*
Gente ſub Hectorea.
Idem 5.Aen. ——————————— *nuſquam*
Hectoreos amnes, Xanthū, & Simoënta videbo?
Ouid.Epiſt. *Nunc in Hectoreo pallida ſemper eram.*

Hĕdĕrōsŭs,a,um. uide ſub particula *Oſus,* ord. *O.*
Hāmŏnĭŭs,a,um.

Hellē-

Hēllĕbŏrŭs, a,um.	*Colum.*	*Sed negat helleboros & noxia galbana ſuccos.*
Hēllēſpōntĭăcŭs,a,um.	*Virg.4.Georg.*	*——————— cum falce ſaligna* *Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.*
Hēmĭtrĭtǣŭs,a,um.	*Mart.li.4.Epig.36,*	*Declamas ager, declamas Hemitritæus,* *Si ſudare aliter non potes, eſt ratio.*
Hērbĭdŭs, a,um.	*Mant.*	*——— vbi fert omnes humus herbida fructus.*
Hērcŭlĕŭs, a,um.	*Virg.3.Aen.*	*Hinc ſinus Herculei, ſi vera eſt fama, Tarenti* *Cernitur.*
	Idem 8.Aen.	*Hic iuuenũ chorus, ille ſenũ, qui carmine laudes* *Herculeas & facta ferunt.*
	Sil.lib.4,	*Quod ferit Herculeas extremo ſole columnas.*
Hĕrīlis,e.	*Virg 7.Aen.*	*Ille manum patiens, menſæq; aſſuetus herili,* *Errabat ſiluis.*
	Idem 8.Aen.	*Nec non & gemini cuſtodes limine ab alto* *Procedunt, greſſumq; canes comitantur herilem.*
	Hor.2.Epiſt.2,	*Verna miniſterijs ad nutus aptus herileis.*
Hērnĭcŭs, a,um.	*Virg.7.Aen.*	*——— gelidumq; Anienem, & roſcida riuis* *Hernica ſaxa colunt: quos diues Anagnia paſcit.*
Hērōŭs,a,um.		
Hēſpĕrĭŭs, a,um.	*Virg.7.Aen.*	*Mos erat Heſperio in Latio, quem protinus vrbes* *Albanæ coluere ſacrum; nunc maxima rerum* *Roma colit.*
Hĕtrūſcŭs,a,um. vel Hĕtrūſcŭs, a,um.	*Virg.9.Aen.*	*Parte alia horrẽdus viſu, quaſſabat Hetruſcã* *Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.*
	Idem 10.Aen.	*Hos parere iubent Alphææ ab origine Piſæ* *Vrbs Hetruſca ſolo; ſequitur pulcherrimus Aſtur.*

H ante I.

Hĭāns,āntis.	*Virg.6.Aen.*	*——————— pars tollere vocem* *Exiguam: inceptus clamor fruſtratur hiantes.*
	Idem 10.Aen.	*Gaudet hians immane, comasq; arrexit, & hæret* *Viſceribus ſuperaccumbens.*

COMPOS.

COMPOSITI.

[*Inhiāns.*]

Virg.4.Geor. Eumenides,tenuitq; inhians tria Cerberus ora.

Hilărāns, āntis. *Virg.Eclog.5,Et multo imprimis hilarans conuiuia Baccho.*

Hilăris,e. *Oui.2.de Pont.Eleg.1,Dij quoq; vt à cunctis hilari pietate colentur,*
Triſtitiam poni per ſua feſta iubent.

Hīrſūtŭs,a,um *Vir.7.Eclog. Stant & iuniperi,& caſtaneæ hirſutæ.*
Idem 8.Eclog.Hirſutumq; ſupercilium,prolixaq; barba.

Hīrſūtiŏr, tius. *Oui.2.Triſt.Eleg.Sumpſeris annales,nihil eſt hirſutius illis.*

Hĭrŭndĭnī-nŭs,a,um. *Mart.lib.11.Epi.19,In nido ſeges eſt hirundinino.*

*Hīſpĭdōſŭs,a,um.*uide ſub particula *Oſus* ōrd.*O.*

Hīſpĭdŭs,a,um.. *Virg.* ———— *cui laterum tenus hiſpida nanti*
Frons hominem præfert.

Hīſtŏrĭcŭs, a,um. *Oui.li.3.Amo.Eleg.Obligat hiſtorica nec ſua verba fide.*

Hĭūlcŭs, a,um. *Virg.2.Georg.Hoc vbi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua.*

H ante O.

Hŏdĭērnŭs, a,um. *Oui.Epiſt.9, Et tu lux oculis hodierna nouiſsima noſtris*
Virq;,ſed ô poſsis,& puer Hylle vale.
Horat.4.Carm. Od.7,Quis ſcit an adijciant hodierna craſtina ſumma
Tempora,dij ſuperi?

*Hŏlŏſērĭcŭs,a,um.*uide *Sericus,*in ord.*S.*

Hŏmērĭcŭs,a,um.Iuuen. Tu miſer exclamas,vt vincere Stentora poſsis,

Vel

Vel potius quantum Gradiuus Homericus.

Hŏnēſtŭs,a,um. *Virg.2.Geor.* *Et quocunq; deus circum caput egit honeſtum.*
Idem 4.Geor. *Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum.*
Hor.1.Epiſt.2, *Intendes animum ſtudijs,& rebus honeſtis.*
Idem 2.Epiſt.2, *Clarus ob id factum donis ornatur honeſtis.*
Stroz.pat. *Cuius Hamadryades faciem miretur honeſtam.*

COMPOSITA

[*Dēhŏnēſtŭs,a,um.*]

[*Ĭnhŏnēſtŭs,a,um.*]

Virg.6.Aen. ——————— *populataq; tempora raptis*
Auribus,& truncas inhoneſto vulnere nares.
Hor.1.Ser.Sat.4, *Siue vetabat;an hoc inhoneſtū et inutile factū*
Necne ſit,addubites.
Prop.li.2.Eleg.26, *Exitus hic nobis non inhoneſtus erit.*

Hŏnōrātŭs,a,um. *Virg.5.Aen.* *Iamq; dies,ni fallor,adeſt,quē ſemper acerbum,*
Semper honoratum,ſic dij voluiſtis,habebo.
Oui.2.de Pont.Eleg.2, *Venit honoratis laurea digna comis.*

COMPOSITA

[*Ĭnhŏnōrātŭs,a,um.*]

Hŏnōrŭs,a,um.

COMPOSITA

[*Ĭnhŏnōrŭs,a,um.*]

Stat.

Stat.5.Sil. *Nec mirum, non te ſeries inhonora parentum,*
Obſcurum proauis, & priſcæ lucis egentem.

Horribilis, e. *Virg.4.Geor.* *Omnia transformat ſeſe in miracula rerum,*
Ignemq́, horribilemq́ feram, fluuiúq́ liquentem.

Hŏrrĭdŭlŭs, a, um. *Perſ.* *Scis comitem horridulum trita donare laterna.*

Hŏrrĭdŭs, a, um. *Virg.4.Geor.* ——— *ille horridus alter*
Deſidia, latamq́ trahens inglorius aluum.

Hŏrrĭdiŏr, ius. *Idem Eclog.7,* *Horridior ruſco, proiecta vilior alga.*

Hŏrrĭfĭcŭs, a, um. vide *Faciens.*

Hŏrrisŏnŭs, a, um. uide *Sonans,* in ord. *S.*

Hŏrtīnŭs, a, um. *Virg.7.Aen.* *Nurſia & Hortina claſſes, populiq́ Latini.*

Hŏſtĭcŭs, a, um. *Fauſt.* ——— *velut hoſtica quondam*
Miles in arma furens.

Hŏſtĭlĭs, e. *Virg.11.Aen.* *Indutoſq́ iubet truncos hoſtilibus armis*
Ipſos ferre duces.

Lucan. lib.4, *Semianimes in caſtra trahens hoſtilia turmas.*

H ante V.

Hūbĕr, is. .i. fœcundus. *Hor.2.Car.Od.19,* *Fas peruicaces eſt mihi Thyadas*
Viniq́ fontem, lactis & uberes
Cantare riuos; atq; truncis
Lapſa cauis iterare mella.

Hūmāndŭs, a, um. *Virg.11.Aen.* —— *quanquam & ſocijs dare tempus humādis*
Præcipitant curæ, turbataq́ funere mens eſt.

Hūmānŭs, a, um. *Virg.4.Geor.* *Neſciaq́ humanis precibus māſueſcere corda.*
Idem 5.Aen. ——— *ſi quid pietas antiqua labores*
Reſpicit humanos, da flammam euadere claſſi.

COMPOS.

COMPOSITA

[*Inhumanus,a,um.*]

Ouid.3.Triſt.Eleg.9,Hic quoq́; ſunt vrbes Graiæ, quis credere
poſſet,
Inter inhumana nomina barbariæ?
Mart.li.5.Epi.23,Semper inhumanos habet officioſus amicos,
Rex,niſi dormieris,non potes eſſe meus.

[*Pĕrhūmānŭs,a,um.*]

Hŭmātŭs,a,um.

COMPOSITA

[*Ĭnhŭmātŭs,a,um.*]

Virgil.6.Aen.Hæc omnis quam cernis inops,inhumataq́; turba.
Idem eodem, Tu Stygias inhumatus aquas,amnemq́; ſeuerum
Eumenidum aſpicies?

Hŭmēctŭs,a,um. *Pont.* *Signa etenim maris,humectos referentia fluctus.*

Hŭmēns,ēntĭs. *Virg.3.Aen.* *Poſtera iamq́; dies primo ſurgebat Eoo,*
Humentemq́; aurora polo dimouerat vmbram.
Idem 4.Aen. ———— *quoties humentibus vmbris*
Nox operit terras,quoties aſtra ignea ſurgunt.

Hŭmĭdŭlŭs,a,um. *Oui.3.de Art.* *Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini.*

Hŭmĭdŭs,a,um. *Virg.2.Aen.* ———— *& iam nox humida cœlo*
Præcipitat,ſuadentq́; cadentia ſidera ſomnos.
Mant. ———— *mecumq́; per humida reptent*
Aequora.

Hŭmĭ-

Humilis,e. *Virg.2.Eclog.O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,*
Atq; humiles habitare caſas,& figere ceruos.
Stroz.pat. *Vtq; velim ex humili tollere valle caput.*

HVMVS.

Ab hoc eſt irregul.compoſ.adiect. *Poſthŭmŭs,a,um.*

Virg.6.Aen. *Aetherias Italo commiſtus ſanguine ſurget*
Siluius, Albanum nomen,tua poſthuma proles.

H ante Y.

Hyăcinthĭnŭs,a,um. *Perſ.Sat.1,* *Hic aliquis cui circũ humeros hyacinthina lana eſt.*

Hybērnŭs,a,um. *Vir.4.Georg.Veſper vbi,aut hybernus agit de montibus imber.*
Claud. *Irruet intrepidus flammis,hyberna ſecabit*
Aequora.

Hyblæŭs,a,um.Vir.1.Geor.Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.
Mart.li.11.Epig.Mella iubes Hyblæa tibi,vel Hymettia naſci.

Hydrōpĭcŭs,a,um. *Hor.1.Epi.2,Si noles ſanus cures hydropicus.Et ni*
Poſces.
Archi. *Nec ſitis infuſo minor eſt hydropica melle.*

Hyĕmālĭs,e.Virgilius, *Et ponunt frondes hyemali frigore ſiluæ.*

Hymēttĭŭs,a,um.Mant. *Olfacere Hyblæos flores,& Hymettia prata.*
vel
Hymētĭŭs,a,um.

Hypērbŏrĕŭs,a,um. *Vir.3.Geor.Qualis Hyperboreis Aquilo quum denſus ab oris*
Incubuit,Scythiæq; hyemes,atq; arida differt
Nubila.
Idem eodem,Talis Hyperboreo Septem ſubiecta trioni
Gens effrena virûm,Riphæo tunditur Euro.
Idem 4.Geor.Solus Hyperboreas glacies,Tanaimq; niualem.
Hor.2.Car.Od.20,Iam Dædalæo ocyor Icaro
Viſam gementis littora Boſphori,
Syrteſq; Getulas canorus
Ales,Hyperboreoſq; campos..

Hypĕrĭōnĭŭs,a,um.Stat.li.12,Sic Hyperionium tepido Phaëthonta ſorores.

Hyrcānŭs,a,um.Virg.4.Aen.——— Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.

CLASSIS TERTIAE,

ORDO NONVS.

De quantitatibus nominum Adiectiuorum incipientium ab

I

I ante A.

Iăcēns,ĕntĭs.Virg.1.Aen. Deſpiciens mare velivolum terrasq́ iacentes.
Idem 3.Aen. ——— viſi ante oculos aſtare iacentis
In ſomnis.

COMPOSITA

[*Adiăcēns.*]

Iăcĭēndŭs,a,um.

COMPOSITA

[*Abĭĭcĭēndŭs,a,um.*]

[*Adĭĭcĭēndŭs,a,um.*]

[*Cōnĭĭcĭēndŭs,a,um.*]

[*Dēĭĭcĭēn-*

[*Dēiicīendŭs,a,um.*]

[*Ēiicīendŭs,a,um.*]

[*Īniicīendŭs,a,um.*]

[*Ōbiicīendŭs,a,um.*]

Virg.3.Eclog. Parcius iſta viris tamen obijcienda memento.

[*Prōiicīendŭs,a,um.*]

Iăcĭēns,ēntĭs.Virg.10.Aen.Ter circum aſtantem lauos aquitauit in orbes
Tela manu iaciens;ter ſecum Troius heros
Immanem arato circumfert tegmine ſiluam.

COMPOSITO

[*Ābiĭcĭēns.*]

[*Ădiĭcĭēns.*]

[*Cōniĭcĭēns.*]

[*Dēiĭcĭēns.*]

[*Ēiĭcĭēns.*]

[*Īniĭcĭēns.*]

[*Ōbiĭcĭēns.*]

[*Prōiĭcĭēns.*]

Iăcŭlābĭlĭs,e.Sidon. Fulminis & lapidem,ſcopulos, iaculabile fulgur.

Iăcŭlāns, āntĭs. Prop.li.4.Eleg.10,Illi virgatis iaculantis ab inguine brachis
Torquis ab inciſa decidit vnca gula.

Iālysĭūs, a,um. Oui.7.Met.fab.5, *Phœbeamq́; Rhodon, & Ialyſios Telchinas.*

Iānālis,e. Oui.1.Faſt. *Virgaq́; Ianalis de virga ſumitur alba,*
Qua lumen thalamis parua feneſtra dabat.

Iānthĭnūs,a,um.

Iāpīs,īdis, Virg.2.Geor. *Caſtella in tumulis, & Iapidis arua Timaui.*

Iāsŏnĭūs,a,um. Stat.1.Achil. *Ex quo iura freti, maieſtatemq́; repoſtam*
Rupit Iaſonia puppis Pagaſæa rapina.
Ruff. *Puppis, Iaſoniæ depictaq́; terga carinæ.*

I ante B.

Ibērūs,a,um. Virg.7.Aen. *Tyrrhenoq́; boues in flumine lauit Iberas.*
Idem 9.Aen. *Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus Ibera.*
Catul.Car.35, *Egnati, opaca quem bonum facit barba,*
Et dens, Ibera defricatus vrina.

I ante C.

Icărĭōtĭs. Oui.3.de Pont. *Morte nihil opus eſt, nihil Icariotide tela.*
Text. *Non fero pragnantem calathum Icariotide tela.*

Icărĭūs,a,um. Oui.3.Triſt.Eleg. *Icarus Icarijs nomina fecit aquis.*

I ante D.

Idæūs,a,um. Virg.7.Aen. *Idæumq́; Iouem, Phrygiamq́; ex ordine matrem.*
Idem eodem, *Dardanus, Idæas Phrygiæ penetrauit ad vrbes.*

Idălĭūs,a,um. Vir.5.Aen. ———— *Erycino in vertice ſedes*
Fundatur Veneri Idaliæ.
Prop.li.4.Eleg.6, *At pater Idalio miratus Cæſar ab aſtro.*

Idēm. vide Is.

Idēm. Ibidem.

Idōnĕūs,a,um. Hor.de Art.poët. *Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poëtæ:*
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ.

Idōlōlātrix. Pru.in Ham. *Incerat lapides fumoſos idololatrix*
Relligio, & ſurdis pallens aduoluitur aris.

Idmō-

Idmŏnĭŭs, a, um. *Ouidius,* *Ter, quater Idmonia frõtem percuſſit Arachnes.*

Īdūmēŭs, a, um. *Virg. 3. Georg.* *Primus Idumeas referam tibi Mantua palmas.*

I ante E.

Iēiūnŭs, a, um. *Horatius,* *Ieiunus rarò ſtomachus vulgaria temnit.*
Claud. *Arida ieiuna ſeges interlucet ariſta.*

Ĭēns, particip. ab *Eo*. Genit. *Eūntĭs*, *i* recti in *e*, & *e* in *u* mutatis: quod compoſita omnia ſequuntur.

Virg. 8. Aen. *Tum pater Euandrus dextram complexus eũtis.*
Idem 7. Aen. *——— curſu rapido dat euntibus ingens Silua locum.*

COMPOSIT

[*Ăbĭēns.*]

[*Ădĭēns.*]

[*Exiens.*]

[*Ŏbĭēns.*]

Virg. 6. Aen. *——— magnas obeuntia terras Tot maria intraui duce te.*

[*Periens.*]

[*Prăĭēns.*]

Virg. 5. Aen. *Nec tota tamen ille prior praeunte carina.*

Sic & *ſudibusq; praeuſtis*, dixit idem, fecitq; id imitatione Græca. Nam Græci diphthongum ſequente uocali in eodẽ uel ſequenti uocabulo corripiunt.

[*Prōdiēns.*]

[*Prātēriēns.*]

[*Rēdiēns.*]

Virg.8.Aen. *Ex quo terdenis, vrbem, redeuntibus annis,*
Aſcanius clari condet cognominis, Albam.

[*Trānsiēns.*]

Quædam deſinunt in *Itiabilis:* ut,

[*Ēxitiābilis,e.*]

Oui.6.Met.fab.Dumq́; manu tētat trahere exitiabile ferrum.

Quædam etiam exeunt in *Itialis:* ut,

[*Ēxitiālis,e.*]

Virg.2.Aen. *Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.*
Idem 6.Aen. *Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacenæ*
His merſere malis: illa hæc monimenta reliquit.

Quædam uerò in *Itioſus:* ut, *Ambitioſus*, *Exitioſus:* quæ ordine O. ſub particula *Oſus* poſita reperietis.

Quædam deniq; in *Itus, i* indifferenti: ut,

[*Ăditŭs,a,um.*]

Oui.12.Met.fab.3, Inq; vices adita, atq; exhauſta pericula ſæpe
Commemorare iuuat.

[*Ambītŭs,a,um.*]

Oui.1.Met.fab.Iuſsit & ambita circundare littora terræ.

[*Ŏbĭtŭs,a,um.*]

Virg.10.Aen. *Morte obita quales fama eſt volitare figuras,*
Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.

[*Prā-*

[*Prætĕrĭtŭs,a,um.*

Virg.8.Aen. *O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos.*

[*Sŭbĭtŭs,a,um.*]

Virg.8.Aen. *Ecce autem ſubitum atq; oculis mirabile mōſtrū.*
Mart li.12.Epig.26,Et ſubitus craſſa decidit imber aqua.

I ante G.

Ignarus,a,um.vide Gnarus.
Ignāuŭs,a,um.vide Gnauus.
Ignĕŏlŭs,a,um. *Prud.in Cath.* *Oris opus,vigor igneolus*
Non moritur,quia ſlante Deo
Compoſitus.
Ignĕŭs,a,um. *Virg.3.Georg.* *Nec via mortis erat ſimplex,ſed vbi ignea venis*
Omnibus acta ſitis,miſeros adduxerat artus.
*Ignĭpŏtēns,*uide ſimplex,*Potens.*
Ignītŭs,a,um. *Quint.* *Sanguine & ignitas ventoſa per æquora flāmas.*
Ignōbĭlĭs,e.vide Nobilis.
*Ignōmĭnĭōsŭs,a,um.*uide compoſ.Adiect.in *oſus* deſinent.
Ignōrāns.vide Orans.
Ignōrātŭs,a,um.vide Oratus.
Ignōtŭs,a,um.vide Notus,a.

I ante L.

Ille,illa,illud. *Vir.1.Eclog.* *Namq; erit ille mihi ſemper Deus,illius aram.*
Illĭŭs, & Illīŭs. *Idem ibidem,* ———————— *illius aram*
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Oui.Triſt. *Quum ſubit illius triſtiſſima noctis imago.*
Iliăcŭs,a,um. *Virg.3.Aen.* *Tum memorat:Nate Iliacis exercite fatis,*
Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat.
Idem 10.Aen. ———————— *iterumq; reuoluere caſus,*
Da pater Iliacos Teucris.
Hor.1.Epiſt.2,Iliacos intra muros peccatur,& extra.

Iliceus. *Stat.li.6.Theb.* *Orniq́, iliceaq́, trabes,metuendaq́, ſucco Taxus.*

Iligneus,a,um.

Ilignus,a, um. *Virg.3.Georg.* *Ad puteos,aut alta greges ad ſtagna iubeto Currentem ilignis potare canalibus vndam.*

Hor.2.Ser.Sat.4, *Vmber,& iligna nutritus glande, rotundas Curuet aper lanceis,carnem vitantis inertem.*

Stroz.fil. *Molliaq́, ilignis vina repoſta cadis.*

Ilius.a, um. *Virg.1.Aen.* *At puer Aſcanius,cui nunc cognomẽ Iulo Additur,Iulus erat,dum res ſtetit Ilia regno.*

Idem.9.Aen. ——*quam miſeram tenuit non Ilia tellus.*

Prop.li.4.Eleg.1,——————*Ilia tellus Vincet,& huic cineri Iuppiter arma dabit.*

Illacrimans,vide Lacrimans

Ille,a,ud. Genit. *Illius,* & *Illius.*

Virg.1.Eclog. *Nanq, erit ille mihi ſemper Deus,illius aram Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.*

Idem ibidem, *Quam noſtro illius labatur pectore vultus.*

Illiſus,a,um. vide Læſus.

Illotus,a,um.vide Lotus.

Illuſus,a,um. vide Luſus.

Illyricus,a, um. *Virg.1.Aen.* *Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus.*

I ante M.

Imbraſides.Virg.10.Aen. *Iaſius Imbraſides,Hicetaoniusq́, Thymœtes.*

Imbrifer,a,um.vide Ferens.

Imbutus,a, um. *Hor.1.Epiſt.2,* *Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu.*

Imitabilis,e.Virg.6.Aen. *Demens qui nimbos & non imitabile fulmen.*

Hor.1.Epiſt.19, *Decipit exemplar vitijs imitabile: Quòd ſi Pallerem caſu,biberent exangue cuminum.*

COMPOS.

COMPOSITA.

[Ĭnĭmĭtābĭlĭs,e.]

Ĭmĭtāndŭs, Prop.li.4.Eleg.11, Quin & erat magna pars imitanda domus.
a,um.
Immānĭs,e. Virg.4.Geor. Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.
Fauſt. Heu iacet immanis damnum irreparabile caſus.
Immānĭŏr, Virg.1.Aen. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes.
ius.
Ĭmmātūrŭs,a,um.vide Maturus.
Ĭmmĕdĭcābĭlĭs,e.vide Medicabilis.
Ĭmmĕmŏr.vide Memor.
Ĭmmĕrĭtŭs,a,um.vide Meritus.
Ĭmmītĭs,e.vide Mitis.
Ĭmmĭnūtŭs,a,um.vide Minutus.
Ĭmmōbĭlĭs,e. Quare Mobilis.
Ĭmmōtŭs,a,um.vide Motus.
Immunis,e.vide ſimplex Munis.
Ĭmpācātŭs,a,um. Quare Pacatus.
Ĭmpăr.uide Par.
Ĭmpătĭēns. Quare Patiens.
Ĭmpăuĭdŭs,um. Quare Pauidus.
Ĭmpĕdĭēns. Quare Pediens.
*Impĕrĭōſŭs,a,um.*uide in ord.*O.*compoſ.cum part.*Oſus.*
Ĭmpĕrĭōſĭŏr,ius.
Ĭmpĕrītŭs,a,um.vide Peritus.
Ĭmpĕtrābĭ-Prop.li.4.Eleg.1, Iunoni votum facite impetrabile,dixi,
lis,e. Illa parit;libris eſt data palma meis.
*Impĕtŭōſŭs,a,um.*uide in ord.*O.*compoſ.cum part.*Oſus.*
Ĭmpĭgĕr,a,um.vide Piger.
Ĭmpĭŭs,a,um. Quare Pius.
Ĭmplācābĭlĭs,e. Quare Placabilis.

Implācātŭs,a,um. Quare Placatus.
Implōrāns.vide Plorans.
Impōsĭtŭs,a,um.vide Poſitus.
Imprŏbŭs,a,um.vide Probus.
Improperatus,a,um. Quare Properatus.
Improuidus,a,um.vide ſub Videns.
Imprōuīsŭs,a,um Quare Viſus,a,um.
Impūbĭs,e.vide ſub Pubes.
Impudens,vide Pudens.
Impudicus,a,um. Quare Pudicus.
Imŭs,a,um. Virg.11.Aen. — Qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.
Idem 12.Aen.Videre Auſonij,gelidusq; per ima cucurrit
Oſſa tremor.

I ante N.

Ināchĭŭs,a, Virg.3.Georg.Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.
um. Sta.li.1.Theb.Pallidus Inachijs qui deſuper imminet Argis.
Inămābĭlis,e.vide Amabilis.
Inānĭs,e. Virg. Inſtabiles animos ludo prohibetis inani.
Hor.Ser.Sat. ——————— in medio qui
Scripta foro recitent,ſunt multi,quiq; lauantes
Suaue locus voci reſonat concluſus:inanes
Hoc iuuat.

Inānītŭs,a,um.
Inărātŭs,a,um.vide Aratus.
Incēdēns.vide Cedens.
Incipiens.vide Capiens.
Incĭtŭs,a,um.vide Citus.
Inclīnātŭs,a,um.vide Clinatus.
Inclūsŭs,a,um. Quare Clauſus,vel Cluſus.
Inclўtŭs,a,um.Vir.2.Aen.O patria,ô diuûm domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum.
Idem 6.Aen. ——————— Dux inclyte Teucrûm
Nulli fas caſtro ſceleratum inſiſtere limen.
*Incolumis,e.*uide ſimplex,*Columis.*

Incō-

Incomitatus,a,um.vide Comitatus.
Incompositus,a,um.vide Poſitus.
Inconditus,a,um.vide Datus.
Incredibilis,e. Quære Credibilis.
Increpitans. Quære Crepitans.
Indagus,a,um.Mart.Capell.————quoq; indaga veri
Cura facit dubium.
Indebitus,a,um.vide Debitus.
Indeclinabilis,e.vide Clinabilis.
Indeclinatus,a,um. Quære Clinatus.
Indecor. quære ſub *Decus.*
Indecorus,a,um. Quære Decorus.
Indefletus,a,um. Quære Fletus.
Indelebilis,e. uide ſub *Leo.*
Indelibatus,a,um. Quære Libatus.
Indeploratus,a,um. Quære Ploratus.
Indiges, *Virg.12.Aen.Indigetem Aeneam ſcis ipſa,& ſcire fateris*
& *Deberi cælo.*
Indigetes. *Oui.15.Met.fab.5,Dÿ precor Aeneæ comites,quib. enſis & ignis*
Ceſſerunt,Dÿq; indigetes,genitorq; Quirinæ
Vrbis.
Indocilis,e.vide Docilis.
Indomitus,a,um. Quære Domitus.
Indutus,a,um.Vir.11.Aen.Indutosq; iubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre duces,inimicaq; nomina figi.
Iners. uide ſub *Ars.*
Inexaturabilis,e.vide Saturabilis.
Inexcitus,a,um.vide Citus, penult.product.
Inexorabilis,e.vide Orabilis.
Inexpletus,a,um.vide Pletus.
Inextricabilis,e. Quære Tricabilis.
Infabricatus,a,um.vide Fabricatus.
Inferior,ius.
Inficetus,a,um.Cat.Car.19, Aut ſi quid hac re triſtius videbatur,
Idem inficeto eſt inficetior rure.

Infi-

Inficiãndus,Mar.li.5.Epi.31,Varro,Sophocleo non inficiande cothurno,
a,um. *Nec minus in Calabra ſuſpiciende lyra.*
Infidus,a,um.vide Fidus.
Inflãtus,a,um.vide Flatus.
Infletus,a,um.Quære Fletus.
*Infrenus,a,um.*uide ſub uocabulo *Frenum.*
Infuſus,a,um.vide Fuſus.
Ingeminãtus,a,um.Quære Geminatus.
*Ingenioſus,a,um.*quære ſub particula *Oſus*,ord.*O.*
Ingenuus,a,um.Oui.2.de Põt.Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes,
Emollit mores,nec ſinit eſſe feros.
Idem Epiſt.5, Turpiter ingenuum munera corpus emunt.
Pont. Atq; fides conſtans,ingenuusq; pudor.
Hor.1.Ser.Sat.6, Quum referre negas quali ſit quiſq; parente
Natus;dum ingenuus.
*Inglorius,a,um.*uide ſub *Gloria*,ord.*G.*
*Ingluuioſus,a,um.*uide in ord.*O.*compoſ.cum part.*Oſus.*
Ingrãtus,a,um.Quære Gratus.
Ingrediens.vide Gradiens.
Inhians.Quære Hians.
Inhoneſtus,a,um.Quære Honeſtus.
Inhumãtus,a,um.Quære Humatus.
Inimicus,a,um.vide Amicus.
Iniquus,a,um.vide Aequus.
Innãtus,a,um.Quære Natus.
Innocuus,a,um.vide Nocuus.
*Innumerus,a,um.*uide ſub *Numerus.*
*Inops.*quære ſub *Opes.*
Inopinus,a,um.Quære Opinus.
Inous,a,um.Virg.1.Georg.Votaq; ſeruati ſoluent in littore nautæ
Glauco,& Panopeæ, atq; Inoo Melicertæ.
Idem 5.Aen. Et ſenior Glauci chorus,Inousq; Palæmon.
Oui.3.Met.fab.10,―――― dextramq; precantis
Abſtulit,Inoo lacerata eſt altera raptu.
Inquinãtus,a,Pru.in Periſt. Iudææ quem plebs aureo
um. *Boue inquinata,& decolor,*

Expa-

Expanit, & faciem retro
Detorſit impatiens Dei.

Inquinātiŏr, ĭŭs, Catul. Car. 31, Nam dextra pater inquinatiore.
Insălūbrĭs, e. vide Salubris.
Insălūtātŭs, a, um. quare Salutatus.
Insānābĭlĭs, e, quare Sanabilis.
Insānŭs, a, um. vide Sanus.
Insātĭābĭlĭs, e. vide Satiabilis.
Inſcītŭs, a, um. quare Scitus.
Inſcĭŭs, a, um. vide Sciens.
Insĕcābĭlĭs, e. vide Secabilis.
Insĭdābĭlĭs, e. quare Sedabilis.
Insēdātŭs, a, um. quare Sedatus.
Insēnsĭbĭlĭs, e. vide Senſibilis.
Insĕpūltŭs, a, um. quare Sepultus.
Insĭdĭātŭs, Virg. 9. Aen. Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili
a, um. Quum fremit ad caulas.
Insĭdĭōsŭs, a, um. uide ſub particula *Oſus.*
Inſignitus, a, um.
Insĭtŭs, a, um. quare Situs.
Insŏlĭtŭs, a, um. vide Solitus.
Inſpīrāns, vide Spirans.
Inſpŏlĭātŭs, a, um. vide Spoliatus.
Inſtratus, a, um. vide Stratus.
Inſuētŭs, a, um. vide Suetus.
Insŭpĕrābĭlĭs, e. quare Superabilis.
Intĕgĕr, Virg. 9. Aen. Actutum pius Aeneas, atq; integer aui.
Integra, um. Oui. 5. Triſt. Eleg. 3, Integer & latus, læta & iuuenilia luſi.
& Virg. 4. Eclog. Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo.
Intēgra, um. Hor. 2. Ser. Sat. 2, Quo magis his credas, puer hunc ego paruus Ofellum.
Integris opibus noui, non latius vſum.

Huius diminutiuum eſt *Integellus, a, um.*

Catull. Car. 15, Vt ſi quidquam animo tuo cupiſti,
Quod caſtum expeteres & integellum;

Conſerues

Conſerues puerum mihi pudicè.

Intĕmĕrātŭs,a,um.vide Temeratus.

Interĭŏr,ius,Virg.1.Aen. At domus interior regali ſplendida luxu Inſtruitur.

Idem 4.Aen. Interiora domus irrumpit limina,& altos Conſcendit furibunda rogos.

Intĭmŭs,a,um. Virg.3.Georg. Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.

Idem 1.Aen. ———— atq; intima tutus Regna Liburnorum,et fontem ſuperare Timaui.

Inuălĭdŭs,a,um.vide ſimplex Validus.

Inuĭŏlābĭlĭs,e.quare Violabilis.

Inuīſŭs,a,um.quare Viſus.

Inuītŭs,a,um. Virg.10.Aen. Rupimus inuita tua vincula,teq; per æquor Quærimus.

Inutilis, e.vide Vtilis.

Inuĭŭs,a,um,vide ſub Via.

I ante O.

Iŏcāns.

Iŏcōsŭs,a,um. uide compoſit.cum part. *Oſus* in ord. *O.*

Īŏnĭcŭs,a,um. *Hor.3.Car.Od.6,Motus doceri gaudet Ionicos*
Matura virgo,& fingitur artubus
Iam nunc,& inceſtos amores
De tenero meditatur vngui.

Mart.li.13,Epig.61,Inter ſapores fertur alitum primus,
Ionicarum guſtus attagenarum.

Īŏnĭŭs,a,um. Virg.3.Aen. Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo.

I ante P.

Īphĭănăſſă-ŭs,a,um. Lucre.lib.1, Aulide quo pacto Triuiai virginis aram
Iphianaſſæo turparit ſanguine fœdè.

Ipsĕ,a,um. Genit. *Ipsĭŭs*, & *Ipsīŭs.*

Virg.2.Aen. Infelix ſimulachrum,atq; ipſius vmbra Creuſæ
Viſa

Viſa mihi ante oculos.

I ante R.

Irācūndŭs,a,um. uide compoſ.cum part. *Vndus*, in ord. *V.*
Irātŭs,a,um.Virg.2.Georg.Aut vnde iratus ſiluam deuexit arator.
Īrrĕmĕābĭlĭs,e.vide Meabilis.
Īrrĕpărābĭlĭs,e.vide Parabilis.
Īrrĭgŭŭs,a,um.quare Riguus.
Irriſus,a,um.quare Riſus.
Irritus,a,um. quare Ratus.

I ante S.

Ĭs,
Eă, *Virg.2.Georg.Frugibus infelix,ea nec manſueſcit arando,*
Id. *Nec Baccho genus,aut pomis ſua nomina ſeruat.*

COMPOSIT

[*Īdĕm,* Maſculinum.]

Virg.8.Aen. *Idem Atlas generat cœli qui ſidera tollit.*

[*Eădĕm.*]

[*Īdĕm,* Neutri generis.]

Mart.li.12.Epig.26,Et faciamus idem,nec mereamur idem.
Iſĭăcŭs,a,um. *Mant.* *Incolit Iſiaco contermina rura Canopo.*
Manil. *Atq; ipſa Iſiaco certarunt flumina ſiſtro.*
Iſmăēlītăŭs,a,um. *Mant.* *Iſmaelitaum ſine manſuetudine vulgus.*
Iſmarius,a,um.id eſt, Thracius.
Iſthmĭăcŭs,a,um.

I ante

I ante T.

Itălĭcūs,a,um. Oui.13.Met.fab. *Graia quis Italicis auctor poſuiſſet in oris*
Mœnia.

Itălĭs,ĭdĭs. Oui.2.de Pōt.Eleg.3, *Vltima me tecum vidit, mæſtiſq; cadentes*
Excepit lacrimas Italis ora genis.

Ĭtălŭs,a,um. Virg 3.Aen. *Et ſæpe Heſperiam,ſæpe Itala regna vocare.*
& Idem 7.Aen. ——————— *quibus Itala iam tum*
Floruerit terra alma viris,quibus arſerit armis.

Ĭtălŭs,a.um. Virg.6.Aen. ———— *qui maneant Itala de gente nepotes.*
Idem 8.Aen. *Illic res Italas,Romanorumq; triumphos.*

Ĭtĕrātŭs,a,um. Prop.li.4.Eleg.3, *Te modò viderunt iteratos Bactra per ortus,*
Te modò munito Sericus hoſtis equo.

Īthăcēnsĭs,e. Hor.1.Epiſt 6, *Quid deceat,quid non obliti Carite cera*
Digni,remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſei.

Ĭthăcŭs,a,um.

Ītūræ̆ŭs,a,um. Virg.2.Georg. *At Myrtus validis haſtilibus & bona bello*
Cornus,Ituræos taxi curuentur in vſus.
Lucan.lib.7, ——— *Ituræis curſus fuit inde ſagittis.*

Ĭtūrŭs,a,um. Virg.6.Aen. *At pater Anchiſes penitus conualle virenti*
Incluſas animas,ſuperumq; ad limen ituras
Luſtrabat ſtudio recolens.
Idem eod. *Illuſtres animas,noſtrumq; in nomen ituras.*

COMPOSIT

[*Ăbĭtūrŭs,a,um.*]

[*Ădĭtūrŭs,a,um.*]

[*Ŏbĭtūrŭs,a,um.*]

[*Pĕrĭtūrŭs,a,um.*]

Virg.2.Aen. *Et ſedet hoc animo,perituræq; addere Troiæ*
Teq; tuoſq; iuuat:patet iſti ianua letho.

Rĕdĭtū-

[*Rēdĭtūrŭs,a,um.*]

Virg.10.Aen. *O dolor,atq; decus magnum rediture parenti.*

[*Trānsĭtūrŭs,a,um.*]

I ante V.

Iŭbātŭs,a um. *Barth.* *Atq; iubatorum phaleræ curuantur equorum.*

Iūcūndŭs,a,um. uide in ord. *V.* compoſ.cum part. *Vndus.*

Iūdĭcĭālĭs,e. *Mant.* *Sacra damus feſtis,fora iudicialia ponunt.*

Iŭgālĭs,e. *Virg.4.Georg.* *Si cui me vinclo vellem ſociare iugali.*
Oui.Epiſt.4, *At nec nupta quidem,tædaq; accepta iugali.*
Val.Flac.lib.8, *Promiſſamq; fidem thalamis,fœdusq; iugale.*

COMPOSIT.

[*Cōniŭgālĭs,e.*]

Iŭgĭālĭs,e.

COMPOSIT.

[*Cōniŭgĭālĭs,e.*]

Oui.6.Met.fab. *Nec mea virginitas,nec coniugialia iura.*
Idem 11.Met.fab. *Tunc quoq; manſit amor,nec coniugiale ſolutum eſt Fœdus.*

Iūgĭs,e. *Hor.2.Ser.Sat.6,* *Hoc erat in votis,modus agri non ita magnus,*
Hortus vbi,& tecto vicinus iugis aquæ fons,
Et paulùm ſiluæ ſuper his foret.

Iŭgōsŭs,a,um. uide in *Oſus* deſinentia adiect.in ord. *O.*

IVGVM.

Adiectiua irregularia compoſita à *Iugum* ſunt.

[*Bĭiŭgŭs,a,um.* & *Bĭiŭgĭs,e.*]

Virg.5.Aen. *Non tam præcipites bijugo certamine campum*
Corripuere,ruuntq́, effuſi carcere currus.
Stat.1.Achill. *Elicit inde fretis,& murice frenat acuto*
Delphinas bijuges,quos illi maxima Tethys.

[*Cōniŭgŭs, a,um.*]

[*Iniŭgĭs,e.*]

[*Mŭltĭiŭgŭs,a,um.* & *Mŭltĭiŭgĭs,e.*]

[*Quădrĭiŭgŭs,a,um.* & *Quădrĭiŭgĭs,e.*]

Virg.3.Georg. *Cẽtum quadrijugos agitabo ad flumina currus.*
Idem 10.Aen. *Quadrijuges in equos,aduerſaq́, pectora tendit.*

Iŭgŭrthīnŭs,a,um. *Hor.in Epod.Od.9,Io triumphe,nec Iugurthino parem*
Bello reportaſti ducem.

Iūlæŭs,a,um. *Oui.2.de Põt.Eleg.5,Surgit Iulæo iuuenis cognomine dignus,*
Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.
Prop.li.4.Eleg.6,Actia Iulæa pelagus monimenta carinæ,
Nautarum votis non operoſa via.

Iūlĭŭs,a,um.Virg.2.Georg.Iulia quà ponto longè ſonat vnda refuſo.
Hor.1.Car.Od.12,Creſcit occulto velut arbor æuo
Fama Marcelli,micat inter omnes
Iulium ſidus,velut inter ignes
Luna minores.

Iūnĭŏr, à *Iuuenis,*quod etiam adiectiuè ſumitur.
Hor.2.Epiſt.1,Qui vel menſe breui,vel toto eſt iunior anno,
Annibal has forti iunior enſe fugat.
Oui.7.Met.fab.—— & admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi.

Iūnōnĭŭs, a,um. *Virg.1.Aen.* ———— *vereor.quò ſe Iunonia vertant*
Hoſpitia, haud tanto ceſſabit cardine rerum.
Oui.1.de Arte, Laudatas oſtendit auis Iunonia pennas.

Iūrātŭs, a,um. *Lucan.lib.8;* ——*mihi per Latium iurata Tonantem*

COMPOSITA

[*Ăbiūrātŭs,a,um.*]

Virg.8.Aen. *Abſtractaq́ boues, abiurataq́ rapinæ*
Cœlo oſtenduntur.

[*Cōniūrātŭs,a,um.*]

Virg.2.Georg.Aut coniurato deſcendens Dacus ab Iſtro.

[*Dēiūrātŭs,a,um.*]

[*Īniūrātŭs,a,um.*]

. I V S:

A *Ius* adiectiua compoſita ſunt, *Falſiiurius, a, um. Iniurius, a,um.* Item, *Periurus,a,um.*

Virg.2.Aen. *Talibus inſidijs, periuriq́ arte Sinonis*
Credita res.

Sic ab *Iniuria, Īniūrĭōsŭs,a,um.* quod quære ſub particul. *Oſus.*

Iŭuĕnīlĭs,e. Virg.5.Aen. *Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore vires.*
Idem 12.Aen. *Tabentesq́ genæ, & iuuenili in corpore pallor.*

Iŭuĕnīlĭŏr, ius. *Oui.14.Met.fab.* *Silenusq́ ſuis ſemper iuuenilior annis.*

I ante X.

Ĭxīŏnēŭs,a,um.Virg.4.Georg. ——— *tenuitq́, inhians tria Cerberus ora,*
vel *Atq́, Ixionei cantu rota conſtitit orbis.*
Ĭxīŏnĭŭs,a,um.

CLASSIS TERTIAE.

ORDO DECIMVS:

De quantitatibus nominum Adiectiuorum incipientium ab

L

L ante A.

Lābāns, āntĭs. *Virg.4.Aen.* *Solus hic inflexit ſenſus,animumq́, labantem*
Impulit,agnoſco veteris veſtigia flammæ.
Lābĕfăctŭs,a,um.vide ſub Faciens.
Lābēns. *Virg.4.Georg.Nunc eadem labente die conuiuia quærit.*
Idem eodem, Omnia ſub magna labentia flumina terra.
Oui.15.Met.fab.4,Perq́, ſinus crebros, & magna volumina labens.
Prop li.4.Eleg.2,Vidi ego labētes acies & tela caduca.

COMPOSITA

[*Allābēns.*]

[*Circūmlābēns.*]

Lucan.li.6,

Lucan.li.6, Proſpectumq́; dedit circumlabentis Olympi.

[Dilabens.]

[Rēlābēns.]

Virg.10.Aen. Fragmina remorum quos & fluitantia tranſtra
Impediunt, retrahitq́; pedes ſimul vnda relabēs.

[Sūbtērlābēns.]

Oui.3.Tri.Ele.10, Perq́; nouos pontes ſubterlabentibus vndis,
Ducūt Sarmatici barbara plauſtra boues

Lābīcānūs, a,um *Mart.li.1.Epi.56, Alcime quem raptum domino creſcētib. anno*
Labicana leui ceſpite velat humus.

Lābilis,e. *Calent. Perq́; lapilloſas labilis vnda vias.*

Lăbōrāns, āntis. *Virg.3.Geor.* ——— *ſinuetq́; alterna volumina crurum,*
Sitq́; laboranti ſimilis.

Lăbōrātūs, a,um. *Virg.1.Aen. Arte laborata veſtes, oſtroq́; ſuperbo.*
Idem 8.Aen. ——————— *onerantq́; caniſtris*
Dona laborata Cereris, Bacchumq́; miniſtrant.

COMPOSIT

[Elăbōrātūs,a,um.]

Hor.in Epo.Od.14, Cui praſæpe caua teſtudine fleuit amorem
Non elaboratum ad pedem.

[Illăbōrātūs,a,um.]

[Inēlăbōrātūs,a,um.]

Lăbōrĭōſūs,a,um. uide ſub part *Oſus.*

Lăbўrinthæūs,a,um. *Stroz fil. Et labyrinthæis ambagibus inclyta virtus.*

Lăbyrĭnthĭăcŭs, a,um. *Mant.* *Calle ſalebroſo, labyrinthiaciſq; viarum Flexibus.*

Lăcānŭs,a, um. *Virg.2.Geor.* *Sperchiuſq; & virginibus bacchata Lacanis Taygeta.*

Idem 2.Aen. *Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacana Has euertit opes.*

Lăcĕrābĭlis,e.

COMPOSIT

[Īllăcĕrābĭlis,e.]

Lăcĕr, & Lăcĕrŭs,a,um. *Virg.6.Aen.* *Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto Deiphobum vidit,lacerum crudeliter ora.*

Mar.in Amph. *Viuebant laceri membris ſtillantibus artus, Inq; omni nuſquam corpore corpus erat.*

Lăcĕrātŭs,a,um.

COMPOSIT

[Dīlăcĕrātŭs,a,um.]

Lăcĕrnātŭs, a,um. *Mant.* *Adde lacernatas corylos, & amygdala meſsis Nuntia.*

Lăcĕrtōſŭs,a,um. uide ſub particula *Oſus.*

Oui.11.Met.fab.1, *Dura lacertoſi fodiebant arua coloni.*

Lăceſsītŭs, a,um. *Virg 7.Aen.* *——————— araq; fulgent Sole laceſsita; & lucem ſub nubila iactant.*

COMPOS.

COMPOSIT.

[*Illăcēſsĭtŭs,a,um.*]

Lăcĭnĭŭs,a, Oui.15.Met.fab.4,——— præterq́ Lacinia templa
um. Nobilitata dea, Scyllæaq́ littora fertur.
Lăcōnĭcŭs, Hor.2.Car.Od.18, Nec Laconicas mihi
a,um. Trahunt honeſtæ purpuras clientes.
Lăcrĭmābĭlĭs,e. Virg.3.Aen. ——— gemitus lacrimabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad aures.
Ouid.2.Met.fab. Vixq́ tenens lacrimas quia nil lacrimabile cerno.
Polit. ——— non te lacrimabilis ætas,
Non te forma mouet.

COMPOSIT.

[*Illăcrĭmābĭlĭs,e.*]

Lăcrĭmāns, Vir.4.Georg. Stat lacrimans, & te crudelem nomine dicit.
antĭs. Idem 2.Aen. Hæc vbi dicta dedit, lacrimātē & multa volentē
Dicere deſeruit.

COMPOSIT.

[*Illăcrĭmāns.*]

Virg.9.Aen. Sic ait illacrimans, humero ſimul exuit enſem
Auratum; mira quem fecerat arte Lycaon.
Lăcrĭmātŭs, Oui.1.Faſt. Nondum pertulerat lacrimatas cortice myrrhas
a,um. Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.

Lăcrĭmōſŭs,a,um. uide compoſ. cum *Oſus* part. in ord. *O.*

Lāctĕōlŭs, a,um. *Polit.* *Pingit lacteolas purpura grata genas.*
Pru. in Pſych. ——— *latet & lupus ore cruento*
Lacteolam mentitus ouem ſub vellere molli.

Lăcūſtrĭs,e. *Mant.* *Noſtrum eſt ad iuncos non hic cantare lacuſtres.*

Lāſtrīgŏnĭŭs, a,um. *Hor. 3. Car. Od. 16,* *Quanquam nec Calabræ mella ferũt apes*
Nec Laſtrigonia Bacchus in amphora
Langueſcit mihi.

Laſus,a,um. per ſe notæ quantitatis.

COMPOSITA

[*Ăllīſūs,a,um.*]

[*Cōllīſūs,a,um.*]

[*Ēlīſūs,a,um.*]

Virg. 8. Aen. ——— *& angit inhærens*
Eliſos oculos, & ſiccum ſanguine guttur.
Oui. 6. Met. fab. *Exilianté cauis eliſi nubibus ignes.*

[*Īllīſūs,a,um.*]

Virg. 7. Aen. *Concuſſæ cautes, & acuto in murice remi*
Obnixi crepuere; illiſaq́; prora pependit.

Lăērtĭŭs, a,um. *Virg. 3. Aen.* *Effugimus ſcopulos Ithacæ & Laërtia regna.*

Lălātānŭs, a,um. *Mart. li. 9. Epig.* *Et Lalatana nigra lagena ſapa.*
Idem, *A caupone tibi fax Lalatana petatur.*

Lāmēntābĭlĭs,e. *Virg. 2. Aen.* *Troianas vt opes, & lamentabile regnum*
Eruerint Danai.
Mant. *Nunciat infelix, & lamentabile fatum.*
Idem, *Non niſi per luctus, & lamentabilis æui*
Supplicia.

Lamentatus,a,um.

Lāmpsăcĭ-ŭs,a,um. *Mart.li.10.Epig.* *Nam mea Lampſacio laſciuit pagina verſu.*

Lānĕŭs,a,um. *Virg.3.Georg.* *Lanea dum niuea circundatur infuſa vitta.*
Mart.li.Epig. *Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui*
Aequoreo dulces cum ſale paſtus aquas.
Hor.1.Ser.Sat.8, *Lanea & effigies erat, altera cerea, maior*
Lanea, quæ pœnis compeſceret inferiorem.

Lānguĭdŭs,a,um. *Virg.12.Aen.* *Ac velut in ſomnis oculos vbi languida preſſit*
Nocte quies.
Oui.5.Faſt. ——————— *violas arere videres*
Filaq; punicei languida facta croci.

Lānguĭdŭlŭs,a,um.

Lănĭātŭs,a,um. *Virg.6.Aen.* *Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto*
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora.

COMPOSITA

[*Dilănĭātŭs,a,um.*]

Lānĭgĕr,a,um.vide Gerens.

Lāŏmĕdŏn-tæŭs,a,um. *Virg.4.Aen.* ——————— *nec dum*
Laomedontææ ſentis periuria gentis?

Lāŏmĕdŏn-tĭădēs. *Virg.8.Aen.* *Laomedontiaden Priamum Salamina petentē.*

Lāŏmĕdŏn-tĭŭs. *Virg.7.Aen.* ——————— *quum Laomedontia pubes*
Gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem.

Lăpĭdāns.

COMPOSITA

[*Dilapidans.*]

Mant. *Eximias luxu dilapidante domos.*

Lăpĭdōsŭs,a,um. uide ſub particul. *Oſus*, ord. *O.*

Lăquĕāndŭs,a,um.

COMPOSIT

[*Ēlăquĕāndŭs,a,um.*]

Prud.cont.Sym.—————————*vincenda voluptas,*
Elaqueanda animi conſtantia,ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa,ac captiua prematur.

Lăquĕātŭs,a,um.

COMPOSIT

[*Ēlăquĕātŭs,a,um.*]

Lārĭſſāŭs, a,um. *Virg.2.Aen.* *Quos neq; Tydides,nec Lariſſaus Achilles,*
Non anni domuere decem, non mille carinæ.
Lārĭŭs,a, um. *Catull.* *Veronam veniat noui relinquens*
Comi mœnia,Lariumq; littus.
Lăſcĭuŭs,a, um. *Virg.2.Eclog.* *Florentem cythiſum ſequitur laſciua capella.*
Idem 3.Eclog. *Malo me Galatea petit laſciua puella.*
Tibull.li.1, *At laſciuus amor rixa mala verba miniſtrat.*
Lătĕbrōsŭs,a,um. uide ſub particula *Oſus* ord. *O.*
Lătēns,ēn- tĭs. *Virg.2.Aen.* *Seruantem & tacitam ſecreta in ſede latentem*
Tyndarida aſpicio.
Idem 3.Aen. *Diſponunt enſes,& ſcuta latentia condunt.*
Hor.in Art.poët. *Nunquam te fallant animi ſub vulpe latētes.*

COMPOSIT

[*Dēlĭtēns.*]

Lătĭālĭs,e. *Lucan.lib.1,* *Et reſidens celſa Latialis Iuppiter Alba.*

Lăti-

Lătīnŭs,a,um. *Virg.8.Aen.* *Hi bellum aſſiduè ducunt cum gente Latina.*
Ouidius, *Deridentſtolidi verba Latina Getæ.*

Latitius.

COMPOSIT

[*Collatitius.*]

Latius,a,um.
Latinus,a,um.

COMPOSIT

[*Collatiuus.*]

Lātrāns. *Virg.3.Eclog.* ——————*multum latrante Lyciſca.*
Idem 6.Aen. ——————*licet ingens ianitor antro*
Aeternum latrans exangues terreat vmbras.

COMPOSIT

[*Circūmlātrāns.*]

Idem 7.Aen. *Quæ ſeſe multis circumlatrantibus vndis*
Mole tenet.

Lătrāns. *Ruff.* *Digna poli conſors,& cura latrantis Anubis.*

Lātrātŭs,a,um. *Mart.li.1.Epig.133,Cui dat latratos obuia turba cibos.*
Stat.1.Achill. ——————————*iuxtaq́, Caphareus*
Latratum pelago tollens caput.

Lātūrus,a,um. *Virg.8.Aen.* *Si bellum ingruerit,Vulcaniaq́, arma per auras.*
Laturam auxilio.
Hor.2.Epiſt.2,I bone quò virtus tua te vocat,i pede fauſto,
Grandia laturus meritorum præmia, quid ſtas?

COMPOS.

COMPOSITA

[*Āblātūrŭs,a,um.*]

[*Āllātūrŭs,a,um.*]

[*Cōllātūrŭs,a,um.*]

[*Dēlātūrŭs,a,um.*]

[*Dīlātūrŭs,a,um.*]

[*Ēlātūrŭs,a,um.*]

[*Īllātūrŭs,a,um.*]

[*Ōblātūrŭs,a,um.*]

[*Pērlātūrŭs,a,um.*]

[*Prælātūrŭs,a,um.*]

[*Rēlātūrŭs,a,um.*]

Lătŭs,a,um. Particip. à *Fero*: ſed in ſimplici inuſitatum.

COMPOSITA

[*Āblātŭs,a,um.*]

Val.Flac.6.Arg.Ille nec ablatam ſequitur quærit ve ſororem.

[*Allatus,a,um.*]

[*Antelatus,a,um.*]

[*Cōllātŭs,a,um.*]

Virg.11.Aen. *Tu Tyrrhenum equitem collatis excipe ſignis.*

[*Dēlātŭs,a,um.*]

Virg.3.Aen. *Huc vbi delati portus intrauimus;ecce,*
Læta boum paſſim campis armenta videmus.

[*Dīlātŭs,a,um.*]

Lucan.lib.6. *Intra clauſtra piger dilato Marte quieuit.*

[*Ēlātŭs,a,um.*]

Virg.12.Aen. ——— *quum primum alto ſe gurgite tollunt*
Solis equi,lucemq́, elatis naribus efflant.

[*Ōblātŭs,a,um.*]

Vir.4.Georg. *Chius Ariſtæo quoniam eſt oblata facultas.*

[*Prælātŭs,a,um.*]

Virg.5.Aen. *Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori.*

[*Pērlātŭs,a,um.*]

Virg.11.Aen. *Haſta ſub exertam donec perlata papillam*
Hæſit.

[*Rēlātŭs,a,um.*]

Virg.1.Aen. *Namq́, tibi reduces ſocios,claſſemq́, relatam*
Nuncio;& in tutum verſis Aquilonibus actam.

Lātŭs,a,um. *Virg.6.Aen.* *Quò lati ducunt aditus centum,oſtia centum.*
pro ſpacio-ſus. *Idem 10.Aen.* *Horrida per latos acies Vulcania campos.*
Lucan. *Obſtruit & latum deiectis rupibus æquor.*

Lăuāndŭs,a,um.
Lăuāns,āntĭs.

Lăuā-

Lăuātŭs,a,um.
Lāudābĭlĭs,e.

COMPOSITA

[*Illāudābĭlĭs,e.*]

Lāuīnĭŭs,a,um. *Virg.4.Aen.* *Nec prolem Auſoniam, & Lauinia reſpicit arua.*
Idem 7.Aen. *Et iuxta genitorem aſtat Lauinia virgo.*
Lāuīnŭs,a,um. *Virg.1.Aen.* *Italiam fato profugus, Lauinaq; venit*
Littora.
Lāurĕŭs,a,um. *Oui.2.Triſt.* *Ponat & in nitida laurea ſerta coma.*
Lāurĭcŏmŭs,a,um.vide Comans.
Lāurĭfĕr,a,um.vide Ferens.
Lāurĭgĕr,a,um.vide Gerens.

L ante E.

Lēāndrĭŭs,a,um. *Paciſi.* *Et flammam Veneris Leandria ſenſit Abydos.*
Lēctīcārĭōlŭs,a,um. *Mar.li.12.Epi.* *Ancillariolum tua te vocat vxor, at ipſa*
Lecticariola eſt, eſtis, Alauda, pares.
Lēdāŭs,a,um. *Vir.3.Aen.* ———————— *qui deinde ſecutus*
Ledaam Hermionen, Lacedamonioſq; hymenaeos.
Idem 7.Aen. *Ledaamq; Helenam Troianas vexit ad arces.*
Lēgandŭs,a,um.

COMPOSITA

[*Ablēgāndŭs,a,um.*]

[*Dēlēgāndŭs,a,um.*]

[*Pra-*

[*Prălēgāndŭs,a,um.*]

[*Rĕlēgāndŭs,a,um.*]

Lēgāns,antis.

COMPOSIT.

[*Ăblēgāns.*]

[*Dēlēgāns.*]

[*Prălēgāns.*]

[*Rĕlēgāns.*]

Lēgātŭs,a,um.

COMPOSIT.

[*Ăblēgātŭs.*]

[*Dēlēgātŭs.*]

[*Prălēgātŭs,a,um.*]

[*Rĕlēgātŭs,a,um.*]

Hor.1.Ser.Sat.10, Ambitione relegata te dicere poſſum Pollio.

Lĕgēndŭs,a,um.

COMPOS.

COMPOSITA

[*Cōlligēndŭs,a,um.*]

[*Dēligēndŭs,a,um.*]

[*Dīligēndŭs,a,um.*]

[*Elēgēndŭs,a,um.*]

[& *Eligēndŭs,a,um.*]

[*Intērlēgēndŭs,a.um.* uel *Intēlligēndŭs,a,um.*]

[*Nēglīgēndŭs,a,um.*]

[*Pērlēgēndŭs,a,um.*]

[*Prālēgēndŭs,a,um.*]

[*Rēlēgēndŭs,a,um.*]

Lēgēns,entis.Virg.8.Eclo.Dux ego veſter eram,vidi cum matre legentem.
Idem 2.Geor. ———— *nec miſeros fallunt aconita legentes.*

COMPOSITA

[*Cōllēgēns.*]

[& *Cōlligēns.*]

[*Dīligens.*]

[*Elēgēns.*]

[&

[& *Ēlĭgēns.*]

[*Īndĭlĭgēns.*]

[*Īntēllĭgēns.*]

[*Nēglĭgēns.*]

Catull.Car.10, Per quam non licet eſſe negligentem.

[*Nēglĭgēntĭŏr,ĭŭs.*]

Idem Car.12, Tollis lintea negligentiorum.

[*Pērlĕgēns.*]

[*Prælĕgēns.*]

[*Rĕlĕgēns.*]

Virg.3.Aen. Talia monſtrabat relegens errata retrorſum
Littora.

Particula compoſit.*Legus*, hinc deducitur: à quo compoſita hæc fiunt, iucunda ſimul & ad copiam ſermonis comparandam accommodatiſsima.

[*Āurĭlĕgŭs,a,um.*]

[*Flōrĭlĕgŭs,a,um.*]

[*Frūgĭlĕgŭs,a,um.*]

Oui.7.Met.fab.11, Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes.

[*Săcrĭlĕgŭs,* & *Săcrĭlĕgŭs,a,um.*]

Buch.Pſal.50, At impium ſic alloquitur DEVS,
Qua fronte leges tu recitas meas?
Et ore ſanctum impurus audes
Sacrilego memorare fœdus?

[*Sōrtĭlēgŭs,a,um.*

Hor.in Art. *Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.*

[*Tūrĭlēgŭs,a,um.*]

Oui.4.Faſt. *Nā modò turilegos Arabas,modò ſuſpicit Indos.*

Lēgĭtĭmŭs, a,um. *Hor.in Art.* *Legitimumq́; ſonum digitis callemus & aure.*
Idem 2.Epiſt.2,At qui legitimum cupiet feciſſe poëma,
Cum tabulis, animum cenſoris ſumet honeſti.

COMPOSITA.

[*Īllēgĭtĭmŭs,a,um.*]

Lēgĭfĕr,a,um. Quære Ferens.

Lēmnĭăcŭs, a,um. *Oui.2.Met.fab.14,Lemniacā ſtirpē contra data fœdera vidit.*
Mart.li.5.Epig.7,————ſic Lemniacis laſciua catenis
Ignoſcat coniunx,& patienter amet.

Lēnǣŭs,a,um.Vir.4.Aen.Iuppiter omnipotens,cui nunc Mauruſia pictis
Gens epulata toris,Lenæum libat honorem.

Lēnĭēndŭs,a,um.

Lēnĭēns,ēntĭs.

Lēnĭs,e. *Virg.3.Georg.Lenibus horreſcunt flabris ſummæq́; ſonorem*
Dant ſiluæ.

Lēnĭŏr,ius. *Hor.2.Epiſt.2,Lenior & melior ſis accedente ſenecta?*

Lēnĭtūrŭs,a,um.

COMPOSITA.

[*Delenitur⁹.*]

Auſon.

Auſon. *Diſce libens,longum delenitura laborem*
Interualla damus.

Lentus,a,um. notæ eſt quantitatis. Significationes habet multas, inter quas ſignificat plenum ſeu grauatum. Et in hac ſignificatione multa habet compoſita, quæ tanquam in unum faſciculum ſtudioſorum gratia collegi, ut & ipſi ea facilius inuenire & ſimilia effingere minus laborioſè poſsint. Eandem habet ſignificationem quam particulæ *Oſus* & *Vndus*, de quibus ſuis locis. Differunt autem ab inuicem, quòd hęc cum ſubſtantijs & quantitatibus concurrat, illa cum qualitatibus & affectionib. Sic dicimus *Florulentus*, *Corpulentus*; & *Furibundus, Iracundus.* Nec aliter nec melius poſſunt excogitari. In *Oſus* promiſcuè tam cum ſubſtantiam quàm qualitatem & quantitatem ſignificantibus componitur.

[*Ăurŭlēntŭs,a,um.*]

Pru.in Periſt.Bracteolas trabibus ſubleuit,vt omnis aurulēta
Lux eſſet intus,ceu iubar ſub ortu.

[*Cārnŭlēntŭs,a,um.*]

Pru.in Periſt.O merſa limo cæcitas Gentilium,
O carnulenta nationum pectora.

[*Cōrpŭlēntŭs,a,um.*]

[*Ēſcŭlēntŭs,a,um.*]

Mart.lib.7.Epig.19,Nec eſculenta ſufficit gulæ præda,
Miſto lagenam replet ad pedes vino.

[*Flōrŭlēntŭs,a,um.*]

[*Frāudŭlēntŭs,a,um.*]

Hor.3.Car.Od.3, Caſtæq́; damnatum Mineruæ
Cum populo & duce fraudulento.

[*Grăcĭlēntŭs,a,um.*]

Mart. Capell.Et gracilenta perit macies.

[*Lūcŭlēntŭs,a,um.*]

Mart.li.2.Epi.86,Nec dictat mihi luculentus Atthis
Mollem debilitate Galliambon.

[*Lŭcŭlēntŭs,a,um.*]

Hor.2.Epiſt.2,Hac rabioſa fugit canis, hac lutulenta ruit ſus.
Pru.in Periſt.Iam iam ſilebo;margaritas ſpargere
Chriſti,vetamur inter immundos ſues,
Lutulenta ſanctum ne terant animalia.

[*Mūcŭlēntŭs,a,um.*]

Pru.in Periſt.Pannis videres obſitos,
Et muculentis naribus,
Mentum ſaliuis vuidum,
Lipposq́; palpebra putri.

[*Ŏpŭlēns.*]

Mant. ———— *hominemq́; opulentibus auctum.*
Fortunaq́; animaq́; bonis.

[& *Ŏpŭlēntŭs,a,um.*]

Virg.1.Aen. Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat donis opulentum,& numine diua.
Hor.1.Car.Od.17,Dij me tuentur,dijs pietas mea
Et Muſa cordi eſt:hinc mihi copia
Manabit ad plenum benigno
Rure bonorum opulenta,cornu.

[*Ŏpŭlēntiſſimŭs.*]

Catul.Car.27,Eo ne nomine vrbis opulentiſsima
Socer generq́; perdidiſtis omnia?

[*Pŭlvĕrŭlēntŭs,a,um.*]

Virg.1.Georg.Pulueruleuta coquit maturis frugibus aſtas.

[*Pŭ-*

[*Pūrūlēntŭs,a,um.*]

Prud.in Periſt. *Quid inuidorum pectorum*
Strumas retexam turgidas?
Quid purulenta & liuida
Malignitatum vulnera?

[*Rōrūlēntŭs,a,um.*]

Prud.in Cath. *Greges & ipſos claudit armentalium*
Solers virorum cura,ne vagum pecus
Contingat ore rorulenta gramina.

[*Rŏsūlēntŭs,a, um.*]

Prud.in Periſt. *Tecta coruſca ſuperrutilant*
De laquearibus aureolis,
Saxaq; caſa ſolum variant,
Floribus vt roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.

[*Sŭccūlēntŭs,a,um.*]

Prud.in Periſt. *Vt idolorum reſpuant caliginem,*
Cernant & illud lumen æternæ ſpei,
Non ſucculentis influens obtutibus,
Nec corporales per feneſtras emicans,
Puris ſed intus quod relucet mentibus.

[*Vĭōlēntŭs,a,um.*]

Virg.10.Aen. ———————*violentaq; pectora Turni*
Edocet.

[*Vĭrūlēntŭs, a,um.*]

Mant. ———————————*quem virulenta Megara*
Vincere cum toto non eualuiſſet Auerno.

LEO.

Ab hoc uerbo inuſitato deriuantur adiectiua aliquot compoſita, quæ in *Lebilis* & *Letus* deſinunt: ut,

[Dēlēbĭlĭs, e.]

Mart. li. 7, Epig. Caſibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet.

[Īndēlēbĭlĭs, e.]

Oui. 15. Met. fab. ——— *nomenq́; erit indelebile noſtrum.*

[Dēlētŭs, a, um.]

Virg. 11. Aen. *Deletas Volſcorum acies, cecidiſſe Camillam,*
Ingruere inſenſos hoſtes.

[Īndēlētŭs, a. um.]

Lēōnīnŭs, a, um.

Lĕpĭdŭs, a, um. *Hor. in Art.* *Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.*

COMPOSITA

[Īllĕpĭdŭs, a, um.]

Catull. Car. 6, Flaui delicias tuas Catullo,
Ni ſint illepidæ, atque inelegantes,
Velles dicere, nec tacere poſſes.

Lēsbōŭs, a, um. *Hor. 2. Car. Od. Lesboum refugis tendere barbyton.*

Lēthālĭs, e. *Virg. 9. Aen.* *Spiramenta animæ lethali vulnere rupit.*
Idem 11. Aen. *Quà vulnus lethale ferat, contrà ille repugnans.*
Oui. 13. Met. fab. *Quà patuit, ferro lethalem condidit enſem.*

Lēthārgĭ-

Lēthārgĭcŭs,a,um. *Hor.2.Ser.Sat.3, Vt lethargicus hic quum ſit pugil,& Medicum vrget.*

Lēthēŭs,a,um. *Virg.4.Georg. Inferias Orphei lethea papauera mittes.*
Oui.1.Triſt.Eleg.7, Cunctaq; Letheis merſa feruntur aquis.

Lēthĭfĕr,a,um. vide Ferens.

Lĕuāndŭs,a,um.

COMPOSIT

[*Ēlĕuāndŭs,a,um.*]

[*Rĕlĕuāndŭs,a,um.*]

[*Sŭblĕuāndŭs,a,um.*]

Lĕuāns,āntĭs.

COMPOSIT

[*Ēlĕuāns.*]

[*Rĕlĕuāns.*]

[*Sŭblĕuāns.*]

Lĕuātŭs,a,um. *Virg 4.Aen.* ———————— *atq; vltima Teucrûm*
Iuſſa ſequar? quia ne auxilio iuuat ante leuatos?

COMPOSIT

[*Ēlĕuātŭs,a,um.*]

[*Rĕlĕuātŭs,a,um.*]

[*Sūblĕuātŭs,a,um.*]

Lēucădĭŭs, a,um. *Oui.Epiſt.21, Ne ſim Leucadia mortua crimen aquæ.*
Propert.lib.5, Leucadius verſas acies memorabit Apollo.

Lēucŏphā-ātŭs,a,um. *Mart.li.1.Epi.64, Amator ille triſtium lacernarum*
Et baticatus atq; Leucophaatus.

Lĕuĭs,e. pro mobili. *Virg.1.Eclog Sæpe leui ſomnum ſuadebit inire ſuſurro.*
Oui.11.Met fab. Percutiensq; leuem modo natis aëra pennis.

Lĕuĭŏr,ĭŭs. *Virg.2.Georg. Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ,*
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.
Idem 3.Georg. Hæ quoq; non cura nobis leuiore tuendæ.

Lēuĭs,e. pro polito & ſplendeſcenti.

Virg.7.Aen. *Et leuem clypeum ſublatis cornibus Io*
Auro inſignibat.

Lēuĭtĭs,ĭdĭs, patronymicum pro adiect.

Prud.in Pſych. Ni ratio armipotens gentis Leuitidis vna
Semper fida comes clypeum obiectaſſet.

L ante I.

Lībāndŭs,a,um.

COMPOSIT.

[*Dēlībāndŭs,a,um.*]

Lībāns, āntĭs. *Virg.3.Georg. Te libans Lenæe vocat, pecorisq; magiſtris*
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.
Idem 5.Aen. Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho.

COMPOSITA

[Dēlĭbāns.]

Virg.12.Aen. *Summaq́ per galeam delibans oſcula, fatur;*
Diſce puer virtutem ex me, verumq́ laborem,
Fortunam ex alijs.
Lĭbănŭs, a,um. *Sedul.* *Semper habens frōdes, & tanquă libana cedrus.*
Lĭbātŭs,a,um. *Vir.1.Aen* *Primaq́ libato ſummotenus attigit ore.*
Hor.2.Ser.Sat.6, ———————— *vernasq́ procaces*
Paſco libatis dapibus, prout cuiq́ libido eſt.

COMPOSITA

[Dēlĭbātŭs,a,um.]

[Īllĭbatŭs,a,um.]

[Indēlĭbātŭs,a,um.]

Oui.1.Tri.Ele.4, *Dum iuuat & vultu ridet fortuna ſereno,*
Indelibatas cuncta ſequuntur opes.
Lĭbēns. *Virg.3.Aen.* *Iunoni cane vota libens, dominamq́ potentem*
Supplicibus ſupera donis.
Idem 8.Aen. ———————— *vt te fortiſsime Teucrûm*
Accipio, agnoſcoq́ libens.
Lĭbĕr,a,um. *Virg.3.Georg.* ———— *ac per aperta volans, ceu liber habenis,*
Aequora, vix ſumma veſtigia ponat arena.
Idem 12.Aen. *O mater. neq́ enim Turno mora libera mortis.*
Mart.li.Epi. *Liber homo es nimium, dicis mihi Charile ſemper*
In te qui dicit Charile, liber homo eſt.

Līběrĭŏr,ius. Oui.Epiſt.8, *Perfruor infelix liberiore malo.*

Lībērrĭmŭs, Hor.1.Epi.7, *Nec ſomnum plebis laudo ſatur altilium, nec*
a,um. *Otia diuitijs Arabum liberrima muto.*

Lībĕrālis,e. Mart.li.1.Epi.68, *Non plenum modò vicies habebas;*
Sed tam prodigus atq; liberalis,
Et tam lautus eras, Calene, vt omnes
Optarent tibi centies amici.

COMPOSIT

[*Illiberalis,e.*]

Liberandus,a,um.

COMPOSIT

[*Deliberandus.*]

Lībĕrātŭs,a,um.

COMPOSIT

[*Deliberatus.*]

Hor.1.Car.Od.39, ———————— *vt atrum*
Corpore combiberet venenum
Deliberata morte ferocior.

Lībērtīnŭs, a,um. Mart.li.5.Epi.13, *At tua centenis incumbunt tecta columnis,*
Et Libertinas arca flagellat opes.

Lībēthrāŭs, a,um. *Nec Libethraas vnquam rediſſet ad vndas.*

Lībēthrĭs, ĭdis. Virg.Eclog.7, *Nymphæ noſter amor Libethrides, aut mihi carmen*

Quale

Quale meo Codro, concedite.

Lĭbīdĭnōſŭs,a,um. uide ſub particula, *Oſus.*

LIBRA.

A' quo adiectiua compoſita irregularia. *Aēquĭlĭbrĭs,e.*

[Bĭlibrĭs,e.]

Mar.li.11.Epi. Nunc vt emā grandémue lupū, mullúmue bilibrē.

[Trilibris,e.]

Hor.2.Ser.Sat.2,———— laudas inſane trilibrem
Mullum.

Lĭbrāns,āntĭs.Vir.11.Aen. Quā dextra ingēti librans ita ad æthera fatur.

Lĭbrātŭs,a,um.Luc.lib.1,————.———— librati pondera cœli
Orbe tenet medio.

Lĭbўcŭs,a,um.Vir.4.Aen. Te propter Libyca gentes, Nomadumq́; tyranni
Odere.

Idem 5.Aen. Ipſe mihi nuper Libycis, tu teſtis, in vndis
Quam molem ſubitò excierit.

Lĭbўſtĭs,ĭdĭs.Virg 5.Aen. Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ.

Lĭcēns. *Mart.li.4.Epi.8, Tunc admitte iocos: greſſu timet ire licenti*
Ad matutinum noſtra Thalia Iouem.

LICIVM.

A 'quo deriuantur adiect.compoſ.irregul.ut,

[Bĭlix.]

Virg.12.Aen. ———— rumpitq́; infixa bilicem
Loricam.

[Trĭlix.]

Lĭcĭtŭs,a,um.Virg.8.Aen.———————— medijsq́; reſidunt
Aedibus, & licito tandem ſermone fruuntur.

COMPOSIT.

[*Illĭcĭtŭs,a,um.*]

[*Pōllĭcĭtŭs,a,um.*]

Lĭgāndŭs,a,um.

COMPOSIT.

[*Ablĭgandŭs,a,um.*]

[*Āllĭgāndŭs,a,um.*]

[*Ōblĭgāndŭs,a,um.*]

[*Rĕlĭgāndŭs,a,um.*]

Lĭgāns,āntĭs.

COMPOSIT.

[*Ablĭgāns.*]

[*Allĭgāns.*]

[*Oblĭgāns.*]

[*Rĕlĭgans.*]

Hinc

Hinc etiam ſunt quædam adiectiua quæ in *Oſus* deſinunt: ut, *Religioſus,a,um. Irreligioſus,a,um.* In quibus poetę *l* geminant, ad ſyllabam natura breuem producendam. Sed ea ſub particula *Oſus* inuenies.

Lĭgātŭs,a,um. *Catull. Carm. 2, Quòd zonam ſoluit diu ligatam.*

COMPOSITA

[Ăblĭgātŭs,a,um.]

Im.Iăcēbām.Virg.11.Aen. Corpora per campos,ferro quæ fuſa iacebant.
Pp.Iăcŭī. Virg.3.Aen. Ceruicem inflexam poſuit, iacuitq́; per antrum
Immenſum,ſaniem eructans.
Fut.Iăcēbō. Virg.8.Aen. Triginta capitum fœtus enixa iacebit,
Alba,ſolo recubans.
Con.Iăcērēm,es,et.Vir.7.Aen.Hac adeò tibi me placida quum nocte iaceres.
Inſi.Iăcērĕ, Mart.lib. Non aliter cineres mando iacere meos.
&
Iăcŭiſſĕ. Virg.3.Georg.Ne mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos,
Neu dorſo nemoris libeat iacuiſſe per herbas.

COMPOS.

[*Ădiăcĕō.*]

[*Īntĕriăcĕō.*]

[*Ōbiăcĕō.*]

[*Prăiăcĕō.*]

[*Sŭbiăcĕō.*]

P. Iăcĭō, is, it. Virg. 5. Aen. *Purpureosq́ iacit flores, ac talia fatur.*
Idem 10. Aen. *Tela manu iaciunt, quales ſub nubibus atris*
Strymoniæ dant ſigna grues.
Idem 6. Aen. *Anchora de prora iacitur, ſtant littore puppes.*
Pp. Iēcī. Virg. 8. Aen. *Non tulit Alcides animis, ſeq́ ipſe per ignem*
Præcipiti iecit ſaltu, qua plurimus vndam
Fumus agit, nebulaq́ ingens ſpecus æſtuat atra.
Idem 10. Aen. ―――――― *ſtridentemq́ eminus haſtam*
Iecit, at illa volans clypeo eſt excuſſa.
Imper. Iăcĕ. Virg 8. Eclog. ―――――――― *riuoq́ fluenti*
Iăcĭtĕ. *Transq́ caput iace, ne reſpexeris.*
Inf. Iăcĕrĕ. Oui. 1. Met. fab 11, *Magna parens terra eſt, lapides in corpore ter(ra*
Oſſa reor dici, iacere hos poſt terga iubemur.

COMPOS.

[*Ābĭĭcĭō.*]

[*Ādĭĭcĭō.*]

Virg. 10. Aen. *Tercentũ adijciunt, mens omnibus vna ſequẽdi.*

[*Cōnĭĭcĭō.*]

Virg. 5. Aen. *Pars ſpoliant aras, frondem ac virgulta, facesq́*
Conijciunt, furit immiſſis Vulcanus habenis.
Idem 7. Aen. *Sic effata, facem iuueni coniecit, & atro*
Lumine fumantes fixit ſub pectore tedas.

[*Dēĭĭcĭō.*]

Virg. 8. Aen. ―――――― *toto genitor quæ plurima cœlo*
Deijcit in terras.
Idem 10. Aen. *Et totum clypei ferro deiecerat orbem.*

[*Dīſĭĭcĭō.*]

Virg. 1. Aen. *Diſiecitq́ rates, euertitq́ æquora ventis.*
Idem 12. Aen. *Diſiicit, & ſparſo latè rigat arma cruore.*

[*Ēĭĭcĭō.*]

[*Īnĭĭcĭō.*]

Virg. 2. Aen. *Et ſeſe medium iniecit moriturus in agmen.*

Idem

Idem 9.Aen. Inijcit,& ſaltus ſupra venabula fertur.

[Intĕrĭīcĭō.]

[Ŏbĭīcĭō.]

Virg.2.Aen. ——— clypeoſq; ad tela ſiniſtris
Protecti obijciunt, prenſant faſtigia dextris.

Claud. Extemplo ſeſe medijs obiecit in aruis.

[Pĕrĭīcĭō.]

[Pōrrĭcĭō.]

Virg.5.Aen. ——— extaq; ſalſos
Porriciam in fluctus.

[Prōĭīcĭō.]

Virg.7.Aen. Proijce tela manu.

Idem 5.Aen. ——— galeam ante pedes proiecit inanem.

Idem 6.Aen. Proiecere animas, quàm vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem & duros perferre labores.

[Rēĭīcĭō.]

Virg.11.Aen. Reijciunt parmas & equos ad mœnia ducunt.

Idem 5.Aen. Hæc fatus duplicem ex humeris reiecit amictum.

[Sūbĭīcĭō.]

Virg.5.Aen. Subijciunt verubus prunas, & viſcera torrent.

Idem 12.Aen. ——— & corpora ſaltu
Subijciunt in equos.

Idem 11.Aen. ——— caudamq; remulcens
Subiecit pauitantem vtero, ſiluaſq; petiuit.

[Sŭpĕrĭnĭīcĭō.]

Virg.4.Georg. ——— raros ſuperinijce flores.

[Trāĭīcĭō.]

Virg.6. Aen. Hac vice ſermonum, roſeis aurora quadrigis
Iam medium æthereo curſu traiecerat axem.

Idem 9.Aen. Perq; caput Remuli venit & caua tempora ferro
Traijcit: I verbis virtutem illude ſuperbis.

OBSER-

OBSER.

In præteritis horum uerborum per ſyncopen *i* primũ abijcitur, ut ſyllaba prima producta corripiatur: ut,

Mart.li.1.Epig.134, Nil adicit penſo Lacheſis fuſoq; ſororum.

PHRASES.

Compoſit.

[*Adijcere ſtimulos: eſt Incitare.*]

Oui.1.Met.fab.9, Dicta Iouis pars voce probant, ſtimulosq; frementi
Adijciunt, alij partes aſſenſibus implent.

[*Parcas inijcere manus alicui: pro Mori.*]

Virg.10.Aen. Iniecere manum Parcæ, telisq; ſacrarunt
Euandri.

P. Iăcŭlō, as, at.
Im. Iăcŭlābām. Claud. —————— *latis iaculabat in aruis.*
Pp. Iăcŭlāuī.
Inf. Iăcŭlārĕ.

COMPOS.

[*Ēiăcŭlō.*]

P. Iăcŭlŏr, ārĭs. *Oui.2.Met.fab.1,* ——— *vaſti quoq; rector Olympi*
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra.
Pp. Iăcŭlātŭs ſum. *Virg.1.Aen. Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubibus ignem,*
Disiecitq; rates.
Idem 2.Aen. Vel Danaûm Phrygios iaculatus puppibus ignes.
Inf. Iăcŭlārī.

COMPOS.

[*Eiăcŭlŏr.*]

Oui.4.Met.fab. ——————— *vitiato fiſtula plumbo*
Scinditur, & tenui ſtridente foramine longas
Eiaculatur aquas.

I ante

I ante C.

P Ico,is,it.
Inf. Icĕrĕ.

I ante D.

P. Idolor,aris. uerbum deponens.

I ante E.

P. Iēiūnŏ, as,at. *Prud. in Periſt. Quosdam de populo videt ſacerdos*
Libandum ſibi poculum offerentes,
Ieiunamus,ait,recuſo potum.
Pp. Iēiūnāuī. Prud. in Cath. Pridem caducis quum grauatus artubus
Ieſus,dicato corde ieiunauerit,
Prænuncupatus ore qui Prophetico
Emanuel eſt,ſiue nobiſcum Deus.
Inf. Ieiunare.

I ante G.

P. Ignio,is,it.
Pp. Ignīuī. Prud. in Periſt. His membra pergunt vrere,vt igniuerint
Quancunq; partem corporis feruens nota
Stigmarit,hanc ſic conſecratam prædicant.

I ante M.

P. Imagino,as,at. vel Imaginor,aris. genere deponenti.
P. Īmĭtŏr, aris. Virg. 2. Georg. Et cui putre ſolum,namq; hoc imitamur arando.
Idem 6. Aen. Dum flāmas Iouis & ſonitus imitamur Olympi.
Pp. Īmĭtā- tūs ſum. Virg. 4. Georg Martius ille æris rauci canor increpat,& vox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.
Fut. Īmĭtā- bŏr,eris,ere. Virg. 2. Eclog. Mecum vna in ſiluis imitabere Pana canendo.
Idem 5. Eclo. Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.
Inf. Īmĭtārī.
P. Īmpĕrĭtŏ, as,at. Hor. 2. Ser. Sat. 7, ——————— *nempe*
Tu mihi qui imperitas,alijs ſeruis.
Pp Īmpĕrĭtāuī.
P. Īmpĕrŏ,as,at. Virg. 7. Aen. Flectere iter ſocijs,terraq; aduertere proras
Imperat,

Pp.Īmpĕrāuī.
Inf.Īmpĕrārĕ.
P.Īndŭpĕrō,as,at. etiam per Epentheſin dicitur, ut Heroicum & Elegiacum uerſum ingredi poſsit.

I ante N.

P.Inanio,is,it.
Pp.Īnanīuī.
I.Inanire.

COMPOS.

[*Exīnānīō.*]

P Īnbŭō,vel
Īmbŭō,is,it.
Pp.Īmbŭī. Virg.7.Aen. *Promiſſi dea facta potens,vbi ſanguine bellum*
Imbuit,& primæ commiſit funera pugnæ.
Idem ibid. Quæ fors prima dedit,ſanguis nouus imbuit arma.
Fut.Īnbŭām,Virg.1.Eclog. ——————————— *illius aram*
es,et. *Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.*
P.Īndŭō,is,it.
Pp.Īndŭī.
P.Īncŏō.
Inchŏō,as,Virg.3.Georg. Te ſine nil altum mens inchoat,en age ſegnes
at. *Rumpe moras.*
Idem 6.Aen. Tunc ſtygio regi nocturnas inchoat aras.
Mart.li.13.Epig.36, Hæc quæ Picenis venit ſubducta trapetis,
Inchoat,atq; eadem finit oliua dapes.
Pp.Inchoaui.
P.Īncīlō,as,at. uerbum uetus, pro *Improbo* uel *Increpo.*
Lucret.lib.3, Iure vt opinor,agat,iure increpet,inciletq́;
P.Īncĭtō,as,at. Vide Cito.

SYLLOGI.

Incitare.

[*Adijcere ſtimulos: vide Iacio.*]

P.Indago,as,at.
Pp.Indagaui.
Inf.Indagare.
P.Indŭō,is,it. Virg.9.Aen. ———— *Troiana nec induit arma,*
Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta.
Idem 7.Aen. Loricam induitur, fidoq́; accingitur enſe.
Pp.Īndŭi. Virg.3.Aen. Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit, impleuitq́; mero, diuosq́; vocauit.
Indŭĕrĭm. Virg.7.Aen. Quos hominũ ex facie dea ſæua potẽtibus herbis
Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Con.Īndŭām. Virg.10.Aen. An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, & crudum per coſtas exigat enſem.
Inf.Indŭĕrĕ.
P.Infĭcĭōr,āris.
Pp.Īnfĭcĭātŭs ſum.
Inf.Īnfĭcĭārī.
P.Īnquĭnō,as,at.
Pp Īnquĭnāuī. Hor.3.Car.Od.6, Fœcunda culpæ ſecula, nuptias
Primum inquinauere & genus & domos,
Hoc fonte deriuata clades
In patriam, populumq́; fluxit.
Con.& Opt. Inquĭnĕm. Hor.1.Ser.Sat. Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albũ Coruorum.
Inf.Īnquĭnārĕ. Catull.Car.20, Quod tu ſi manibus teras, fricesq́;,
Non vnquam digitum inquinare poſsis.
Prud.in Periſt. Impias manus cruentis
Inquinare ſtragibus.

P.Insānĭō,is,it.
Inf.Insānīrĕ. vide Sano.
P.Intĕgrāſcō vel Īntēgraſcō.
Inf.Intĕgrāſcĕrĕ vel Intēgrāſcĕrĕ.
P.Intĕgrō,as,at. & Intēgrō,as,at. Vir.4.Geor. Flet noctẽ, ramoq́; ſedens miſerabile carmẽ
Integrat, & mæſtis late loca queſtibus implet.

Imp-

Imp.Intĕgrābăm vel
Intēgrābām,as,at.Stat.li.8.Theb.——bellum integrabat Enyo.
P.Intĕgrāuī vel
Intēgrāuī.
I.Intĕgrārĕ vel
Intēgrārĕ.

COMPOS.

[*Ădintĕgrŏ,vel Ădintēgrŏ.*]

P.Interpretor,aris.
*P.Intro,as,at.*notæ quantitatis:quaſi *Intro eo.*
Pp.Intrāuī.Virg.3.Aen. Huc vbi delati portus intrauimus,ecce
Læta boum paſsim campis armenta videmus.
Oui.15.Met.fab.Iamq́; caput rerum Romanā intrauerat vrbē.
Inf.Intrārĕ.Virg.3.Aen. Ibitis Italiam,portusq́; intrare licebit.

I ante O.

P.Iŏcŏr,āris.Catul.Car.18,Nec clam,nam ſimul & iocaris vnà
Hærens ad latus,omnia experiris.
Imp.Iŏcārĕ,Mart.li.5.Epig.2, Quintus cum domino liber iocetur,
etŭr. Quem Germanicus ore non rubenti,
Coram Cecropia legat puella.
Con.Iŏcā- Mart.li.5.Epig.27,Quod alpha dixi,Codre,penulatorum
rĕr,eris. Te nuper,aliqua quum iocarer in charta:
Si fortè bilem mouit hic tibi verſus,
Dicas,licebit,beta me togatorum.
In.Iŏcārī. Catul.Car.2, Cum deſiderio meo nitenti,
Charum neſcio quid lubet iocari,
Vt ſolatiolum ſui doloris.

P.Ioculor,aris.

I ante R.

P.Irāſcŏr, Catul.Car.36,Iraſcor tibi:ſic meos amores
eris. Paulum?

Pp. Iratūs ſum.

In. Irāſci. *Virg. 10. Aen.* *Nec cuiquam iraſci, propius ve accedere virtus.*
Idem 12. Aen. Mugitus veluti quum prima in pralia taurus
Terrificos ciet, atq; iraſci in pralia tentat.
Hor 1. Epiſt. 20, Iraſci celerem, tamen vt placabilis eſſem.

COMPOS.

[*Ŏbīrāſcŏr.*]

[*Sŭbīrāſcŏr.*]

SYLLOGI.

Iraſci.

[*Fluctuare aſtu irarum: vide Fluctuo.*]

I ante T.

P. Ĭtĕrŏ, as, at. Hor. 1. Epiſt. 18, Sic iterat voces, & verba cadentia tollit.
Pp. Ĭtĕrāuī.
Lĭ. Ĭtĕrārĕ.

COMPOS.

[*Reitero.*]

P. Ītŏ, as, at. Frequentat. ab *Eo.*

COMPOS.

[*Prătĕrbĭtŏ.*]

[*Rĕbĭtŏ.*]

[*Rĕdĭtŏ.*]

[*Sŭpērbĭtŏ,* interpoſita *b* litera.]

I ante V.

P. Iŭbĕŏ, es, et. Virg. 2. Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem.
Idem 5. Aen. Infuſum populum & campos iubet eſſe patentes.
Im. Iŭbēbām. Virg. 8. Aen. Nec non Tarquinium eiectum Porſenna iubebat
Accipere, ingentiq; vrbem obſidione premebat.

Idem

Idem 7. Aen. *Hoc & tum Aeneadis indicere bella Latinus*
More iubebatur.

Pp. Iuſſi. notæ quantitatis.

Fut. Iŭbēbō. Virg. 1. Aen. *Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo.*

Imp. Iŭbē, Virg. 5. Aen. *Ducere dona iube, cunctiſ ſimul ore fremebant.*
&
Iŭbētō. *Idem 5. Eclog.* *Experiar, tu deinde iubeto certet Amyntas.*

Con. Iŭbĕām, Virg. 4. Eclo. ———————— *quæ cingere muris*
as, at. *Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.*

Inf. Iŭbērĕ.

P. Iubilo, as, at.

P. Iŭcūndŏr, aris.

P. Iūdĭcō, as, at. Hora. *Nimirum hic mecum facit, & Ioue iudicat æquo.*

Pp. Iūdĭcāuī.

Inf. Iūdĭcārĕ.

COMPOS.

[*Ābiūdĭcō.*]

[*Ādiūdĭcō.*]

Hor. 1. Epiſt. 18, Et nunc ſi quid abeſt Italis adiudicat armis.

[*Dīiūdĭcō.*]

[*Prǣiūdĭcō.*]

A D A G I A.

[*Sortita pila iudicare.*]

Prop. li. 4. Eleg. 11, Aut ſi quis poſita iudex ſedet Aeacus vrna,
In mea ſortita iudicet oſſa pila.

P. Iŭgō, as, at.

Pp. Iŭgāuī.

Iŭgāuĕrām, Virg. 1. Aen. *Cui pater intactam dederat, primisq́ iugarat*
& *Omnibus, ſed regna Tyri germanus habebat*
Iŭgārām. *Pygmalion.*

Inf. Iŭgārĕ.

C O M P O S.

[*Ābiŭgō.*]

[*Ādiūgō.*]

[*Cōniūgō.*]

[*Dēiūgō.*]

[*Sēiūgō.*]

[*Sūbiūgō.*]

Claud. ——————— *nulla eſt victoria maior*
Quàm quæ cōfeſſos animo quoq; ſubiugat hoſtes.

P. Iūgŭlō, as, Virg. 11. Aen. at. *Setigeroſq; ſues, raptaſq; ex omnibus agris*
In flammam iugulant pecudes.
Idem 12. Aen. In flammam iugulant pecudes, & viſcera viuis
Eripiunt, cumulantq; oneratis lancibus aras.

Pp. Iūgŭlāuī.
Inf. Iūgŭlārĕ. Mart. ——————— *ſcelus eſt iugulare Falernum.*

P. Iungo. Pp. Iunxi. In. Iungere. notæ ſunt quantitatis.
Compoſ. *Adiungo, Coniungo, Diſiungo, Iniungo, Reiungo, Seiungo, &c.* notæ ſunt quantitatis.

PHRASES.
Simplicis,

[*Iungere oſcula: eſt Baſiare.*]
Oui. 2. Met fab. 4, Huc eat atq; illuc, & dum licet oſcula iūgat.
Idem eo. fab. 5, Et ſibi præferri ſe gaudet, & oſcula iungit.

P. Iūrō, as, at. Virg. 6, Aen. *Præcipitans traxi mecum, maria omnia iuro.*
Idem 7. Aen. *Fata per Aeneæ iuro, dextramq; potentem.*
Pp. Iūrāuī. Virg. 4. Aen. *Non ego cum Danais Troianam excindere gentē*
Aulide iuraui, claſſemue ad Pergama miſi.
Oui. 2. Met. fab. 1, Ne dubita, dabitur, Stygias iurauimus vndas.
Inf. Iūrārĕ, Virg. 6. Aen. *Dij cuius iurare timent & fallere numen.*
& Iūrāſſĕ. *Oui. 2. Met. fab. 1, Pœnituit iuraſſe patrem, qui terq; quaterq;*
Concutiens illuſtre caput.

COMPOS.

[*Ābiūrō.*]

Ād-

[Ādiūrō.]

Virg 12. Aen. *Adiuro Stygij caput implacabile fontis.*

[Cōniūrō.]

Virg. 8. Aen. *Extemplò turbati animi, ſimul omne tumultu*
Coniurat trepido Latium.

Hor. in Art. ———— *alterius ſic*
Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.

[Dēiūrō, & Dēiĕrō]

[Eiūrō, & Ēiĕrō.]

[Iūrĕiūrō.]

[Ōbiūrō.]

[Pēriūrō.]

Hor. 2. Ser. Sat. 3, ———— *quare*
Si quid vis, ſatis eſt, periuras, ſurripis, aufers.

[Et Pēiĕrō,]

Prop. li. 4. Eleg. 3, *Aſſidet vna ſoror, curis & pallida nutrix*
Peierat hyberni temporis eſſe moras.

[Prǣiūrō.]

P Iŭuĕnēſcō, Hor. 4. Car. Od. 2, *Te decem tauri, totidemq; vaccæ,*
is, it. *Me tener ſoluet vitulus relicta*
Matre, qui largis iuueneſcit herbis
In mea vota.

Inf. Iŭuĕnēſcĕrĕ. Oui. 3. Amo. Illius à tactu Pylius iuueneſcere poſſet.

P. Iŭuĕnŏr, āris. Eſt temerè & inconſideratè atq; iuuenum more aliquid dicere uel facere.

Con. Iŭuĕnĕr. Hor. in Ar. poët. Aut nimium teneris iuuentur verſib. vnquā.

P. Iŭuō, as, at. Virg. 4. Eclo. Non omnes arbuſta iuuant, humileſq; myricæ.
Oui. 1. de Pont. 4. Ele. Sed vereor ne me fruſtra ſanare labores,
Nec iuuet admota perditus ager ope.

Im. Iŭuābām.

Pp. Iūui. *Virg. 7. Aen.* *Eualuit, neq; eum iuuere in vulnera cantus.*
Idem 10. Aen. *Nil validæ iuuere manus, genitorq; Melampus.*

Lucan.lib.9, Iuuit ſumta Ducem, iuuit dimiſſa poteſtas.
Prop.li.4.Ele.10, Dij Latias iuuere manus: deſecta Tolumni
Ceruix, Romanos ſanguine lauit equos.
Fut. Iŭuābō, is, it. Virg.1.Aen. Auxilio tutos dimittam, opibusq́ iuuabo.
Con. Iūuĕrō. Virg.10.Aen. Italiam petiere, luant peccata, neq́ illos
Iuueris auxilio.
I. Iŭuārĕ, Virg.12.Aen. Quid nunc te tua Turne poteſt germana iuuare?
&
Iūuiſſĕ. Idem 10.Aen. Nos aliquid Rutulos contra iuuiſſe nefandū eſt.

COMPOS.

[*Ădiŭuō.*]

Virg.5.Aen. Adiuuat, & magna proclamat voce Diores.
Idem 10.Aen. Ire prior Pallas, ſi quà fors adiuuet auſum.
Cat.Car.30. Quòd ſi iuſſeris illud adiuuato.

[*Prăiŭuō.*]

OBSERVA.

Tempora præſens ſequentia, & *a* literam intermediam recipientia, primam ſyllabam corripiunt, quæ uerò *i* & *e* poſt alterum *u* adſciſcunt, preteritum perfectum ſequuntur, & primam ſemper producuntur, *Iuueram, Iuuerim, Iuuero, Iuui, Iuuiſſe*, &c. Quanquam contra regulam & licentia poetica Catul. unico exemplo corripuerit, quod imitatione nulla dignum eſt. Carm.30.

Non ita me diui vera gemunt iuuerint.

Ereqentatiuum eſt, *Iuto*, inuſitatum.

COMPOS.

[*Ădiūtō.*]

SYLLOGI.

Iuuare.

[*Ferre opem: vide Fero.*]

CLASSIS QVARTAE ORDO X.

De quantitatibus Verborum incipientium ab

L

L ante A.

B. Lābāſcō,is,it. Lucret. li. 4, Vincitur in longo ſpacio tamen atq; labaſcit.

B. Lăbō,as, at. — *Virg. 2. Aen.* — *Inſtat vi patria Pyrrhus, nec clauſtra, nec ipſi*
Cuſtodes ſufferre valent, labat ariete crebro
Ianua.

Idem 5. Aen. — *Genua labant, gelidus concreuit frigore ſanguis.*

Oui. 11. Met. fab. — *Iamq; labant cunei, ſpoliataq; tegmine ceræ*
Rima patet.

P. Lābōr. — *Virg. 5. Aen.* — *Labitur infelix, caſis vt fortè iuuencis*
Fuſus humi, viridesq; ſuper madefecerat herbas.

Ouidius. — *Tempora labuntur, tacitisq; ſeneſcimus annis,*
Et fugiunt freno non remorante dies.

Pp. Lapſus ſum. notæ quantit.

Imp. Lābĕrĕ. — *Virg. 4. Aen.* — *Vade age nate, voca Zephyros, & labere pennis.*

Idem 11. Aen. — *Labere nympha polo, fineſq; inuiſe Latinos.*

Con. Lābăr,aris,atur. Vir. 1. Eclog. Quā noſtro illius labatur pectore vultus.

Inf. Lābī. — *Virg. 1. Georg.* — *Sæpe etiam ſtellas, vento impendente videbis*
Præcipites cælo labi, noctisq; per vmbras.

Et *Lābĭĕr*, per paragogen, quæ in infinitiuis Deponentium & paſsiuorum uerborum frequentiſsima eſt Poetis.

Hor. 2. Epiſt. 1, Vt primum poſitis nugari Græcia bellis

Cœpit,& in vitium fortuna labier æqua.

COMPOS.

[*Ad vel Allābŏr.*]

Virg.8.Aen. *Vt celſas videre rates,atq; inter opacum*
Adlabi nemus,& tacitis incumbere remis.

Idem 3.Aen. *Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.*

[*Cōllābŏr.*]

[*Dēlābŏr.*]

[*Dīlābŏr.*]

[*Ēlābŏr.*]

Virg.5.Aen. *Effugit ante alios,primusq; elabitur vndis,*
Turbam inter,fremitumq; Gyas.

[*Īllābŏr.*]

Virg.2.Aen. ———*mediaq; minans illabitur vrbi.*

Idem 3.Aen. *Da pater augurium,atq; animis illabere noſtris.*

[*Pērlābŏr.*]

Virg.1.Aen. *Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur vndas.*

[*Prælābŏr.*]

Virg.3.Aen. *Aut Alphæa rotis prælabi flumina Piſæ.*

[*Prætērlābŏr.*]

Virg.3.Aen. *Et tamen hanc pelago præterlabare neceſſe eſt.*

Idem 6.Aen. *Campus aget gemitus,vel quæ Tyberine videbis*
Funera,quum tumulum præterlabere recentem.

[*Prōlābŏr.*]

[*Rēlābŏr.*]

Hor.1.Epiſt. *Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor.*

[*Sūblābŏr.*]

[*Sūbtērlābŏr.*]

Virg.9.Eclog. *Sic tibi quum fluctus ſubterlabere Sicanos,*
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

[*Trānslābŏr.*]

P.Lā-

P.Lăbōrŏ,as,at.
Pp.Lăbōrāuī.
Inf.Lăbōrārĕ.

COMPOS.

[*Āllăbōrŏ.*]

[*Cōllăbōrŏ.*]

[*Ēlăbōrŏ.*]

ADAGIA.

[*Laborare in Charybdi: eſt verſari in maximis periculis.*]

Hor.1.Car.Od.27, ———— *ah miſer*
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.

P.Lăcĕrŏ,as,at.Virg.3.Aen. Quid miſerū Aeneā laceras? iam parce ſepulto.
Pp Lăcĕrāuī.
I.Lăcĕrārĕ, & Virg.12.Aen. Loricamq; manu valida lacerare reuulſam.
Lăcĕrāuīſſĕ vel Virg.6.Eclog. Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis.
Lăcĕrāſſĕ.

COMPOS.

[*Dēlăcĕrŏ.*]

[*Dīlăcĕrŏ.*]

Ouid.Epiſt.1, Viſcera noſtra tuæ dilacerantur opes.

P.Lăcēſſŏ,is,it.Virg.5.Aen. Immiſcentq; manus manibus, pugnāq; laceſſunt.
Idem 12.Aen. Circumſtant properi aurigæ, manibusq; laceſſūt
Pectora plauſa cauis.
Pp.Lăcēſſiuī.
Con.Lĕcēſ-Virg.3.Eclog. Efficiam poſthac ne quenquam voce laceſſas.
ſām,as,at.Catul.Car.15, Quòd ſi te mala mens, furorq; vecors
In tantam impulerit ſceleſte culpam,
Vt noſtrum inſidijs caput laceſſas.
I.Lăcēſſĕrĕ.Virg.10.Aen. Aut hos arma ſequi, ferrumq; laceſſere ſuaſit?

P.Lacio.

P. Lacio, is, it. Pp. Lacui & *Lexi,* uerbum obſoletum & inuſitatum à *Lax, Lacis,* quod fraus erat apud ueteres, deductum.

COMPOS.

[*Allĭcĭō.*]

[*Dēlĭcĭō.*]

[*Ēlĭcĭō.*]

Virg. 1. Georg. *Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam*
Elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet.

Ouidius, *Credibile eſt lacrimas elicuiſſe Deo.*

[*Īllĭcĭō.*]

[*Ŏblĭcĭō.*]

[*Pēllĭcĭō.*]

[*Prōlĭcĭō.*]

Hinc fiunt Frequentatiua *Allecto, Delecto, Electo, Illecto, Oblecto, Pellecto,* quæ omnia notæ quantitatis ſunt.

P. Lăcrĭmō, as, at. vel
Lăcrĭmōr. Depo.
Pp. Lăcrĭmāuī.
Inf. Lăcrĭmārē, vel Lacrimari. *Oui. 3. de Art.* *Quò non ars penetrat? diſcunt lacrimare decenter,*
Quoq; volunt plorant tempore, quoq; modo.

COMPOS.

[*Īllăcrĭmō vel Īllăcrĭmōr.*

Virg. 1. Georg. *Et mæſtum illacrimat templis ebur, æraq; ſudāt.*
Hor. 2. Ser. Sat. 5, ——————— *illacrimare eſt*
Gaudia prodentem vultum celare.

P. Lăcūnō, as, at. *Oui. 8. Met. fab.* ——— *molli tellus erat humida muſco*
Summa lacunabant alterno murice concha.

P. Lado, is, it. Pp. Laſi. I. Lædere, notæ quantitatis, compoſita mutāt diphthongum in *i* longum: ut,

COMPOS.

COMPOS.

[*Ăllīdŏ.*]

[*Cōllīdŏ.*]

[*Ēlīdŏ.*]

Virg.8.Aen. ———— ———— *vt prima nouercæ*
Monſtra manu,geminosq́; premēs eliſerit angues.

[*Īllīdŏ.*]

Virg.1.Aen. *Illiditq́; vadis,atq; aggere cingit arenæ.*
Idem 5.Aen. *Arduus,effractoq́; illiſit in oſſa cerebro.*
Hor.2.Ser.Sat.1, ——— *& fragili quærens illidere dentem.*

[*Ōblīdŏ.*]

P.Lāmēntŏr,Horat. aris. *Quum lamentamur non apparere labores*
Noſtros,& tenui deducta poëmata filo.

COMPOS.

[*Delamentor.*]

Lāncĭnŏ,as,at.paſ.Lāncĭnŏr,aris.Lancinatus ſum. idem quod lacero & diſpergo.

Catul.Carm.27, *Paterna primum lancinata ſunt bona;*
Secunda præda Pontica,inde tertia
Ibera,quam ſcit amnis aurifer Tagus.

P.Lănĭŏ,as,at.
Im.Lănĭābām.Virg.3.Georg. *Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.*
Pp.Lănĭāuī.
Inf.Lănĭārĕ.Oui.2.Met.fab.4, *Tertia quum crinē manib. laniare pararet,*
Auellit frondes.

COMPOS.

[*Delanio*]

[*Dilanio.*]

P.Lăpĭdēſcŏ,is,it.
P.Lăpĭdŏ,as,at.
Pp.Lapidaui.

Inf.Lă-

Inf.Lăpĭdārĕ.

COMPOS.

[*Dēlăpĭdō.*]

[*Dīlăpĭdō.*]

[*Ēlăpĭdō.*]

P.Lapio,is,it.
Pp.Lapiui.
P.Laqueo,as,at.
Pp Laqueaui.
I.Laqueare.

COMPOS.

[*Ablaqueo.*]

[*Illaqueo.*]

Laſciuio,is,it.
P.Latebro,as,at.
I.Latebrare.

COMPOS.

[*Īllătĕbrō,& Īllătēbrō.*]

P.Lătĕō, es, et. Virg.3. Eclog. Frigidus, ô pueri fugite hinc,latet anguis in herba.

Im.Lătēbăm.Virg.3.Aen.Fundimus & telo lumen terebramus acuto
Ingens,quod torua ſolum ſub fronde latebat.

Idem 6 Aen. At ramum hunc, aperit ramū qui veſte latebat.

Pp.Lătŭī. Virg.1.Aen. Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ.

Ouid. Crede mihi bene qui latuit,bene vixit,& intra
Fortunam debet quiſq; manere ſuam.

Con.Lătŭiſſēm.Vir.8.Aen.Compoſuit,legeſq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit,his quoniam latuiſſet tutus in oris.

I.Lătērĕ,
& *Lătŭiſſĕ.*

Lătuiſſe. *Oui.2.Met.fab.2,* ———— *ipſum quoq; Nerea fama eſt.*
Doridaq;,& natas tepidis latuiſſe ſub vndis.

COMPOS.

[*Dēlitēo.*]

Virg.3.Georg.Vipera delituit,cœlumq; exterrita fugit.
Idem 2.Aen. Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in vlua
Delitui.

[*Ōblitēo.*]

[*Sŭblătēo.*]

P.Lătēſco,is,it.Cic.in Ara.Hic equus à capite,& longa ceruice lateſcit.

COMPOS.

[*Dēlitēſco.*]

[*Ōblitēſco.*]

P.Lătito,as,at.
Pp.Lătitaui.

I.Lătitārē.

Quemadmodum à ſubſtantiuis nominibus,uerba deriuantur, ſic etiam ab Adiectiuis: ut, à *Latus,a,um.* deriuantur.

[*Dīlāto.*]

[*Prōlāto.*]

P.Lātro,as,at.Virg.8.Eclo.Neſcio quid certè eſt, & hylax in limine latrat.
Pp.Latraui.
I.Lātrārē.

COMPOS.

[*Ad vel Allātro.*]

[*Con vel Cōllātro.*]

[*Elātro.*]

Hor.1.Epiſt. ———— *ſcilicet vt non*
Sit mihi vera fides, & verè quod placet,vt non
Acriter elatrem.

[*Illā-*

[*Illātrō.*]

[*Oblatrō.*]

Sili.lib.8, ——— *hinc auctus opes, largusq; rapinæ,*
Intima dum vulgi fouet, oblatratq; Senatum.

P.Latrocinor,aris.

P.Lāuō,as,at.Virg.6.Aen Expediunt, corpusq; lauant, frigentis & vngunt.
Oui.3.de Art.Ele. ——— *lacrimis vulnera ſaua lauat.*

Im.Lāuābām.Virg.7.Aen.Pectebatq; ferum, puroq; in fonte lauabat.

Pp.Lāuī. Virg.6.Aen. Relliquias vino & bibulam lauere fauillam.
Idem 9.Aen. ——— *preſsiue oculos, ac vulnera laui.*
Prop.li.4.Ele.10, ——— *deſecta Tolumnj*
Ceruix, Romanos ſanguine lauit equos.

Fut.Lāuābo,is,it.Idem 3.Ecl.Ipſe vbi tempus erit omnes in fonte lauabo.

Inf.Lāuārē.Mar.li.2.Epi.35, Quū ſint crura tibi ſimulēt quæ cornua lunæ,
In Rhytio poteras Phœbe lauare pedes.

Sup.Lāuā-tūm,tu. Hor.1.Ser.Sat.6, Aſt vbi me feſſum Sol acrior ire lauatum
Admonuit.

Gerun.Lāuān-di,do,dum. Vir.1.Geor.Et ſtudio in caſſum uideas geſtire lauandi.

P.Lāuōr,paſsiuum.

Pp.Lōtūs,ſum. Mar.li.5.Epi. Lotus nobiſcum eſt, hilaris cœnauit & idem,
Inuentus manè eſt mortuus Andragoras.

P.Lauo,is,it. In tertia etiam coniugatione inuenitur inflexum, unde Heteroclita, ſeu mixtæ coniugationis uerba uocantur.

Virg.10.Aen. Viſceribus ſuper infundens lauit improba teter
Ora cruor.
Idem 3.Aen. Luminis effoſsi, fluidum lauit inde cruorem.
Hor.1.Ser.Sat 5, Ora manusq; tua lauimus Feronia lympha.

COMOS.

[*Dēlāuō.*]

[*Ēlāuō.*]

SYLLOGI.

Lauari, vel

Lauare ſe

[Tingere corpora nuda lymphis. vide Tingo.]

P. Laxō, as, at. Laxaui, Laxare notæ ſunt quantitatis.

COMPOS.

[Relāxō.]

PHRASES.

[Laxare labella riſu: eſt Ridere, & ad riſum prouocare.]

Mart. li. 2. Epi. 41, Et quicquid lepida procacitate
Laxat perſpicuo labella riſu.

L ante E.

P. Lēgitimō, as, at.
Pp. Lēgitimāui.
Inf. Legitimare.
P. Lēgō, as, at.
Pp. Lēgāui.
Lēgāuērām,
Lēgārām. Cat Car. 64, Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat,
Grata Canopæis incola littoribus.
Inf. Lēgārē.

COMPOS.

[Ablēgō.]

[Allēgō.]

[Dēlēgō.]

[Relēgō.]

Virg. 3. Georg. Atq; ideo tauros procul atq; in ſola relegant
Paſcua.

Oui.2.de Pōt.El.2, Perlege, nec mecū pariter mea verba relega,
Vrbe licet veſtra verſibus eſſe meis.

[*Sūblĕgō.*]

P.Lēgō,is,it.Virg.3.Eclog. Qui legitis flores & humi naſcentia fraga.
Idem 3.Aen. ——— ſparſaſq́; per aquor
Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.
Idem 2.Eclog. Alba liguſtra cadunt, vacinia nigra leguntur.
Pp.Lēgī. Virg.3.Georg. Quem legere ducem & pecori duxere maritum.
Idem ibidem, Hippomanes, quod ſapè mala legere nouercæ.
Fut.Lēgām,es,et.Virg.2.Eclog. Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.
Inf.Lēgĕrĕ Virg.4.Eclog. At ſimul heroum laudes & facta parentis
Iam legere & quæ ſit poteris cognoſcere virtus.

COMPOS.

[*Cōllĭgō.*]

Virg.11.Aen. ——— ſinuſq́; crepantes
Carbaſeos, fuluo in nodum collegerat auro.

[*Dēlĭgō.*]

Virg.8.Aen. Delegere locum & poſuere in montibus vrbem.
Oui.Epiſt.4, Et tenui primam deligere vngue roſam.

[*Dīlĭgō.*]

Virg.8.Aen. Quem Venus ante alios aſtrorum diligit ignes.
Oui.2.de Pont.El. Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt.

[*Ēlĭgō.*]

Virg.4.Georg. Exiguus primum, atq; ipſos contractus ad vſus
Eligitur locus.
Idem 7.Aen. Hæc effatus, equos numero pater eligit omni.

[*Intēllĭgō.*]

[*Pērlĕgō.*]

Virg.6.Aen. ——— quin protinus omnem
Perlegerent oculis.

[*Prælĕgō.*]

[*Rĕcōllĭgō.*]

Oui.7.Met.fab. Nunc opus eſt ſuccis, per quos renouata ſenectus
In

In florem redeat, primosq́; recolligat annos.

Lucan.li.1, *Dat ſtragem latè, rurſusq́; recolligit ignes.*

[Rēlĕgō.]

Oui.1.de Pont.Eleg. *Quum relego ſcripſiſſe pudet.*

[Sēlĭgō.]

[Sŭbīntellĭgō.]

[Sŭblĕgō.]

Virg.9.Eclog. *Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.*

[Trānſlĕgō.]

P.Lēnĭō,is,it.

Im.Lēnībam.Virg.4.Aen.Lenibant curas, & corda oblita laborum.

Pp.Lēnīuī,

&

Lēnīī. *Virg.1.Aen.* *Hoc primum in luco noua res oblata timorem*
Leniit, hic primum Aeneas ſperare ſalutem.

Idem 8.Aen. ——— *quàm longa eſt, nocte tumentem*
Leniit, & tacita refluens ita ſubſtitit, vnda.

Imp.Lēnī. *Hor.1.Car.Od.27,* ——— *impium*

Lēnītĕ. *Lenite clamorem ſodales*
Et cubito remanete preſſo.

I.Lēnīrĕ. *Virg.4.Aen* *At pius Aeneas, quanquam lenire dolentem*

& *Solando cupit, & dictis auertere curas.*

Lēnīri. *Oui.3.Triſt.Ele.5,* *Spe trahor exigua, quā tu mihi demere noli,*
Triſtia leniri numina poſſe Dei.

COMPOS.

[Dēlēnĭō.]

PHRASES.

[Lenire ſomno curas: eſt dormire.]

Virg.4.Aen. *Quæq́; lacus latè liquidos, quæq́; aſpera dumis*
Rura tenent ſomno, poſita ſub nocte ſilenti,
Lenibant curas.

P.Lenocinor,aris.

P.Leō. uerbum antiquum & obſoletum.

Pp. *Lēuī* antiquum & inuſitatum.

Hor 1 Car. Od. 20, Vile potabis modicis Sabinum
Cantharis, Græca quod ego ipſe teſta
Conditum leui, datus in theatro
Quum tibi plauſus.

COMPOS.

[*Dēlĕō, deleui.*]

Virg. 9. Aen. Non tamen omninò Teucros delere paratis.
Oui. 1. Met. fab. 12, Neue operis famam poſſet delere vetuſtas.

[*Īllĕō, Illēuī.*]

P. Lēuāſſō, antiquum, & inuſitatum uerbum.
Cic. de Sen. O Tite, ſi quid ego adiuto, curámue leuaſſo:

P. Lēuīgō, as, at. id eſt, polio & coruſcum facio.

P. Lēuō, as, at. prima producta, idem quod coruſcum facio, ſeu polio & aſperitatem tollo.

Fut. Leuābō, Hor. 2. Epi. 2, Luxuriantia compeſcet, nimis aſpera ſano
is, it. Leuabit cultu, virtute carentia tollet.

I. Lēuārĕ. Stat. li. 1. Theb. Pars teretes leuare manu, ac diſponere menſas.

P. Lĕuō, as, at. idem eſt quod laborem & pōdus tollo, & quaſi deonero, ſeu onus mitigo. Significat etiam in altum tollo.

Im. Lĕuābām. Virg. 7. Aen. Mulcebatq́; iras & morſus arte leuabat.

Pp. Lĕuāuī. Virg. 4. Aen. Ter ſeſe attollens, cubitoq́; innixa, leuauit.

Lĕuāuĕrō, & Lĕuārō. per ſyncop.
Hor. 2. Ser. Sat. 5, Quum te ſeruitio longo, curaq́; leuarit.

Fut. Lĕuābo, is, it. Vir. Eclo. 9, Cantantes vt eamus ego hoc te faſce leuabo.

Imp. Lĕuā. Virg. 1. Aen. Sis felix, noſtrumq́; leues quæcunq́; laborem.
& Oui. 4. Met. in prol. Vtile opus manuū vario ſermone leuemus.
Lĕuātĕ.

Con. Lĕuārĕm. Vir. 7. Aen. ——— *fluuio quum fortè ſecundo*
Deflueret, ripaq́; æſtus viridante leuaret.

I. Lĕuārĕ, Prop. li. 4. Ele. 4, Pictaq́; per flauas arma leuare iubas.
& Catull. Car. 2, Et triſtes animi leuare curas.

Lĕuārī. Virg. 2. Aen. Ipſe viro primus manicas, atq́; arcta leuari
Vincla iubet Priamus.

Idem 10. Aen. ——— *nunquámne leuari*
Obſi-

Obſidione ſines? muris iterum imminet hoſtis.

COMPOS.

[*Allĕuō.*]

Oui.7.Met.fab.Ille cruore fluens ſubitò tamen alleuat artus,
Semilacerq; toro tentat conſurgere.

[*Elĕuō.*]

[*Rĕlĕuō.*]

Oui.9.Met.fab.————prenſamq; ipſis Dea ſæua capillis,
Traxit, & è terra corpus releuare volentem
Arcuit.

[*Sŭblĕuō.*]

Virg.10.Aen. ———————— *increpat vltrò*
Cunctantes ſocios: & terra ſubleuat ipſum
Sanguine turpantem comtos de more capillos.

PHRASES.

Simplicis.

[*Leuare corpus feſſum: eſt Recreare.*]

Tibul.li.4, *Quicunq; & cantus corpora feſſa leuant.*

[*Leuare æſtus: eſt Frigeſcere.*]

Virg.7.Aen. *Deflueret, ripaq; æſtus viridante leuaret.*

[*Leuare ſeſe: eſt Surgere.*]

Oui.2.Met.fab.6, Se leuat, & ſalue numen, me iudice dixit.

[*Leuare vincula: eſt Soluere, Liberare.*]

Tibul.li.4, ———————— *vel ſeruit aquè*
Vinctus vterq; tibi, vel mea vincla leua.

L ante I.

P.Lībĕrō, as, at. *Prop.li.4.Eleg.7, Nocte vagæ ferimur, nox clauſas liberat vmbras,*
Errat & abiecta Cerberus ipſe ſera.
Pp.Lībĕrāui.

COMPOS.

[*Dēlībĕrō.*]

P.Lĭbĕt. uerbum imperſonale.

Virg.Eclog.10, Iam mihi per rupes videor, lucosq́ ſonantes
Ire, libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula.

Idem 9.Aen. Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.

Pp.Lĭbŭīt.

Con.Lĭbĕāt.Virg.2.Eclog. O tantum libeat mecum tibi ſordida rura
Atq; humiles habitare caſas.

COMPOS.

[Collibet vel Collubet.]

P.Lĭbīdĭnŏr, aris. Mart.li.7.Epig.66, Poſthac omnia quum libidinatur.

P.Lĭbō, as, at. Virg.4.Georg. Purpureosq́ metunt flores, & flumina libant.

Idem 3.Aen. ——— *tendoq́ ſupinas*
Ad cælum cum voce manus, & munera libo,
Intemerata focis.

Im.Lĭbābām.Virg.3.Aen. Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Pp.Lĭbāuī. Virg.5.Eclog. ——— *nulla neq; amnem*
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbā.

Imp.Lĭbā, &
Lĭbātĕ. Virg.7.Aen. Nunc pateras libate Ioui, precibus vocate.

Inf.Lĭbārĕ.

COMPOS.

[Dēlĭbō.]

[Prælĭbō.]

Stat.3.Sil. Chare puer ſuperis qui prælibare verendum
Nectar.

[Prōlĭbō.]

P.Lĭbrō, as, at. Virg.4.Georg. Excurſusq́ breues tentant, & ſæpe lapillos
Tollunt, hic ſeſe per inania nubila librant.

Idem 10.Aen. Dextra mihi, Deus, & telum quod miſsile libro
Nunc adſint.

Im.Lĭbrābām.Virg.9.Aen. Ecce aliud ſumma telum librabat ab aure.

Pp. Librāui. Virg. 5. Aen. ———————— *duroſq; reducta Librauit dextra media inter cornua caſtus.*
Colum. li. 10, *Et paribus Titan orbem librauerat horis.*
I. Librārē.

COMPOS.

[Dēlibrō.]

[Pērlibrō.]

Sili. li. 15, ———— *iaculum à tergo perlibrat ad oſſa.*

P. Licĕō, es, et. Mart. li. 6. Epig. Paruo quum precio diu liceret.
Pp. Lĭcŭī.
Inf. Lĭcērē, & Lĭcŭīſſē. *Hor. 1. Ser Sat. 6, Contra Leuinum Valeri genus, vnde ſuperbus Tarquinius regno pulſus fuit, vnius aſsis Non vnquam precio pluris licuiſſe notante.*
P. Lĭcĕōr, ērĭs, deponens. *Perſ. Sat. 3,* *Et centum Græcos curto centuſſe licetur.*

OBSER.

Pulcherrima eſt uſurpatio horum duorum uerborum, atq; adeò in emendo & uendendo planè neceſſaria: ut mirer ea hoc tempore tam rarò apud autores inueniri: cuius rei culpam hanc eſſe autumo, quòd docti plus negocijs quàm negociationibus occupentur. Quoniam uerò ijs non carere poſſumus, ſi modo excultè & breuiter loqui uolumus, adoleſcentibus eorum ſignificationes & loquutionis formulas breuiter depingam.

Liceo neutropaſsiuum uerbum eſt, & quum ſtet à parte uenditoris, qui rem aliquam uenalem exponit, ipſam ſolamq; rem non perſonam uendentem reſpicit, ut neutropaſsiuorum eſt natura: ut, *Hi libri licent*, hoc eſt, à uenditore uenum ob precium exponuntur, diſe Bůcher ſeind feil. Atq; Syllogi ſunt Teutonibus, feil ſein / felſchen / feil gebotten werden / zuuerkauffen ſein.

Vnde & ſub hoc uerbo *Liceo* concluduntur. *Et eſt*

Licere, idem quod rem aliquam uenundari, proſtare ſeu expoſitam eſſe ad uendendum: ut, *ædes, veſtes, piſces, &c: licent*, id eſt, uenundantur ſeu uenales ſunt. Hinc dicimus.

Plaut. in Men. —————— *manè ſanè*
Venibunt ſerui, ſupellex, fundi, ædes, omnia
Venibunt, quæq́; licebunt præſenti pecunia.

Germanicè. Es wirt all vmb bahrgelt feil ſein.

Cicer. ad Attic. lib. 12. de Druſi hortis, Quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoq́; audieram.

Diu licuerunt ædes hæ, & parua quidem pecuniæ ſumma,

Das haus iſt lang feil geweſen / vnd darzu wolfeil.

Vini vaſculum ſeptuaginta quatuor & Octuaginta florenis licebit.

Germ. Ein Fůder Wein wirt vier vnd ſiebentzig vnd achtzig Gulden gelten.

Interrogatiue etiam effertur: ut, *Quanti licet? quot numis, albis, ſolidis, florenis, aureis, coronatis, &c. licet?* wie tewr geht es ab, wie tewr iſt es feil.

Liceor uerò deponens eſt, & ab emptoris parte quum ſit, ſolam perſonam, non autem rem reſpicit, eſtq́; idem quod *precium rogo, ſeu precium offero*. German. Feilſchen / darumb kauffen / darauff bieten, & alia huiuſmodi quæ per *Liceri* efferri debent, cuius hæ ſunt loquendi formulæ.

Plaut in Stich. Iocos ridiculos vendo, agite licemini.

Germ. Ich verkauff lecherliche boſſen / lieber kauffet drumb.

Lupum vnum & duas anguillas licitus ſum ſex albis.

German. Ich hab ſechs weiſzpfenning drumb geben wöllen, oder drumb gebotten.

Licebimur piſciculos quanti vendantur.

Liceamur quanti liceant, laſt vns felſchen wie tewr es hingeht.

Aedes veneunt in foro, quas quum licerer, non minoris aiebant licere quam mille florenis.

Non licerer teruntio, ich wolt nicht gern ein håller drauff bieten.

COMPOS.

[*Pŏllĭcĕŏr.*]

Virg.9.Aen.	*Quæ tibi polliceor reduci, rebusq́; ſecundis,*
	Hæc eadem matriq́; tuæ, generiq́; manebunt.
Idem 1.Aen.	*Hinc fore ductores, reuocato à ſanguine Teucri,*
	Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
	Pollicitus, quæ te genitor ſententia vertit?

P.Lĭcĕt. uerbum imperſonale.

Virg.7.Aen.	*At trahere atq; moras tantis licet addere rebus,*
	At licet amborum populos excindere regum.
Lĭcĭtŭm eſt.Horatius,	——— *non cuiuis licet ire Corinthum.*
Virg.9.Aen.	*Quandoquidē Auſonios coniungi fœdere Teucris*
	Haud licitum, nec veſtra capit diſcordia finem.
Im.Lĭcēbāt.Virg.1.Eclog.	*Quid facerem, neq; ſeruitio me exire licebat.*
Pp.Lĭcŭit. Virg.5.Aen.	*Non licuit fines Italos, fataliaq́; arua,*
	Nec tecū Auſoniū, quicunq; eſt, quærere Tybrim.
Fut.Lĭcēbĭt.Virg.3.Aen.	*Ibitis Italiam, portusq́; intrare licebit.*
Con.Lĭcĕāt.Virg.1.Aen.	*Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem.*
Inf.Lĭcērĕ. Virg.12.Aen.	*Quod Venus audaci nymphæ indignata licere*
	Acceſſit, telumq́; alta ab radice reuellit.

P.Lĭcĭtŏr, aris. aliquando idem quod *liceor*, aliquando uerò *Contendo*, ſeu *pugno*, quod in emendo & uendendo ſæpius contingit, denotat.

COMPOS.

[*Pŏllĭcĭtŏr.*]

P.Lĭgō, as, at. Virg.2.Aen.	*Poſt ipſum auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem*
	Corripiunt, ſpirisq́; ligant ingentibus.

Pp.Lĭgāuī.
Inf.Lĭgārĕ.

COMPOS.

[*Ădăllĭgō.*]

[*Ăllĭgō.*]

Virg.1.Aen. ——— *hic feſſas non vincula naues*
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morſu.

[*Circūmligō.*]

Virg.11.Aen. *Huic natam libro & ſiluestri ſubere clauſam*
Implicat, atq; habilem mediæ circumligat haſtæ.

[*Cōlligō.*]

[*Dēligō.*]

[*Illigō.*]

[*Ōbligō.*]

Ovi.9.Met.fab.4, Nā quanquā ipſius datis hoc immanib. actis,
Obligor ipſe tamen.

[*Pērligō*]

[*Prǣligō.*]

[*Rēligō*]

Virg.7.Aen. *Gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem.*

[*Sūbligō.*]

Virg.8.Aen. *Tum lateri atq; humeris Tegeæum ſubligat enſem.*

[*Sūpērālligō.*]

[*Sūpērīlligō.*]

ADAGIA.

[*Triformi eſſe alligatum Chimeræ: eſt,*
Inexplicabilibus malis eſſe irretitum.]

Hor.1.Car.Od.27, Vix alligatum te triformi,
Pegaſus expediet, Chimera.

P. Lĭgūrĭō, is, it. *Hor.2.Ser.Sat.4, Magna mouent ſtomacho faſtidia, ſeu puer vnctis*
Tractauit calicē manibus, dum furta ligurit.

Pp. Lĭgūrĭui, vel & Lĭgūrĭi. *Hor.1.Ser.Sat.3, Si quis eum ſeruum patinam qui tollere iuſſus*
Semeſos piſces, tepidumq; ligurierit ius,
In cruce ſuffigat, Labeone inſanior, inter
Sanos dicatur? *Inſ.*

Inf. Ligūrīrĕ.

COMPOS.

[*Ābligūrio.*]

[*Ōbligūriŏ.*]

P. Līmĭnŏ,as,at. inuſitatum à *Limen.*

[*Ēlīmĭnŏ.*]

Hor.1.Epiſt. ——— *Ne fidos inter amicos*
Sit qui dicta foras eliminet.

[*Sūpērlīmĭnŏ.*]

P. Limito,as,at.

P. Līmŏ,as, *Hor.1.Epiſt.14, Non iſthic obliquo oculo mea cõmoda quiſquã*
at. ——— *Limat, non odio obſcuro, morſuq́ venenat.*

Pp. Līmaui.

I. Līmārĕ.

COMPOS.

[*Dēlīmŏ.*]

[*Ēlīmŏ* penultima producta.]

Oui.4.Met.fab.3, ——— *extemplò gràciles ex ære catenas*
Retiaq́, & laqueos, quæ lumina fallere poſſent,
Elimat.

[*Ōblīmŏ.*]

Virg.3.Georg. ——— *& ſulcos oblimet inertes.*
Claud.lib.3, ——— *ſed quod diſuaſor honeſti*
Luxus, & humanas oblimat copia mentes.
Hor.1.Ser.Sat.3, Rem patris oblimare malum eſt.

[*Sūblīmŏ.*]

P. Līnĕŏ,as,at.

Pp. Lineaui.

I. Līnĕārĕ.

COMPOS.

[*Cōllīnĕŏ.*]

[*Dēlīnĕŏ.*]

P. Linio,

P.Linio,is,it.
Pp.Liniui,vel Linij.
I.Linire.

COMPOS.

[*Circumlinio.*]

[*Dēlinio.*]

[*Illinio.*]

[*Ōblinio.*]

[*Pērlinio.*]

P.Lino,is,it.Virg.4.Georg. ——— *neq; illa*
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt.
Hor.2.Epiſt.1.Sed veluti tractata notam,labemq; remittunt
Atramenta,ferè ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.
Mart.li.2.Epi.Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem.

Pp.Leui.
Inf.Linere.

COMPOS.

[*Ad vel Allino.*]

[*Circūmlino.*]

[*Cōllino.*]

[*Dēlino.*]

[*Ēlino.*]

[*Illino.*]
Hor.1.Ser.Sat.4,Et quodcunq; ſemel chartis illeuerit,omnes
Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacuq;.

[*Intērlino.*]

[*Ōbli-*

[*Oblĭnō.*]

Hor.1.Epiſt.19, Nec ſocerum quærit, quē verſibus oblinat atris.

[*Pĕrlĭnō.*]

[*Rĕlĭnō.*]

Virg.4.Georg. Si quando ſedem anguſtam, ſeruataq́ mella
Theſauros relines, prius hauſtu ſparſus aquarum.

[*Sūblĭnō.*]

[*Sūbtĕrlĭnō.*]

[*Sūpĕrillĭnō.*]

[*Sūpĕrlĭnō.*]

P. Linquo, is, it. notæ quantitat.

Pp. Līquī. *Virg.3.Aen.* *Clauſa domus, menſaq́ metu liquere priores.*
Idem 10. Aen. *Quiq́ vrbem liquere Coſas, queis tela, ſagittæ.*

Con. Līquĕrim. *Virg.2.Aen.* *Non prius aſpicies vbi feſſum ætate parentem*
Liqueris Anchiſen? ſuperet coniux ne Creüſa
Aſcaniusq́ puer.

COMPOS.

[*Dērĕlīquī.*]

[*Rĕlīquī.*]

Virg.1.Eclog. *Poſtquā nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.*
Idem 4. Aen. *Ardet abire fuga, dulcesq́ relinquere terras.*

P. Liqueo, es, et.
Pp. Licui.

COMPOS.

[*Cōllĭquĕō.*]

[*Dēlĭquĕō.*]

Ouidius, *Protinus imbutum cœleſti nectare corpus.*
Delicuit.

P. Līquēſcō, is, it. *Virg.8 Eclog.* *Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit.*
Idem 8 Aen. *Vulnificusq́ Chalybs vaſta fornace liqueſcit.*
Inf. Līquēſcĕrĕ.

COMPOS.

COMPOS.

[*Colliquēſcō.*]

[*Dēliquēſcō.*]

[*Ēliquēſcō.*]

P.Liquēt uerbum imperſonale.
P.Liquĭdō,as,at.
Pp.Liquĭdō.
P.Liquo,as,at.
Pp.Liquāuī.Lucan.lib.7, ——————— *ereptaq́; tela liquauit.*

COMPOS.

[*Dēliquō.*]

[*Ēliquō.*]

*P.Liquōr,ĕris,itur.*uerbum deponens ſine præterito & ſupino.
Virg.2.Georg ——— *huc ſummis liquuntur rupibus amnes*
Felicemq́; trahunt limum.
Idem 1.Georg.Vere nouo gelidus canis quum montibus humor
Liquitur,& Zephyro putris ſe gleba reſoluit.
Lucan.li 9, ——— *femorum quoq; muſculus omnis*
Liquitur,& nigra diſtillant inguina tabe.

*P.Lirō,as,at.*Agriculturę uerbum,ſed obſoletum,ſicut & compoſitum eius in aliam ſignificationem tranſijt.

COMPOS.

[*Dēlirō.*]
Hor.1.Epiſt.2,Quicquid delirant reges,plectuntur Achiui.

P.Lĭtĭgō,as,at. *Mart.li.1.Epi.66,Litigat & podagra Diodorus,Flacce,laborat,*
Sed nil patrono porrigit,hæc chiragra eſt.
Mart.li.7.Epig.Ah miſer & demens viginti litigat annos
Quiſquam cui vinci Gargaliane licet?

Pp.Litigaui.
I.Lĭtigārĕ.

COMPOS.

COMPOS.

[*Dēlītigō.*]

Horat.in Art.Iratusq́; Chremes tumido delitigat ore.

[*Vitilitigo.*]

P.Lītō,as,at.Mart.li.8.Epi.15,Dum noua Pannonici rarratur gloria belli,
Omnis & ad reducem dum litat ora Iouem.

I.Lītārĕ.paſſ.

Lītārī. Prud.Cōt.Sym.Ille vrbem vetuit taurorum ſanguine tingi,
Tu mortes miſerorum hominū prohibeto litari.

Ger.Lītān-dī,do,dum. Virg.2.Aen. Sanguine quærendi reditus, animaq́; litandum
Argolica.

P.Līnĕō,es,et. Mart.li.8,Epig.61,Liuet Charinus,rumpitur,furit,plorat,
Et quærit altos vnde pendeat ramos.

Inf.Līuērĕ. Mart.li.8.Epig.28,Te nec Amyclæo decuit liuere veneno
Nec Miletus erat vellere digna tuo.

Prop.li.4.Eleg.7,Hæc ſumma æternis queritur liuere catenis
Brachia,nec meritas frigida ſaxa manus.

P.Līuēſcō,is,it. Mart.li.8.Epig.51,Liueſcit nulla caligine fuſca, nec odit
Exploratores nubila maſſa focos.

I.Līuēſcĕrĕ.Claud.lib.3, Haud equidem inuideo,nec enim liueſcere fas eſt
Vel nocuiſſe deos.

COMPOS.

[*Alliuēſcō.*]

L ante O.

P.Lŏcĭtō,as,at.

P.Lŏcō,as,at.Virg.1.Aen. ———————— *hic alta theatri*
Fundamenta locant alij.

Idem 5.Aen. Munera principio ante oculos,circoq́; locantur
In medio.

Pp.Lŏcāuī. Virg.4.Aen. ———————— *eiectum littore egentem*

Con.Lŏcāuĕrīm. Excepi,& regni demens in parte locaui.

& Idem 8.Aen. Ingentem Aeneam duxit,ſtratisq́; locauit.

Lŏcārīm. Virg.12.Aen. Prætulerim,cœliq́; libens in parte locarim.

Inf.

Inf.Lŏcārĕ. Virg.7.Aen. ——————— *ibiq; memento*
Prima locare manu, moliriq; aggere tecta.
Lŏcārī. Idem 2.Aen. Duci intra muros hortatur, & arce locari.

COMPOS.

[*Ablŏcŏ.*]

[*Cōllŏcŏ.*]

Vir.4.Geor. Hic iuuenē in latebris auerſum à lumine Nympha
Collocat: ipſa procul nebulis obſcura receſsit.
Catull.Car.10, Fractum qui veteris pedem grabati
In collo ſibi collocare poſſet.

[*Elŏcŏ.*]

[*Oblŏcŏ.*]

[*Rĕlŏcŏ.*]

P.Locuplēto, as, at. Pp.Locupletaui. vide Pleo.
P.Lŏquācĭtŏ, as, at.
P.Loquitor, aris.
P.Lŏquŏr, ĕrĭs, ĭtŭr, Virg.5.Eclog. Daphni tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum, monteſq; feri, ſiluæq; loquuntur.
Idem 2.Aen. Haud ignota loquor, ſuperis conceſsit ab oris.
Pp.Lŏquūtus ſum. Virg.3.Eclog. O quoties & quæ nobis Galatea locuta eſt,
Partem aliquam vēti diuûm referatis ad aures.
Catull.Car.14, Nam quid feci ego, quid ve ſum locutus,
Cur me tot male perderes Poëtis?
I.Lŏquī. Virg.6.Aen. Tunc ſic orſa loqui Vates, ſate ſanguine diuûm.
Oui.2.de Art. Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus,
——— *Et contra grauis eſt culpa tacenda loqui.*
Ger.Lŏquēndi, do, dum. Virg.6.Aen. Ipſa canas oro, finem dedit ore loquēdi.

COMPOS.

[*Allŏquŏr.*]

Virg.6.Aen. Quē fugis? extremū fato quod te alloquor, hoc eſt.
Idem 8.Aen. Vulcanū alloquitur, thalamoq; hæc cōiugis aureo.
Catull.Car.61, Patriam allocuta eſt ita voce mœſta miſeriter.

Circum-

[*Cīrcūmlŏquŏr.*]

[*Cōllŏquŏr.*]

[*Dēlŏquŏr.*]

[*Elŏquŏr.*]

Virg.3.Aen. *Eloquar? an ſileam? gemitus lacrimabilis imo*
Auditur tumulo, et vox reddita fertur ad aures.

[*Īntērlŏquŏr.*]

[*Ōblŏquŏr.*]

Virg.6.Aen. *Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos*
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

[*Pērlŏquŏr.*]

[*Prælŏquŏr.*]

[*Prōlŏquŏr.*]

[*Sūblŏquŏr.*]

PHRASES.

[*Loqui digitis: eſt Fidibus ludere: Tangere teſtudinem.*]

Tibul.li.3.Eleg.4, Sed poſtquam fuerãt digiti cum voce locuti.

SYLLOGI.

Loqui.

[*Crebreſcere ſermonem: vide Crebreſco.*
Reſoluere ora: vide Soluo.
Rumpere ſilentia: vide ſub Rumpo.]

P.Lōrĭcō, as, at.
Pp.Loricaui.

COMPOS.

[*Delorico.*]

P.Lūcĕō, es, et. Virg.5.Aen. ——— *pariterq́ ante ora parentum*
Frenatis lucent in equis.

Idem 6.Aen. *Imminet aſſimilis, lucent genialibus altis.*

Aurea fulcra toris.

Pp. Lūxī. notæ quantitatis.

Inf. Lūcērĕ.

COMPOS.

[*Āllūcĕō.*]

[*Cōllūcĕō.*]

Virg. 5. Aen. ——————— *quæ iam infelicis Eliſæ*
Collucent flammis.

Idem 4. Aen. *Iam mare turbari trabibus, ſæuasq́ue videbis*
Collucere faces, iam feruere littora flammis.

[*Dīlūcĕō.*]

Hor. Epiſt. *Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.*

[*Ēlūcĕō.*]

Virg. 4. Aen. ————— *elucent aliæ & fulgore coruſcant:*

[*Īllūcĕō.*]

[*Īntērlūcĕō.*]

Virg. 9. Aen. *Qua rara eſt acies, interlucetq́ue corona.*

[*Pērlūcĕō, ſeu Pēllūcĕō.*]

Iuuen. Sat. 2, *Acer & indomitus, libertatisq́ue magiſter*
Cretice pelluces.

[*Prælūcĕō.*]

Hor. 1. Epiſt. 1, *Nullus in orbe locus Baijs prælucet amœnis.*

[*Rēlūcĕō.*]

Virg. 2. Aen. —————————— *iam proximus ardet*
Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent.

Idem 12. Aen. *Occupat os flammis, illi ingens barba reluxit.*

[*Sūblūcĕō.*]

Virg. 4. Georg. ————— *ſed in folijs quæ plurima circum*
Funduntur, violæ ſublucet purpura nigræ.

Oui. 1. Amo. Ele. 5, *Qualia ſublucent fugiēte crepuſcula Phœbo.*

[*Trānslūcĕō vel Trālūcĕō.*]

Oui. 4. Met. fab. *In liquidis translucet aquis.*

Lucret. li. 4, *Vſq́ue adeò è ſpeculo in ſpeculum tralucet imago.*

B. Lūcēſcō, is, it.

Pp. Luxi, ſicut primitiuum, notæ quantit.
I. Lūcēſcĕrĕ. Virg. 6. Eclog. Iamq; nouum terræ ſtupeant luceſcere ſolem.

COMPOS.

[*Dīlūcīſcō.*]

[*Ēlūcēſcō.*]

[*Illūcēſcō.*]

P. Lūcĭdō, as, at.

COMPOS.

[*Dīlūcĭdō.*]

P. Lūcrŏr, āris.
Pp. Lūcrātŭs ſum.
Inf. Lūcrārī.
P. Lucubro, as, at.

COMPOS.

[*Elucubro & Elucubror* deponens.]

P. Lūdō, is, it. Virg. 2. Georg. Verſibus incomtis ludunt, riſuq; ſoluto,
Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis.
Pp. Lūsī. *Virg. 1. Aen.* *Multa malus ſimulans vana ſpe luſit amantem.*
Hor. 2. Epiſt. 2, Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atq; bibiſti,
Tempus abire tibi.
Lūsĕrām. Virg. 6. Eclog. Aggreſſi (nam ſæpe ſenex ſpe carminis ambos
Luſerat) iniiciunt ipſis ex vincula ſertis.
Con. & Opt. Virg. 4. Aen. ———— *ſi quis mihi paruulus aula*
Lūderem. *Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.*
I. Lūdĕrĕ. *Virg. 1. Eclog.* *Ille meas errare boues, vt cernis, & ipſum*
Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.
Mart. li. 3. Epig. Ebrius es, neq; enim faceres hoc ſobrius vnquā,
Vt velles corio ludere cerdo tuo.
Sup. Lūsūm, ſu. Hor. 1. Ser. Sat. 15. Luſū it Mecœnas, dormitū ego, Virgiliusq;.

COMPOS.

[*Ablūdō.*]

[*Allūdō.*]

[*Cōllūdō.*]

Virg.1.Georg. *Aut ſumma nantes in aqua colludere pennas.*

[*Dēlūdō,or.*]

Virg.10.Aen. *Aut quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus.*

Idem 6.Aen. *Hoc uno reſponſo animum deluſit Apollo.*

[*Ēlūdo,or.*]

Virg.1.Georg. *Multi ante occaſum Maiæ cœpere,ſed illos*
Expectata ſeges vanis eluſit auenis.

Idem 12.Aen. *Increpuit malis, morſuq; eluſus inani eſt.*

[*Īllūdō.*]

Virg 9.Aen. *Perq; caput Remuli venit,& caua tempora ferro*
Traijcit,I verbis virtutem illude ſuperbis.

Idem 2.Aen. *Circumfuſa ruit,certantq; illudere capto.*

Idem 4.Aen. *Hic,ait,& noſtris illuſerit aduena regnis?*

[*Ōblūdō.*]

[*Pērlūdō.*]

Prop.li.4.Eleg.4, *Vidit arenoſis Tatium perludere campis.*

[*Prælūdō.*]

Virg.3.Georg. ———— *ſparſa ad pugnam præludit arena.*

ADAGIA.

[*Ludere ſuo corio.*]

Martialis. *Vt velles corio ludere cerdo tuo.*

P.Lūgĕō, es,et. *Virg.2.Aen.* *Inſontem,infando indicio,quia bella vetabat*
Demiſere neci,nunc caſſum lumine lugent.

Im.Lūgēbām. *Oui.11.Met.fab* ———— *fratrem lugebat ademptum.*

Pp.Luxi. notæ quantitatis.

Con.Lūgē-rēm. *Virg.11.Aen.* —— *vltrò Inachias veniſſet ad vrbes*
Dardanus,& verſis lugeret Græcia fatis.

I.Lūgērē.

COMPOS.

[*Ēlūgĕō.*]

[*Prōlūgĕō.*]

SYLLOGI.

Lugere.

[*Dare animum in luctus. vide Do.*]

P. Lūmĭnō, as, at.
Pp. Lūmĭnāuī.
In. Lūmĭnārĕ.

COMPOS.

[*Īllūmĭnō.*]

P. Lūnō, as, at.
Pp. Lūnāuī. Ouid. 1. Am. Eleg. Lunauitq́; genu, ſinuoſum fortiter arcum.
Lūnāuĕrām. & per ſyncop. *Lūnārām, as, at.*
Prop. li. 4. Eleg. 6, Tandem acies geminos Nereus lunarat in arcus,
Armorū & radijs picta tremebat aqua.

P. Lŭō, is, it.
Pp. Lŭī. *Virg. 1. Georg.* ——— *ſatis iampridem ſanguine noſtro*
Laomedonteæ luimus periuria Troiæ.
Idem 11. Aen. Heu nimium, virgo, nimium crudele luiſti
Supplicium.
Con. Lŭām, as, at. *Virg. 10 Aen. Italiam petiere, luant peccata, neq; illos*
Iuueris auxilio.
Inf. Lŭĕrĕ. *Virg. 12. Aen. Quęcunq; eſt fortuna, mea eſt, me verius vnum*
Pro vobis fœdus luere & decernere ferro.

COMPOS.

[*Ăblŭō.*]

Virg. 2. Aen. Attrectare nefas donec me flumine viuo
Abluero.

[*Ăllŭō.*]

Virg. 8. Aen. Et mare quod ſupra teneant, quodq́; alluit infra.

[*Cōllŭō.*]

[*Cīrcūmlŭō.*]

[*Dēlŭō.*]

[*Dīlŭō.*]

Virg.1.Georg. Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho.
Prop.li.4.Ele.5, Stagnaq; torrenti diluerentur aqua.

[*Ēlŭō*]

Virg.6.Aen. Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.
Oui.11.Met.fab. Subde caput corpusq; ſimul, ſimul elue crimen.

[*Intērlŭō.*]

Virg.3.Aen. ——————— aruaq; & vrbes
Littora diductas anguſto interluit æſtu.

[*Īllŭō.*]

[*Pērlŭō.*]

Oui.Epiſt.5, Quumq; manus pura fontana perluit vnda

[*Pōllŭō.*]

Virg.3.Aen. Polluit ore dapes, ſocijs tunc arma capeſſant
Edico.

[*Prælŭō.*]

[*Prōlŭō.*]

Virg.1.Aen. ——————— pleno ſe proluit auro.
Hor.2.Ser.Sat.4, ——————— leni præcordia mulſo
Prolueris melius.

[*Rĕlŭō.*]

[*Sūblŭō.*]

PHRASES.

Simplicis.

[*Luere pœnas: eſt Puniri.*]

Tib.li.1.Ele.2, Et mea nunc pœnas impia lingua luit?

P.Lūsĭtō, as, at.

P.Lūtēſcō, is, it. Nonius ex quodam poeta citat hunc uerſum,
Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit.

P.Lūtō, as, at. Mar.li.4.Epi. Ne lutet immundum nitidos Ceroma capillos.
Pp.Lutaui.

COMPOS.

[*Dēlŭtō.*]

P.Lutrio, as, at. inuſitatum.

COMPOS.

COMPOS.

[*Elutrio.*]

P.Lutulo,as,at.

COMPOS.

[*Collutulo.*]

P.Lūxŭrĭō, Virg.3.Georg.Luxuriatq́ toris animoſum pectus,honeſti.
as,at. *Oui.1.Epiſt.* *Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.*
Tibul. *Luxuriant animi rebus plerunq́ ſecundis.*
Pp.Lūxŭrĭāuī.
I.Lūxŭrĭārĕ.Oui.15.Epiſt.Delicijsq́ decet luxuriare nouis.
Idem 9.Met.fab.4, Luxuriare ſolet,ſquamaq́ nitere recenti.
P.Lūxŭrĭŏr,aris. deponens eiuſdem ſignificationis.
Pp.Lūxŭrĭātŭs ſum.Ouid.5.Faſt.Eleg.1,Sit ſemel illa ioco luxuriata meo.
Inf.Lūxŭrĭārī.

COMPOS.

[*Ēlūxŭrĭŏr.*]

CLASSIS QVARTAE,

ORDO VNDECIMVS.

De quantitatibus Verborum incipientium ab

M

M ante A.

P.Maceo,es,et.
Pp.Macui.
P.Mācĕrō,as,at.
Pp.Mācĕrāuī.
Con.Mācĕrēm.Hor.1.Car.Od.13;Furtim labitur,arguens
Quàm lentis penitus marcerer ignibus.
Inf.Mācĕrārĕ.
P.Maccreſco,is,it.
P.Macceſco,is,it.
P.Māchĭnŏr,aris.
P.Macco,as,at.

COMPOS.

[*Emacco.*]

P:Mācrēſcò,is,it.Mart.lib.13.Epi. Nec minus exhauſto macreſceret inguine Gallus.
Hor.1.Epiſt.2,Inuidus alterius rebus macreſcit opimis.
Inf.Mācrēſcĕrĕ.

COMPOS.

[*Rĕmācrēſcò.*]

P:Macro,as,at.

P.Măcŭlò, as,at. *Virg.3.Aen.* *Et terram tabo maculant;mihi frigidus horror Membra quatit.*

Ouid.

Oui.1.Met.fab.19, Deijcit & maculat præruptā ſanguine rupē.

Pp.Măcŭlā-ui. Virg.10.Aen. Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen, Pulſus ob inuidiam ſolio, ſceptriſq; paternis.

In.Măcŭlārĕ.

COMPOS.

[Cōmmăcŭlō.]

Virg.8.Eclog. Sæuus amor docuit, natorum ſanguine matrem Commaculare manus.

[Ēmăcŭlō.]

P.Mădĕō, es,et. Virg.9.Aen. ——————atro tepefacta cruore Terra, toriq; madent.

Idem 12.Aen. Sanguine terra madet, ſtridētq; haſtilibus aura.

Pp.Mădŭī. Ouidius, ——————————arripit enſem
Hoc, ait, vtendum eſt in me mihi, quiq; cruore
Sæpe Phrygū maduit, domini nūc cæde madebit.

Mart.in Amph. Et Cilices nimbis hic maduere ſuis.

Fut.Mădēbō. Ouid.Faſt. Sparſaq; cæleſti rore madebit humus.

Con.Mădērēm,es,et. Virg.1 Georg. Et quamuis igni exiguo properata maderent.

I.Mădērĕ.

COMPOS.

[Dīmădĕō]

Lucan.li.6, Solibus & nullis Scythicæ, quum Bruma rigeret. Dimaduere niues.

[Īmmădĕō.]

Oui.3. Triſt.Eleg. Credibile eſt lacrimis immaduiſſe genas.

[Pērmădĕō.]

Mart.li.5.Epig.—————— & effuſo permaduiſſe croco.

P.Mădēſcō, is,it. Virg.5.Aen. Implenturq; ſuper puppes, ſemuſta madeſcunt Robora.

Inf.Mădēſcĕrĕ.

P.Mālō, à Mauolo, quaſi dicas Magis volo, deductū & contractum eſt.

Virg.10.Aen. Dum fortuna fuit, vincāt quos vincere mauis.

Hor.in Art.poët. Cur neſcire pudēs praue, quàm diſcere malo?

Māuīs, Ma- Hor.1.Ser,Sat.2,—————— an tibi mauis
uult. *Inſidias fieri, preciumq́, auellier antè,*
Quàm mercem oſtendi.
Pp.Mālŭī. Virg.12.Aen. Scire poteſtates herbarum, uſumq́, medendi
Maluit,& mutas agitare inglorius artes.
Con.Mālim Virg.3.Georg. Semper erunt, quarum mutari corpora malis.
is,it. Idem ibidem, Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo.

Verbum eſt compoſitum, ut ſentiunt grammatici ex *Magis* & *volo*, unde etiam *Mauolo* adhuc in uſu eſt, & per ſyncopen: *Malo:* & in ſecunda, tertiaq́ perſonis *Mauis, Mauult.*

P.Māndūcō,as,at. Et *Māndūcŏr* deponens. *(in ore.*
Lucil.li.4,(vt citat Noni.) Illud qui faciat, quod manducamur
P.Mānĕō, Virg.1.Aen. —————— manet alta mente repoſtum
es,et. *Iudicium Paridis.*
Idem 10.Aen.—————— manet imperterritus ille,
Hoſtem magnanimum operiens.
Im.Mānēbām.Virg.5.Aen. Nate mihi vita quondam dum vita manebat.
Pp.Manſi, notæ quantitatis.
Fut.Mānēbō,is,it.Vir.5.Eclo. Semper honos nomenq́, tuū laudesq́, manebūt.
Opt.Mānĕām,Virg.4.Eclog. O mihi tam longè maneat pars vltima vitæ,
as,at. *Spiritus,& quantum ſat erit tua dicere facta.*
Con.Mānē- Virg.4.Aen. Vrbem Troianam primum, dulcesq́, meorum
rēm. *Relliquias colerē,& Priami tecta alta manerent.*
In.Mānērĕ.Virg.2.Aen. Vltrò Aſiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam,& noſtros ea fata manere nepotes.

COMPOS.

[Ēmānĕō, vel Ēmĭnĕō.]
Virg.10.Aen. Eminet, ac læua tacitis ſubremigat undis.

[Immĭnĕō.]
Virg.9.Aen. ———— nam qua globus imminet ingens
Immanem Teucri molem voluuntq́, ruuntq́.

[Īntērmānĕō.]

Pēr-

[*Pērmānĕō.*]

[*Prōmĭnĕō.*]

Oui.13.Met.fab. ——————— *coma plurima toruos*
Prominet in vultus.

[*Rĕmānĕō.*]

Oui.1.Met.fa.13,Ora cacumē habēt,remanet nitor vnus in illa.

[*Sŭpĕrēmĭnĕō.*]

Virg.6.Aen. ——— *victorq́; viros ſupereminet omnes.*
Idem 10.Aen. Quum pedes incedit medŷ per maxima Nerei
Stagna,viā ſcindēs,humero ſupereminet vndas.

[*Sŭpĕrīmmĭnĕō.*]

Virg.12.Aen. ——— *primaq́; acie per tela ruentem*
Enſe ſequens nudo ſuperimminet,ille ſecuri
Aduerſi frontem mediam,mentumq́; reducta
Diſÿcit.

*P.Mānīſcō,is,it.*inuſitatum.

COMPOS.

[*Pērmānēſcō.*]

P.Mānō,as, Virg.3.Aen. Parce pias ſcelerare manus,non me tibi Troia
at. Extremū tulit,haud cruor hic de ſtipite manat.
Imp.Mānābām,as,at.Virg.3.Aen.Tū gelidus toto manabat corpore ſudor.
Pp.Manāuī.
Fut.Mānābō.Virg.3.Georg.Lata magis preſſis manabunt flumina mămis.
I.Mānārĕ. Virg.1.Georg. Aut puteis manare cruor ceſſauit & altè
Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes.

COMPOS.

[*Cōmmānō.*]

[*Dēmānō.*]

Catull.Car. Ligna ſed torquet,tenues ſub artus
Flamma demanat,ſonitu ſuopte
Tinniunt aures,gemina leguntur
Lumina nocte.

[*Dīmānō.*]

Emānō.

[*Ēmānō.*]

[*Pērmānō.*]

Lucret.li.3, Permanare animam nobis per membra ſolere.

[*Rēmānō.*]

Lucret.li.5, Percolatur enim virus, retroq; remanat.

P.Manticulor, āris.

P.Manuor, āris.

P.Mārītō, as, at. *Hor.in Epod.Od.2, Ergo aut adulta vitium propagine*
Altas maritat populos.

Pp.Mārītāuī.

Inf.Mārītārē.

Ger.Mārītāndi, do, dum. *Prud.Cõt.Sym. Laude pudicitiæ feruens, & amore deorum*
Iuſta maritandi.

P.Māſtīcō, as, at. *Macer.* *Eſt Pyrethrum calidũ, ſiccũq;, & quartus in illo*
Eſt gradus: excutiat dentes, ſi frigidus humor
Maſticet hoc patiens, teneatq; diutius ore.

P.Māturēō.

Pp.Māturuī. & Māturēſcō.

Inf.Māturēſcērē.

COMPOS.

[*Ēmātūrēſcō.*]

Oui.2.Triſt.Eleg. Atq; ea ſic lapſa eſt, vt ſurgere, ſi modò leſi
Ematuruerit Cæſaris ira, queat.

[*Pērmātūrēſcō.*]

Oui.4.Met.fab. Nam color in pomo eſt, vbi permaturuit.

P Mātūrō, as, at.

Imp.Mātūrā, & Mātūrātē. Virg.1.Aen. Maturate fugam, Regiq; hæc dicite veſtro.

Inf.Mātūrārē. *Virg.1.Georg. Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno*
Maturare datur.

M ante E.

P.Mēdĕŏr.

Inf.

Inf. Mĕdērī. Virg 8. Eclog. Talis amor teneat, nec ſit mihi cura mederi.
Ger. Mĕdēndi, Vir. 12. Aen. Scire poteſtates herbarum, vſumq́ medendi.
do, dum. Idem eodem, Flectitur, exuperat magis, ægreſcitq́ medendo.
P. Mĕdĭcŏ, as, at.
I. Mĕdĭcārĕ. Virg. 1. Georg. Semina vidi equidem multos medicare ſerentes.
Ouı. 1. Amo. El. 14, Dicebam deſiſte tuos medicare capillos
Tingere quā poſſis, tam tibi nulla coma eſt.
P. Mĕdĭcŏr, aris. deponens.
Virg 1. Georg. —————— ſenibus medicantur anhelis.
I. Mĕdĭcārī. Virg. 11. Aen. Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Eualuit.
P. Mĕdĭŏ, as, at.
Pp. Mĕdĭāuī.
Inf. Mĕdĭārĕ.
P. Mĕdĭtŏr, Virg. 1. Eclog. Silueſtrem tenui Muſam meditaris auena.
aris. Idem 4. Aen. Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem.
Pp. Mĕdĭtātŭs ſum. Virg. 3. Georg. Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.
Fut. Mĕdĭtābŏr. Virg. 6. Ecl. Silueſtrem tenui meditabor arundine Muſam.
Imp. Mĕdĭtārĕ. Hor. 2. Epiſt. 2, I nunc & verſus tecum meditare canoros.
Inf. Mĕdĭtārī.
Ger. Mĕdĭtān- Virg. 1. Geor. Vt varias vſus meditando extunderet artes
dī, do, dum. Paulatim, & ſulcis frumenti quæreret herbam.

COMPOS.

[*Cōmmĕdĭtŏr.*]

Lucret. lib. 6, Et fragiles ſonitus chartarum commeditatur.

[*Prămĕdĭtŏr.*]

[*Rĕmĕdĭtŏr.*]

P. Mĕdūllŏ, as, at. inuſitatum, à *Medulla* deriuatum.

COMPOS.

[*Ēmĕdūllŏ.*]

P. Mĕiŏ, is, it. Hor. 2. Ser. Sat. 7, Ditior, aut forma melioris meiat eodem.
Im. Mĕiĕ, Perſi. Sat. 7, ———— ſacer eſt, pueri, locus, extra
Mĕiĭtĕ. Meÿte.

COM-

I. Meiĕrĕ. *Mart. li.3. Epi. Minxiſtis currente ſemel, Pauline, carina,*
Meiere vis iterum, iam Palinurus eris.

COMPOS.

[*Immĕiŏ.*]

P. Mĕmĭnī, Meminiſti, Meminit. Hoc uerbum defectiuum licet ſit præteriti perfecti temporis, in præſenti tamen ferè ſemper accipitur.

Virg. 1. Eclog. *Sæpe malum hoc nobis ſi mens non læua fuiſſet*
De cælo tactas memini prædicere quercus.
Idem 9. Eclog. ———— *numeros memini, ſi verba tenerem.*
Idem, *Cantando puerum memini me condere ſoles.*
Cat. Car. 28, *Si tu oblitus es, at dij meminerũt, meminit Fides,*
Quæ, te vt pœniteat poſtmodò facti, faciet, tui.

Imp. Mĕmēntŏ. Virg. 3. Eclog. Parcius iſta viris tamen obijcienda memento.

I. Mĕmĭnīſſĕ. Virg. 2. Aen. *Quanquam animus meminiſſe horret luctuq; re-*
Incipiam. *(fugit,*
Oui. 9. Met. fab. Dum loquor, horror habet, parsq; eſt meminiſſe
doloris.

COMPOS.

[*Cōmmĕmĭnī.*]

[*Prămĕmĭnī.*]

P. Mĕmŏrŏ, as, at. *Virg. 1. Aen.* *Sic memorat, ſimul Aeneam in regia ducit*
Tecta.
Idem 8. Aen. *Quã memorant nymphæ priſcum Carmẽtis ho-*
Vatis fatidicæ. *(norem*

Pp. Mĕmŏrāuī.

Im. Mĕmŏrā, & Mĕmŏrātĕ. *Virg. 1. Aen.* *Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo.*

Con. Mĕmŏrĕm. *Virg. 2. Aen.* ———— *hortamur fari, quo ſanguine cretus,*
Quidúe ferat, memoret, quæ ſit fiducia capto.

In. f. Mĕmŏrārĕ. *Virg. 6. Aen.* *Has equidem memorate tibi, atq; oſtendere corã,*
Iampridem hanc prolem cupi enumerare meorũ.
Idem 7. Aen. *Et meminiſtis enim diuæ & memorare poteſtis.*

COMPOS.

COMPOS.

[Cŏmmĕmŏrŏ.]

[Rĕmĕmŏrŏ]

P.Mĕndīcŏ,as,at. Iuue. Sat.6,Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.

P.Mĕntĭŏr, Virg.2.Aen. At non ille,ſatum quo te mentiris,Achilles
īrīs. Talis in hoſte fuit Priamo.

Inf.Mĕntīrī.Virg.4.Eclog.Nec varios diſcet mentiri lana colores.

P.Mĕŏ,as,at.

Pp.Mĕāuī.

Inf.Mĕārĕ.

COMPOS.

[Cīrcŭmmĕŏ.]

[Cŏmmĕŏ.]

[Dĕmĕŏ.]

[Īmmĕŏ.]

[Īntĕrmĕŏ.]

[Pĕrmĕŏ.]

Oui.4.de Pōt.El.11,Dū tua peruenit,dū littora noſtra recurrēs,
Tot maria & terras permeat,annus abit.

[Prætĕrmĕŏ.]

[Rĕmĕŏ.]

Virg.2.Aen. Si patrios vnquam remeaſſem victor ad Argos.

Mar.li.1.Epig.Gaudia non remeant,ſed fugitiua volant.

[Sūbtĕrmĕŏ.]

Claud. Et iunctos rapido pontes ſubtermeat æſtu.

[Sŭpĕrmĕŏ.]

[Trānſmĕŏ.]

Mĕrĕŏ,es,et. Lucan.lib.10,Aere merent paruo.

Imp.Mĕrēbām,Oui.3.Faſt.——————— totidem Pilanus habebat
as,at. Corpora,legitimo quoq; merebar equo.

Pp.Mĕrŭī. Virg.4.Aen. Si benè quid de te merui,fuit aut tibi quicquam,
Dulce meum.

Mĕ-

Mĕrŭiſsēm, Virg.3.Eclog. —————————— non redderet ille
es,et. *Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprū.*
I.Mĕrērĕ,
&
Mĕrŭiſſĕ. Virg.2.Aen. Vt caderem,meruiſſe,manu,diuellimur inde.
Ge.Mĕrēndī,Prop.li.4.El.vlt. —————————— ſim digna merendo,
do,dum. *Cuius honoratis oſſa vehantur aquis.*

COMPOS.

[*Cōmmĕrĕō.*]

[*Dēmĕrĕō.*]

Oui.Epiſt. *Crimine te potui demeruiſſe meo.*

[*Ēmĕrĕō.*]

Prop.li.4.Eleg.Et tamen emerui generoſos veſtis honores.

[*Prōmĕrĕō.*]

P.Mĕrĕŏr,ēris. Deponens:eiuſdem ſignificationis.
Virg 2.Aen. *Aſpice nos,hoc tantum,& ſi pietate meremur*
Da deinde auxilium pater,atq; hac omnia firma.
Pp.Mĕrĭtŭs ſum.
Inf.Mĕrērī.

COMPOS.

[*Cōmmĕrĕŏr.*]

[*Dēmĕrĕŏr.*]

[*Ēmĕrĕŏr.*]

[*Prāmĕrĕŏr.*]

[*Prōmĕrĕŏr.*]

P.Mĕrīdiŏr,āris. uerbum inuſitatū, compoſitū, ex *Medius* & *dies.* Erat enim promeridiana confabulatio apud ueteres conſuetiſsima, & adhuc hodie in Italia & Hiſpania frequentiſsima.
Inf.Mĕrīdiārī.
Sup.Mĕrīdiā-Cat.Car.30,Mea delicia,mei lepores,
tūm,tu. *Iube ad te veniam meridiatum.*

P.Mĕ-

P.Mētiŏr, ītis. *Virg.4.Georg.* ———— *magnum qui piſcibus æquor*
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.
Oui.2.Met.fab.2, Ante oculos plus eſt, animo metitur vtrunq́;
Mart.li.12.Epi.99, Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

Pp.Mētītŭs ſum.

Imp.Metīrĕ.Virg 12.Aen. Heſpĕriam metire iacens, hæc præmia, qui me
Ferro auſi tentare, ferunt, ſic mœnia condunt.

Con.Mētīrĕr.Hor.1.Ser.Sat.1, ———— *nec facias quod*
Vnidius quidā, nō longa eſt fabula, diues
Vt metiretur numos, ita ſordidus, vt ſe
Non vnquam ſeruo melius veſtiret.

Inf.Mētīrī. *Horat.* *Metiri ſe quenq́; ſuo modulo ac pede verum eſt.*
Lucanus, *Metiri ſua regna decet, viresq́; fateri.*

COMPOS.

[*Cōmmētĭŏr.*]

[*Dēmētĭŏr.*]

[*Dīmētĭŏr.*]

[*Ēmētĭŏr.*]

Hor.2.Ser.Sat.2, ———— *cur, improbe, charæ*
Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?
Vni nimirum tibi rectè ſemper erunt res?

[*Pērmētĭŏr.*]

[*Rēmētĭŏr.*]

Virg.5.Aen. *Si modò ritè memor ſeruata remetior aſtra.*

P.Mĕtō, is, it.Virg.4.Georg.Illæ continuò ſaltus, ſiluasq́; peragrant,
Purpureosq́; metunt flores.
Idem 10.Aen. Proxima quæq́; metit gladio, latumq́; per agmen
Ardens limitem agit ferro. *(labris*
Hor.2.Epiſt.2, Quid vici proſunt, quid & horrea? quidúe Ca-
Saltibus adiecti Lucani? Si metit Orcus
Grandia cum paruis, non exorabilis auro?

Pp.Mĕſſŭī.

Imp. Mĕtĕ.
Mĕtitō. *Virg. 2. Georg.*——— *vallos primus ſub tecta referto,*
Poſtremus metito, bis vitibus ingruit vmbra.
Mĕtitĕ.
Inf. Mĕtĕrĕ.

COMPOS.

[*Dēmĕtō.*]

Catul. Car. *Sole ſub ardenti flauentia demetit arua:*
Colum. lib. 10, Et vos agreſtes duro qui pollice molles.
Demetitis flores.

[*Ēmĕtō.*]

[*Prāmĕtō.*]

PHRASES.

[*Metere gladio: eſt occidere. Necare.*]

Virg. 10. Aen. *Proxima quaeq; metit gladio, latumq; per agmen*
Ardens limitem agit ferro.

P. Mĕtō, as, at. quanquam non ita uſitatum.
Imp. Mĕtābām. Virg. in Culi. Metabat ſeſe circum loca.
P Mĕtŏr, aris.
Fu. Mĕtābŏr, Virg 2. Geor.——— *ſi pinguis agros metabere campi,*
eris. *Denſa ſere, in denſo non ſegnior hubere Bacchus.*
Oui. 1. Faſt. *Nos quoq; ſub ducibus cœlum metabimur illis,*
Ponemusq; ſuos ad vaga ſigna dies.
I Mĕtārī. *Stat. 5. Silua. Metari Bolanus agros, aperire malignas*
Tot veprum, nemorumq; moras.

COMPOS.

[*Dīmĕtŏr.*]

[*Ēmĕtŏr.*]

Componitur etiam cum nomine *Caſtra:* ut,

[*Cāſtrāmĕtŏr.*]

P. Mĕtŭō, is, it. Vir. 2. Geor. Inq; nouos ſoles audent ſe gramine tuto
Credere, nec metuit ſurgentes Papinus Auſtros.
Pp. Mĕtŭī. *Virg. 4. Aen.* *Quem metui moritura? faces in caſtra tuliſſem.*

Fut.

Fut. Mĕtŭām, Virg. 2. Eclo. ——————— *non ego Daphnin*
as, at. *Iudice te metuam ſi nunquam fallit imago.*
Inſin. Mĕtŭĕrĕ,
&
Mĕtŭiſſe. Virg. 10. Aen. Tunc decuit metuiſſe tuis: nunc ſera querelis
Haud iuſtis aſſurgis, & irrita iurgia iactas.

COMPOS.

[*Pĕrmĕtŭō.*]

[*Prāmĕtŭō.*]

M ante I.

P. Mĭcō, as, at. Virg. 1. Aen. ——————— *crebris micat ignibus æther.*
Idem 10. Aen. Qualis gemma micat fuluum quæ diuidit aurū.
Pp. Mĭcŭī.
Inf. Mĭcārĕ.

COMPOS.

[*Dĭmĭcō.*]

[*Ēmĭcō.*]

Virg. 6. Aen. ——————— *iuuenum manus emicat ardens*
Littus in Heſperium.
Idem 2. Aen. Emicuit parmamq́ ferens haſtamq́ trementem.
Hor. 2. Epiſt. 1, Inter quæ verbum emicunt ſi fortè decorum.

[*Intĕrmĭcō.*]

Claud. lib. 1, ——— *rutilum ſquamis intermicat aurum.*

[*Prōmĭcō.*]

[*Sŭpērmĭcō.*]

P. Mictŭrĭō. is, it. uerbum eſt deſideratiuum à *Meio.*
Iuuen. Sat. 6, Noctibus hîc ponunt lecticas, micturiunt hîc.
P. Mīgrō, as, at.
Pp. Mīgrāuī. Hor. 2. Epiſt. 1, Verùm equitis quoq́ iam migrauit ab aure voluptas
Omnis, ad incertos oculos & gaudia vana.
Imp. Mīgrā,
&

Migrātē. *Virg.9.Eclo.* *Quod nunquam veriti ſumus, vt poſſeſſor agelli*
Diceret, hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.

I.Migrārē.

COMPOS.

[*Cōmmīgrō.*]

[*Dēmīgrō.*]

[*Ēmīgrō.*]

[*Īmmīgrō.*]

[*Prāmīgrō.*]

[*Rēmīgrō.*]

[*Sēmīgrō.*]

[*Trānſmīgrō.*]

P.Mīlitō, as, at. Prop.li.4.El.6, Vnice mari, iā terra tua eſt, tibi militat arcus,
Et ſtabit ex humeris hoc onus omne meis.

Pp. Mīlitāuī.Hor.3.Car.Od.26, Et militaui non ſine gloria,
Nunc arma defunctumq́; bello
Barbiton hic paries habebit.

Inf.Mīlitārē.

Mīlitātūr.Imperſonale.

Fut.Mīlitā- Hor.in Epo.Od.1, Libenter hoc & omne militabitur
bitūr. *Bellum in tuæ ſpem gratiæ.*

SYLLOGI.

[*Ducere bellum.*]

P.Miniculor. quod in uſu non eſt.

COMPOS.

[*Ādminiculor.*]

P.Mīnīſcōr, ērīs. antiquum & obſoletum.

COMPOS.

[*Cōmmīnīſcōr.*]

Buch.Pſal.52,Tua lingua ſemper fraudibus
Intenta comminiſcitur
Nefas,nitente cotibus
Acutior nouacula.

[*Rēmĭnīſcŏr.*]

Virg.10.Aen. Sternitur infelix alieno vulnere,cœlumq́;
Aſpicit,& dulces moriens reminiſcitur Argos.
Oui.1 de Pōt.Eleg.9,Nā modò vos animo dulces reminiſcor amici,
Nunc mihi cū chara coniuge nata ſubit.

P.Mĭnīſtrō, Virg.2.Georg. Vix humiles apibus caſias,roremq́; miniſtrat.
as at. Idem 1.Aen. Iamq́; faces & ſaxa volāt,furor arma miniſtrat.
Pp.Mĭnīſtrāuī.
Inf.Mĭnīſtrārĕ.

COMPOS.

[*Ādmĭnīſtrō.*]

[*Commĭnīſtrō.*]

[*Sūbmĭnīſtrō.*]

P.Mĭnĭtō,as,at. Apud antiquos legitur. Vſitatius uerò eſt in genere deponenti.

P.Mĭnĭtŏr, Hor.2.Ser.Sat.1,Ceruius iratus leges minitatur & vrnam:
aris. Canidia Albuti quibus eſt inimica venenum.

P.Mĭnō,as,at. idem eſt quod *Duco.*

COMPOS.

[*Āmĭnō:* hoc eſt *Abduco*]

[*Ēxāmĭnō.*]

Hor.2.Ser.Sat.2,Dicam ſi potero,malè verū examinat omnis
Corruptus iudex.

P.Mĭnŏr,āris.Virg.2.Aen.—————— crebriſq́; bipennibus inſtant
Eruere agricolæ certatim,illa vſq́; minatur.
Idem 8 Aen. Sin aliquem infandum caſum fortuna minaris.
Oui.Epiſt.10, Multa mihi terræ,multa minantur aquæ.
I.Mĭnārī. Oui.15.Met.fab.Viſus adeſſe idem Deus,eademq́; monere,
Et niſi paruerit,plura & grauiora minari.

COMPOS.

[Cōmminōr.]

[Ēminōr.]

[Īntērminōr.]

PHRASES.

Simplicis.

[*Minari in cælum: eſt Extare.*]

Virg.1.Aen. ———————— *geminiq́ minantur In cælum ſcopuli.*

[*Minari prælia: Eſſe tumultuoſum.*]

Oui.2.Met.fab.17, ———— *miratur Agenore nata,*
Quòd tam formoſus, quòd prælia nulla minetur.

[*Minari ruinam: eſt Eſſe ruinoſum.*]

P.Mĭnŭō,is,it.
Pp.Minŭī.
Inf.Mĭnŭĕrĕ,& Minŭī. *Hor.2.Epiſt.1,* ———————— *minori dicere per quæ*
Creſcere res poſſet, minui damnoſa voluptas.

COMPOS.

[*Cōmmĭnŭō.*]

[*Dēmĭnŭō.*]

[*Dīmĭnŭō.*]

[*Īmmĭnŭō.*]

Oui.Epiſt.21, *Poſtquam ſe dolor imminuit, nec pectora plangi,*
Nec puduit ſciſsis exululare comis.

P.Mīrōr,aris.Virg.1.Eclo.Non equidem inuideo, miror magis vndiq́ totis.
Oui.13.Met.fab.Dumq́ moror, miror q́ ſimul fugit omnis in vn
Virg.1.Aen. *Artificumq́ manus inter ſe, operūq́ laborē* (*das. Miratur.*

Im.Mīrābār.Virg.1.Eclog.Mirabar quid mœſta deos Amarylli vocares.
Pp.Mīrātŭs ſum.Virg.8.Eclog.Immemor herbarū quos eſt mirata iuuēca.

Fut.

Fut. Mirābŏr. Virg. 1. Eclog. Poſt aliquot mea regna videns, mirabor, ariſtas.
Idem 4. Georg. Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem.
Con. Mirĕr. Virg. 11. Aen. Vir Troiane, quibus cœlo te laudibus aquem?
Iuſtitiæ ne prius mirer, belli' ne laborem?
Inf. Mirāri.

COMPOS.

[Ādmīrŏr.]
Virg. 4. Georg. Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo.
[Dēmīrŏr.]

[Ēmīrŏr.]
Hor. 1. Car. Od 5, Simplex mundicijs, heu quoties fidem
Mutatosq́; deos flebit, & aſpera
Nigris æquora ventis
Emirabitur inſolens.
P. Miſcĕŏ, es, et. Pp. Miſcui. notæ quantitatis

COMPOS.

[Admiſceo.]

[Commiſceo.]

[Immiſceo.]

[Remiſceo.]

PHRASES.

Compoſ.

[Immiſcere ſe nocti atræ: eſt Vaneſcere.]
Virg. 4. Aen. ————— varium & mutàbile ſemper
Fœmina, ſic fatus nocti ſe immiſcuit atræ.
P. Misĕrĕŏr, Virg. 2. Eclog. Nil noſtri miſerere mori, me deniq; cogis.
ēris, vel ērĕ.
Pp. Misĕrtŭs ſum.
Fut. Misĕrēbŏr. Virg. 2. Aen. Ipſe manu mortem inueniā, miſerebitur hoſtis.

Imp. Miſĕrērĕ. *Virg. 2. Aen.* ——— *miſerere laborum*
Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.
I. Miſĕrērī.

COMPOS.

[*Cōmmĭſĕrĕŏr.*]

P. Mĭſĕrēſcō, is, it. Vir. 2. Aen. His lacrimis vitā damus et miſereſcimus vltrò.
Imp. Mĭſĕrēſcĕ. Stat. 1. Theb. Et generis miſereſce tui.
& *Mĭſĕrēſcĭtĕ.* *Virg. 8. Aen.* *At vos ô ſuperi, diuûm tu maxime rector*
Iuppiter, Arcadij quæſo miſereſcite regis.
Idem 10. Aen. ——— *quæ iam ſatis ima dehiſcat*
Terra mihi? vos ô potius miſereſcite venti.

P. Mĭſĕrĕt. imperſonale.
Virg. 5. Aen. *Si te lapſorum miſeret, quæ munera Niſo*
Digna dabis?
Catull. Car. 27, Iam te nil miſeret dure tui dulcis amiculi.

P. Mĭſĕrŏr, aris. Virg. 12. Aen. ——— *Turni ſortem miſerantur iniquā.*
Pp. Mĭſĕrātŭs ſum. Virg. 10. Aen. ——— *iuuenemq́, animi miſerata repreſsit.*
Fu. Mĭſĕrābŏr. Virg. 4. Georg. Contuſosq́, animos, & res miſerabere fractas.
Inf. Mĭſĕrārī. Virg. 5. Aen. Me, liceat, caſum miſerari inſontis amici.

COMPOS.

[*Cōmmĭſĕrŏr.*]

P. Miſſiculo, as, at.]
P. Mītēſcō, is, it.
Fut. Mītēſcām. Virg. 1. Aen. Aſpera tum poſitis miteſcent ſecula bellis.
I. Mītēſcĕrĕ. Virg. 10. Eclog. Aut deus ille malis hominum miteſcere diſcat.
P. Mītĭgō, as, at. Virg. 5. Aen. Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus,
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat vlla.
Pp. Mītĭgāuī.
Con. Mītĭgĕm, es, et. Hor. 2. Epiſt. 2, Silueſtrem flāmis & ferro mitiget agrū.
I. Mītĭgārĕ.

COMPOS.

[*Cōmmītĭgō.*]

Dī-

[*Dēmītigō.*]

[*Dīmītigō.*]

P. Mitto, is, it. notæ quantitatis.

Pp. Miſī. *Virg. 3. Eclog.* *Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.*

Mīsĕrām. *Idem 9. Aen.* *Hyrtacides, comitem Aeneæ quem miſerat Ida*
Venatrix, iaculo celerem, leuibusq; ſagittis.

COMPOS.

[*Ādmīſī.*]

[*Āmīſī.*]

Virg. 2. Georg. *Et qualem infelix amiſit Mantua campum.*

[*Cōmmīſī.*]

Virg. 7. Aen. ——————— *vbi ſanguine bellum*
Imbuit, & primæ commiſit funera pugnæ.

[*Cōmprōmīſī.*]

[*Dēmīſī.*]

Virg. 2. Aen. *Demiſere neci, nunc caſſum lumine lugent.*

Idem 9. Aen. *Quas ibi tum ſtrages ferro, quæ funera Turnus*
Ediderit, quem quiſq; virum demiſerit Orco.

[*Dīmīſī.*]

Virg. 11. Aen. *Fidis equo? dimitte fugam, & te cominus æquo*
Mecum crede ſolo.

[*Ēmīſī.*]

[*Īmmīſī.*]

Virg. 7. Eclog. *Perditus & liquidis immiſi fontibus apros.*

[*Īntērmīſī.*]

[*Īntrōmīſī.*]

[*Ōmīſī.*]

Hor. in Art. *Pleraq; differat & præſens in tempus omittat.*

[*Pērmīſī.*]

Virg. 1. Eclog. *Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.*

[*Pōſtmīsī.*]

[*Prǣmīsī.*]

Virg.11.Aen. ———————— *equitum leuia improbus arma*
Pramiſit, quaterent campos, ipſe ardua montis
Per deſerta iugo properans aduentat ad vrbem.

[*Prǣtĕrmīsī.*]

[*Prōmīsī.* [

Virg.10.Aen. *Caniciemq́; ſibi & longos promiſerat annos.*

[*Rĕmīsī.*]

Virg.1.Georg. *Remigijs ſubigit, ſi brachia fortè remiſit.*
Idem 2.Aen. ———————— *corpusq́; exangue ſepulchro*
Reddidit Hectoreum, meq́; in mea regna remiſit.

[*Sub vel Sūmmīsī.*]

[*Trānſmīsī.*]

Vir.3.Aen. *Me famulam, famuloq́; Heleno tranſmiſit habendā.*

Componitur etiam cum nomine Manus: ut,

[*Mănūmīttō.*]

PHRASES.

Compoſ.

[*Committere pugnam: eſt Certare, pugnare.*]

Virg.5.Aen. *Seu crudo fidit pugnam committere caſtu.*

[*Demittere neci: pro Necare.*]

Virg.2.Aen. *Demiſere neci, nunc caſſum lumine lugent.*

[*Demittere orco, pro Necare.*]

Virg.2.Aen. ———————— *quæ funera Turnus*
Ediderit, quem quiſq́; virum demiſerit Orco.

[*Dicta dimittere in aures: eſt Audire.*]

Virg.4.Aen. *Cur mea dicta negat duras dimittere in aures?*

[*Immittere habenas: eſt Concedere.*]

Oui.1.Met.fab 9, *Fluminibus veſtris totas immittite habenas.*

[*Immittere habenas claſſi: eſt Nauigare.*]

Virg.6.Aen. *Sic fatus lacrimans, claſſiq́; immittit habenas*
Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

[*Permit-*

[*Permittere aliquid flammæ: eſt Cremare.*]

Virg.4.Aen. *Dardaniꝗ́ rogum capitis permittere flammæ.*

Subm ittere faſces, pulcherrima phraſis, pro eo quod eſt, poteſtate & autoritate ſua honoris & reuerentiæ gratia, ſiue illud ſit in colloquijs, ſiue in ſuffragijs ferundis, cedere, alijꝗ́ concedere. Fuerunt enim antiquitus Faſces Magiſtratuum inſignia.

Auſo.de Emerita. Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.

M ante O.

P.Mōbĭlĭtō,as,at. Lucr.lib.3, *Inde calor notus, & venti cæca poteſtas*
Mōbĭlĭtŏr,aris. *Accipit, inde aër, inde omnia mobilitantur.*
Pp.Mōbĭlĭtāuī.
Inf.Mōbĭlĭtārĕ.
P.Mŏdĕrō,as,at. Significat modum pono, ſuperfluum re ſcendo.
P.Mŏdĕrŏr,aris. Significat rego, & moderationem adhibeo.
Hor.1.Epi.2, ——————— *qui non moderabitur iræ,*
Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit & mens.
Inf.Mŏdĕrārī.

C O M P O S.

[*Cōmmŏdĕrŏr.*]

[*Prǣmŏdĕrŏr.*]

M O D V S.

Hinc fiunt uerba aliquot compoſita: ut,

[*Ăccōmmŏdō.*]

Virg.2.Aen. ——————— *clypeiꝗ́ inſigne decorum*
Induitur: lateriꝗ́ Argiuum accommodat enſem.

[*Cōmmŏdō.*]

Et frequentatiua hæc;

[*Accōmmŏdĭtō.*]

[*Cōm-*

[*Cōmmŏditŏ.*]

P Mŏdŭlŏr, ārĭs.
Pp. Mŏdŭlātŭs ſum.
Fut. Mŏdŭlābŏr. Virg. 10. Eclog. Carmina paſtoris Siculi modulabor auena.
I. Mŏdŭlarī.

COMPOS.

[*Ādmŏdŭlŏr.*]

[*Ēmŏdŭlŏr.*]

P. Mŏlēſto, as, at.
P. Mōliŏr, īris, ītŭr. *Virg. 3. Aen.* ——— *claſſemq́; ſub ipſa*
Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ.
Idem 6. Aen. Inde datum molitur iter.
Hor. in Art. Quanto rectius hic qui nil molitur ineptè.
Pp. Mōlītŭs ſum *Virg. 1. Georg. Agricola incuruo terram molitus aratro*
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila.
Imp. Mōlīrĕ. Virg. 4. Georg. Vreſata, & validam in vites molire bipennem.
Inf. Mōlīrī. Virg. 1. Georg. Inſidias auibus moliri, incendere vepres.
Idem 1. Aen. ——— ——— *pars ducere muros*
Moliriúe arcem.
Idem 7. Aen. Moliri iam tecta videt, iam fidere terra.
Mōlīrĭĕr. Lucret. lib. 5, ——— *nec ſcribat ferro molirier arua.*

COMPOS.

[*Ādmōlĭŏr.*]

[*Āmōlĭŏr.*]

[*Cōmmōlĭŏr.*]

[*Dēmōlĭŏr*]

[*Ēmōlĭŏr.*]

[*Ōbmōlĭŏr.*]

[*Prāmōlĭŏr.*]

[*Rĕmōlĭŏr.*]

Oui. 5. Met. fab. Sæpe remoliri luctatur pondera terra,
Oppidaq́;

Oppidaq́; & magnos deuoluere corpore montes.

PHRASES.

Simplicis.

[*Moliri habenas: rei videlicet cuiuscunq́; eſt Regere.*]

Virg.12.Aen. ——————— *manibus molitur habenas.*

A *Mola*, qua in ſacrificijs ſuis antiqui Gentiles utebantur, uerbum unicum compoſitum deriuatur, quod eſt,

[*Immŏlo, as, at.*]

Virg.12.Aen. ——————— *Pallas te hoc vulnere, Pallas*
Immolat, & pœnas ſcelerato è ſanguine ſumit.

PHRASES.

[*Immolare aliquem vmbris: pro Occidere, Necare.*]

Virg.10 Aen. Viuentes rapit, inferias quos immolet vmbris.

P.Mŏnĕŏ, es, et. *Virg.1.Georg.* ——————— *ille etiam cæcos inſtare tumultus*
Sæpe monet, fraudemq́; & operta tumeſcere bello.

Idē 3.Aen. Cōtra iuſſa monēt Heleni Scyllam atq; Charybdim.

Pp: Mŏnŭī.

Fut. Mŏnēbŏ. Virg.3.Aen. Prædicam, & repetēs iterumq́; iterumq́; monebo.

Con. Mŏnŭīſſēm. Virg.9.Eclog. Antè ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix.

I. Mŏnērĕ, &
Mŏnērī. Virg.3.Aen. Hæc ſunt quæ noſtra liceat te voce moneri.

COMPOS.

[*Ădmŏnĕŏ.*]

Virg.6.Eclog. ——————— *Cynthius aurem*
Vellit & admonuit, paſtorem Tityre pingues
Paſcere oportet oues.

[*Cōmmŏnĕŏ.*]

[*Ēmŏnĕŏ.*]

[*Prāmŏnĕŏ.*]

[*Sub vel Sūmmŏnĕŏ.*]

P.Mor-

P. Mordeo, notæ quantit.

Pp. Mŏmŏr-dī. Virg. 11. Aen. ——————— *qui ne quid tale videret*
Procubuit moriēs, & humū ſemel ore momordit.

Oui. 13. Met. fab. ——————— *manuq;*
Pabula decerpſi, decerptaq; dente momordi.

Hor. 1. Epiſt. 7, ——————— *haud quia grando*
Contuderit vites, oleamq; momorderit æſtus.

COMPOS.

[*Dēmŏrdĕō.*]

[*Rĕmŏrdĕō.*]

Virg. 1. Aen. Hic tibi, ſabor enim, quādo hæc te cura remordet.

P. Mŏrĭŏr, ĕrĭs, ĭtŭr. olim coniugabatur etiam in quarto ordine, ſed nunc uſitatius eſt in tertio.

Virg. 3. Georg. Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis.

Fut. Mŏrĭăr. Virg. 11. Aen. Præmia, túne etiam telis moriere Diana?

Imp. Mŏrĕrĕ. Virg. 4. Aen. Quin morere vt merita es, ferroq; auerte dolorē.

I. Mŏrī. Virg. 3. Aen. O fœlix vna ante alias Priameia virgo,
Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori.

Lucan. li. 9, Scire mori ſors prima viris, ſed proxima cogi.

Mart. li. 2. Epi. 80, Hoſtem quū fugeret, ſe Fannius ipſe peremit.
Hic rogo num furor eſt, ne moriare mori?

Seruauit quoq; infinitiuum quartæ coniugationis, *Mŏrīrī.*

Oui. 4. Met. fab. At ſtrepitū mortemq; timens, cupidusq; moriri.

COMPOS.

[*Cōmmŏrĭŏr.*]

[*Dēmŏrĭŏr.*]

[*Ēmŏrĭŏr.*]

[*Īmmŏrĭŏr.*]

Oui. 2. de Pōt. Eleg. Fortiter Euxinis immoriemur aquis.

Horat.

Hor.1.Epiſt.6,Immoritur ſtudijs & amore ſeneſcit habendi.

[Ĭnēmŏrĭŏr.]

Hor.in Epod.Od.5,Quo poſſet infeſſus puer,
Longo die bis terq́ue mutata dapis
Inemori ſpectaculo.

[Intĕrmŏrĭŏr.]

[Prāmŏrĭŏr.]

Oui.Epiſt.8,Aut ego præmoriar,primoq́ extinguar in æuo;
Aut ego Tantalidæ Tantalis vxor ero.

SYLLOGI.

Mori.

[Abſumi Letho:vide Sumo.
Adire lacus Stygios:vide ſub Eo.
Agere animam:vide Ago.
Cedere fatis:vide ſub Cedo.
Cinerem atrum aliquem habere:vide Habeo.
Concedere fatis.Ibidem.
Claudere lumina in æternā noctem:vide ſub Claudere.
Claudere vocis iter:vide ibidem.
Cognoſcere Elyſios campos:vide Noſco.
Cognoſcere Lethæā ratim & Cymmerios lacus: vide Noſco.
Defungi tempore lucis:vide ſub Fungor.
Deſcendere ad Stygias vmbras:vide ſub Scando.
Ducere extremas horas.quære ſub Duco.
Parcas inijcere manus alicui:vide Iacio.
Ire ad infernas aquas:vide ſub Eo.
Ire per Stygias aquas:vide ſub Eo.
Ire nudus Lethea rate:vide ſub Eo.
Ire ad vmbras infernas:vide ſub Eo.
Ire ſub vmbras Stygias: vide ſub Eo.
Mutari in vmbram tenuem:vide ſub Muto.
Perdere vitam:vide ſub Do.
Recedere à luce:vide ſub Cedo.]

Atropon

[*Atropon ſcindere annos:vide Scindo.*
Vocari ab Orco in vaſtos amnes:vide ſub Vocare.]

P. Mŏrŏr,ārĭs.Vir.2.Aen. Quidve moror,ſi oēs vno ordine habetis Achiuos.
Pp.Mŏrātŭs Virg.4.Aen. Conſpexit,paulum lacrimis & mente morata,
ſum. Incubuitq; toro,dixitq; nouiſſima verba.
Inf.Mŏrārī Virg.12.Aen. Iam iam fata ſoror ſuperant,abſiſte morari.
Catull. Car.33, Euntem reuocet,manuſq; collo
Ambas iniiciens roget morari.
Ger.Mŏrān- Virg.4.Aen. Indulge hoſpitio,cauſaſq; innecte morandi.
dī,do,dum.Oui.1.Met.fab.12, Creuerũt faciemq; aliquam cepere morãdo.

COMPOS.

[*Dēmŏrŏr.*]
Virg.10.Aen. Et tua progenies,mortalia demoror arma.

[*Immŏrŏr.*]

[*Rēmŏrŏr.*]
Oui.11.Met.fab. Littus habet ſolidum,quod nec veſtigia ſeruet
Nec remoretur iter,nec operta pendeat alga.

P.Mōtō,as,at. Frequentat à moueo.
Virg.3.Aen. Et feſſum quoties motat latus,intremere omnem
Murmure Trinacriam.
I.Mōtārĕ. Virg.6.Eclog. Tum verò in numerum Faunoſq; feraſq; videres
Ludere,tum rigidas,motare cacumina quercus.
P.Mŏuĕō,es,et.Virg.1.Geor, Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellũ.
Im.Mŏuēbām.Virg.11.Aen.Certantes,caſtra Aeneas,aciemq; mouebat.
Pp.Mōuī. Virg.1.Georg.——————— primuſq; per artem
Mouit agros,curis acuens mortalia corda.
Imp.Mŏuē.
Mŏuētĕ. Virg.10.Aen. Pandite nunc Helicona deæ,cantuſq; mouete.
Inf.Mŏuē- Virg.3.Georg.Non vmbra altorum nemorum:nõ mollia poſſũt
rĕ,& Prata mouere animum.
Mŏuērī. Idem 1.Georg.Prædariq; lupos iuſſit,pontumq; moueri.

COMPOS.

[*Āmŏuĕō.*]

Horat.

Hor.2.Epiſt.2,Dura ſed amouere loco me tempora grato.

[*Ādmŏuēŏ.*]

Virg.3.Eclog. Nec dum illis labra admoui,ſed condita ſeruo.

Idem 3.Aen. Aſt vbi digreſſum Siculæ te admouerit oræ.

[*Cōmmŏuēŏ.*]

Virg.5.Aen. ——————— *mox aëre lapſa quieto*
Radit iter liquidum,celeres neq; commouet alas.

Idem 7.Aen. Hunc procul errantem rapidæ venantis Iuli
Commouere canes.

[*Dēmŏuēŏ.*]

[*Dīmŏuēŏ.*]

Virg 1.Georg. Agricola incuruo terram dimouit aratro.

Idem 9.Aen. ——————— *ſimul hæc effatus,ab alto*
Aethere ſe mittit,ſpirantes dimouet auras.

[*Emŏuēŏ.*]

Virg.6.Aen. Egregia interea coniux,arma omnia tectis
Emouet,& fidum capiti ſubduxerat enſem.

[*Ēxtrāmŏuēŏ.*]

[*Pērmŏuīŏ.*]

[*Prōmŏuēŏ.*]

Virg.10 Aen. Ingentem remis Centaurum promouet,ille
Inſtat aquæ,ſaxumq; vndis immane minatur.

[*Rēmŏuēŏ.*]

Virg.1.Georg. Mellaq; decuſſit folÿs,ignemq; remouit.

[*Sēmŏuēŏ.*]

[*Sub vel Sūmmŏuēŏ.*]

Virg.7.Aen. Audÿt & ſi quem tellus extrema refuſo
Submouet,Oceano,& ſi quem extenta plagarū.

[*Trānſmŏuēŏ.*]

OBSER.

Omnia tempora à Præterito perfecto formata *o* produ ctum habent:reliqua à præſenti *o* correptum ſeruant.

M ante V.

P. Muceo, es, et.		
P. Muceſco, is, it.		
P. Mūgiō, is, it.		
Pp. Mūgiuī, vel Mūgiī.	Virg. 8. Aen.	Reddidit vna boum vocem, vaſtoq́; ſub antro Mugijt: & Caci ſpem cuſtodita feſellit.
Con. Mūgiām.	Oui. 1. Met. fab. 19,	Erigitur, metuitq́; loqui, ne more iuuencæ Mugiat, & timidè verba intermiſſa retentat.
I. Mūgīrē.	Virg. 3. Aen.	——— totusq́; moueri Mons circum, & mugire adytis cortina recluſis.
	Hor. 2. Epiſt. 1,	Garganū mugire putes nemus, aut mare Thuſcū.

COMPOS.

[Ādmūgiō.]

Oui. 1. de Art. Mollibus in pratis admugit fœmina tauro,
Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.

[Dēmūgiō.]

[Ēmūgiō.]

Immūgiō.]

Virg. 1. Aen. ——— curuisq́; immugijt Aetna cauernis.
Idem 11. Aen. ——— mæſtoq́; immugit regia luctu.

[Rēmūgiō.]

Virg. 12. Aen. Illi inter ſeſe multa vi vulnera miſcent,
Colla, armosq́; leuant gemitu nemus omne remu (git.
Oui. 1. Met. fab. 16, ——— tantum ſuſpiria ducis
Pectore, quodq́; unū potes ad mea verba remugis.

P. Mūnĕrō, as, at: & Mūnĕrŏr. Depon.		
Fut. Mūnĕrābŏr.	Buch. Pſal. 54,	Liber perīclo, victimis Te munerabor, te canam Patrem, bonis placabilem, Malisq́; formidabilem.
Inf. Mūnĕrārē, & Mūnĕrārī.		

COMPOS.

COMPOS

[*Rĕmūnĕrŏ, vel Rĕmūnĕrŏr.*]

Catull. Car. 14, ——————— omnia colligam venena,
Ac te his ſupplicijs remunerabor.

P. Mūniŏ, is, it.
Pp. Mūniuī, vel Hor in Car. Secu. Cui per ardentem ſine fraude Troiam
Mūniī. *Caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes*
Liberum muniuit iter, daturus
Plura relictis.
Fut. Mūniām, es, et. Virg 1. Aen. Transferet, & longā multa vi muniet Albā.
In. Mūnīre. Virg. 4. Georg. Et munire fauos, & Dædala fingere tecta.
Hor. 1. Ser. Sat 3, Donec verba quibus voces, ſenſusq; notarent,
Nominaq; inuenere, dehinc abſiſtere bello,
Oppida cœperunt munire & ponere leges.

COMPOS.

Cōmmūniŏ.]

[*Ēmūniŏ.*]

Virg. 8. Aen. *Deiecit ſaxum ferro, quod & arte paterna*
Pendebat, fultosq; emunijt obijce poſtes.

[*Pērmūniŏ.*]

[*Prāmūniŏ.*]

P. Mūrmūrŏ, as, at.
Pp. Mūrmūrāuī.
Inf. Mūrmūrārĕ.

COMPOS.

[*Rĕmūrmūrŏ.*]

Virg. 10. Aen. ——————— *ſpeculatus littora Tarchon*
Quà vada non ſperat, nec fracta remurmurat *(vnda.*
P. Mūtĕŏ, es, et. Pp. Mutui, inuſitatum. Frequentius eſt
P. Mūtēſcŏ, is, it.
Pp. Mutūī.
Inf. Mūtēſcĕrĕ.

COMPOS.

[*Īmmūtēſcō*]

Stat.5.Theb. ——— *ruptis immutuit ore querelis.*

[*Ōbmūtēſcō.*]

Virg.4.Aen. *At verò Aeneas aſpectu obmutuit amens.*

Idem 6.Aen. ——— *dixit, preſſoq́; obmutuit ore.*

P.Mūtĭlō,as,at.

Pp.Mutilaui.

Con.Mūtĭlēm,es,et. *Prud.in Pſych.Ne commiſſuris diſtantibus angulus impar Argutam mutilet per diſſona ſymmetra normā.*

I.Mutilare.

COMPOS.

[*Ādmūtĭlō.*]

[*Cōmmūtĭlō.*]

[*Dēmūtĭlō.*]

P.Mūtō,as,at. *Vir.4.Aen.Quid loquor? aut vbi ſum? quæ mentē inſania mutat?*

Idem 9.Aen. *Debilitat vires animi, mutatq́; vigorem.*

Hor.1.Epiſt.11,Cœlum nō animū mutāt, qui trans mare currūt.

Pp.Mūtāuī.Virg.8.Eclog. *Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſi.*

Idem 1.Georg.Verum vbi tempeſtas & cœli mobilis humor Mutauere vias.

Fu Mūtābō,is,it.Virg.Eclog.4, ——— *nec nautica pinus Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.*

Con.Mūtēm.Virg.3.Georg.Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.

I.Mutārē. *Virg.10.Eclog.Non illum noſtri poſſunt mutare labores.*

Prop.li.4.Eleg.8,Imperat & totas iterum mutare lacernas.

COMPOS.

[*Cōmmūtō.*]

[*Dēmūtō.*]

[*Emūtō.*]

[*Immūtō.*]

Pērmūtō.

[*Pērmūtō.*]

Virg.9.Aen. *Dat Niſo Mneſtheus pellem, horrentiſq; leonis*
Exuuias, galeam fidus permutat Alethes.

[*Rēmūtō.*]

[*Sub vel Sūmmūtō.*]

[*Trānſmūtō.*]

PHRASES.

in ſimplici.

[*Mutari in vmbram tenuem: eſt Mori.*]

Tib.lib.3.Eleg.2, Ergo ego quum tenuem fuero mutatus in vmbram,
Candidaq; oſſa ſuper nigra fauilla teget.

P.Mūtŭō, as, at. Significat mutuum do.

P.Mūtŭŏr, aris. Mutuum accipio.

Mart.li.8.Epi.16, Nunc cauſas agis, & ducenta quaris,
Sed conſumis & vſq; mutuaris.

Pp.Mūtŭātŭs ſum.

Qq 3

CLASSIS QVARTAE,
ORDO DVODECIMVS.

De quantitatibus Verborum incipientium ab

N

N ante A.

P. Naſcor. notæ quantitatis.
Pp. Nātŭs ſum. Hor. 1. Epi. 2, Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.

COMPOS.

Adnaſcor, & annaſcor, circumnaſcor, connaſcor, denaſcor, enaſcor, innaſcor, internaſcor, obnaſcor, pronaſcor, renaſcor, ſubnaſcor omnia notæ quantitatis.

P. Nătŏ, as, at. Vir. 1. Georg.—————————— *omnia plenis*
Rura natant foſſis, atq; omnis nauita ponto
Humida vela legit.
Idem 3. Georg. Cæca nocte natat ſerus freta, quem ſuper ingens
Porta tonat cœli.
Im. Nătābām, as, at. Oui. 6. Faſt. Nox erat, & vinis oculiq; animiq; natabāt.
Pp. Nătaui.
Con. Nătārēm, es, et. Vir. 3. Aen. Frangeret ad ſaxum, ſanieq; aſperſa natarent
Limina.
Inf. Nătārĕ.
Nătātŭr. imperſonale. *Mar. li. 1. Epi. Sacris piſcibus hæ natantur aquæ.*

COMPOS.

[*Abnătŏ.*]
Stat. 1. Achil. Tunc accepta freto longè ceruice reflexa,
Abnatat,

Abnatat,& blandis affatur littora verbis.

[*Ad vel Ānnātō.*]

[*Circūmnātō.*]

[*Cōnnātō.*]

[*Dēnātō.*]

Hor.3.Car.Od.7, Nec quiſquam citus aquè
Tuſco denatat alueo.

[*Ēnātō.*]

[*Īnnātō.*]

Virg.2.Georg.Nec non & torrentē vndam leuis innatat alnus.

[*Ōbnātō.*]

[*Prānātō.*]

Virg.6.Aen. Letheumq́, domos placidas qui pranatat amnē.

[*Rēnātō.*]

[*Sūpērnātō.*]

[*Trānſnātō.*]

PHRASES.

[*Natare vnctam carinam:eſt Nauigare.*]

Virg.4.Aen. ———————————— *& littore celſas*
Deducunt toto naues,natat vncta carina.

[*Natare oculos animosq́, vino:eſt Inebriari.*]

Ouid.6.Faſt. Nox erat,& vinis oculiq́, animiq́, natabant.

P.Nāuīcŭlōr,aris,
vel
Nāuīclōr. Mar.li.3.Epig.20,An aſtuantes iam profectus ad Baias
Piger Lucrino nauiclatur ſtagno.

P Nāuīgō,as,at.Virg.1.Aen.Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Pp.Nāuīgāuī.

Imp.Nāuīgā.Virg.4.Aen.Nauiget,hæc ſumma eſt,hic noſtri nuncius eſto.

Inf.Nāuīgārē.Mar.li.9.Epi.77,Sed ſtrage nemorum,pineaq́, compage,
Vt nauigare Tucca balneo poſſit.

COMPOS.

[*Annāuigó.*]

[*Enāuigó.*]

[*Pērnāuigó.*]

[*Prānāuigó.*]

[*Prātērnāuigó.*]

[*Rēnāuigó.*]

SYLLOGI.

Nauigare.

[*Currere æquor caua trabe.vide Curro.*
Dare Auſtros claſsibus vel Nauibus.vide Do.
Dare vela ventis.vide Do.
Decurrere pelago aperto.vide Curro.
Deſerere littora.vide Sero.
Ducere remos.vide Duco.
Feriri vndis vel vndam aliquem ferire.vide Ferio.
Ferri ventis.vide Fero.
Ire per vndas maris.vide Eo.
Natare vnctam carinam.vide Nato
Niti naue & lenibus auris.vide Nitor.
Pellere vada remis.vide Pello.
Procedere claſſem æquatis velis.vide Cedo.
Prouehi pelago.vide Veho.
Secare æquora.vide Seco.
Spumare freta verſa adductis lacertis.vide Spumo.
Verrere æquora palmis abiegnis.]
Catul.Car.62,Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.
[*Volare pelago.vide volo.*]

P.Nauo,as,at.
Pp.Nauaui.
I.Nauare.

COMPOS.

[*Enauo.*]

N ante E.

I. Nĕcō,as,at. Oui. de Rem. Ele. Parua necat morſu ſpacioſum vipera taurū.
Im. Nĕcābām. Virg. 8. Aen. Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.
Pp. Nĕcŭī &
Nĕcāuī. antiquè.
I. Nĕcārĕ.

COMPOS.

[*Enĕcō.*]

[*Intĕrnĕcō.*]

[*Pĕrnĕcō.*]

SYLLOGI.

Necare.

[*Abrumpere lucem: vide Rumpo.*
Abſumere Letho: vide Sumo.
Dare Letho: vide Do.
Demittere neci: vide Mitto.
Demittere aliquem Orco: vide Mitto.
Edere funera: vide Do.
Spoliare vita: vide Spolio.]

P. Nĕgō,as,at. Virg. 3. Aen. Haud dubitanda refer, Coritum terraſq; require
Auſonias: Dictæa negat tibi Iuppiter arua.
Idem ibidem, Ipſe diem, noctemq; negat diſcernere cœlo.
Im. Nĕgābām. Virg. 3. Eclog. Ipſe fatebatur, ſed reddere poſſe negabat.
Pp. Nĕgāuī.
Fut. Nĕgābō. Virg. 2. Aen. Vera, inquit, neq; me Argolica de gente, negabo.
Inf. Nĕgārĕ.

COMPOS.

[*Abnĕgō.*]

Virg.2.Aen. *Abnegat exciſa vitam producere Troia.*

[*Dēnĕgō.*]

[*Pērnĕgō.*]

Tibul.li.1.Ele.6,Sic etiam de me pernegat illa viro.

[*Sŭbnĕgō.*]

[*Frequentat.Nĕgitō.*]

S Y L L O G I.

Negare.

[*Ire inficias:vide Eo.*]

P.Nĕgōtiŏr,aris.vide Otior.

P.Neo,es,et.

Pp.Nēui. *Sili.li.7,* ———————————— *donum*

Quod noſtræ neuere manus.

Plur.Nēuē- *Oui.1.de Pōt.Eleg.9,At tibi naſcenti quod toto pectore lætor*
rūnt,vel Nērūnt. *Nerunt fatales fortia fila Deæ.*

Fut.Nēbō,is,it.Mart.li.6.Ep.3,Ipſa tibi niueo trahet,aurea pollice fila
Et totam Phryxi Iulia nebit ouem.

I.Nērē.

COMPOS.

[*Pērnēō.*]

[*Pērnēuī.*]

Mart.li.1.Epig.56,Quum mihi ſupremos Lacheſis perneuerit (annos
Nō aliter cineres mando iacere meos.

*P.Nĕpōtŏr,aris,*quod ſignificat prodige & luxurioſe uiuo.

N ante I.

*P.Nīdĕō,es,et.*inuſitatum idem quod ſplendeo.

Pp.Nidui.

In.Nīdērē.

COMPOS.

[*Rĕnīdĕō.*]

Horat.

Horat.2.Car.Od.18,Non ebur neq; aureum
Mea renidet in domo lacunar
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltima reciſas
Africa,&c.
Stat.li.10.Theb.Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident.

P.Nidulor,aris.

P.Nīgrĕō,es,et, à quo uenit

P.Nīgrēſcō.Virg.11.Aen. ——————— *nunc vulnus acerbum*
Conficit,& tenebris nigreſcunt omnia circum.
Oui.1.Triſt.Eleg.3,——————— *cœlum nigreſcit ab Auſtris.*

Inf.Nīgrēſcĕrĕ.Virg.4.Aen.Horrendum dictu,latices nigreſcere ſacros.
Claud.lib.3.de Proſ.rapt. Nunc ſibi mutatas liceat nigreſcere veſtes.

P.Nīgrĭcō,as,at.

P.Nīgrō,as,at.Lucret.li.2, Aut ea quæ nigrant,nigro de ſemine nata.

P.Nĭtĕō,es,et.

Pp.Nĭtŭī. Lucan.Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phœbo.

I.Nĭtērĕ. Oui.9.Met.fab.4,Luxuriare ſolet,ſquamaq; nitere recenti.

COMPOS.

[*Ēnĭtĕō.*]

Virg.2.Georg.Aut rudis enituit,impulſo vomere campus.
Idem 4.Aen. ——————— *haud illo ſegnior ibat*
Aeneas,tantum egregio decus enitet ore.

[*Īntērnĭtĕō.*]

[*Prænĭtĕō.*]

[*Rĕnĭtĕō.*]

P.Nĭtēſcō, is,it. *Virg.5.Aen. Cætera populea velatur fronde iuuentus,*
Nudatosq; humeros oleo perfuſa niteſcit.

Inf.Nĭtēſcĕrĕ.

COMPOS.

[*Ēnĭteſcō.*]

P.Nĭtĭdō,as,at.

P.Nĭtŏr,ĕrĭs.Virg.2.Georg.——————— *ad ſydera raptim*

Vi pro-

Vi propria nituntur, opisq; haud indiga noſtra.

Idem 6. Aen. *Ille vides pura iuuenis qui nititur haſta.*

Ouidius. *Nitimur in vetitum ſemper, cupimusq; negata.*

Pp. Niſus ſum.

Inf. Niti. *Hor. in Art. Et docuit magnum loqui, nitiq; cothurno.*

COMPOS.

[*Ādnītŏr vel Ānnītŏr.*]

[*Cōnnītŏr.*]

[*Ēnītŏr.*]

Virg. 2. Georg. *Viribus eniti quarum, & contemnere ventos*
Aſſueſcant.

[*Innītŏr.*]

[*Ōbnītŏr.*]

Virg. 5. Aen. *Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum*
Sufficimus: ſuperat quoniã fortuna ſequamur,

[*Pērnītŏr.*]

[*Rēnītŏr.*]

[*Sūbnītŏr.*]

PHRASES.

Simplicis.

[*Niti naue & lenibus auris: eſt Nauigare.*]

Catull. Car. 62, *Atq; ita naue leui nitens & lenibus auris,*
Magnanimum ad Minoa venit, ſedesq; ſuperbas.

PHRASES.

Compoſ.

[*Eniti partu: eſt Parere.*]

Oui. 1. Met. fab. 17, ——— *natumq; vocat, quem lucida partu*
Pleias enixa eſt, lethoq; det imperat Argum.

P. Nineo, es, et.

Pp. Nixi.

COMPOS.

COMPOS.

[*Conniueo.*]

N ante O.

P. Nŏ,as,at.
Im. Nābăm,as,at. Virg. 4. Georg. Illa quidē Stygia nabat iam frigida cymba.
Pp. Nauī.
Fut. Nābĭs. Hor. 1. Ser. Sat. 4, ——————— *ſimul ac durauerit ætas*
Membra animumq́; tuum, nabis ſine cortice.
In. Nārĕ. Virg. 4. Georg. Hinc vbi iam emiſſum caueis ad ſidera cœli
Nare per æſtatem liquidam, ſuſpexeris agmen
Legitur etiam paſsiuè, ſed in tertia perſona tantum.
Mart. li. 1. Epi. 110, Sacris piſcibus hæ natantur vndæ.

COMPOS.

[*Ad vel Annāuī.*]
Virg. 1. Aen. ——— *hinc pauci veſtris annauimus oris.*
Idem 6. Aen. Paulatim adnabam terræ.

[*Cōnnāuī.*]

[*Ēnāuī.*]
Virg. 6. Aen. Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

[*Innāuī.*]
Virg. 3. Georg. Carpere prata fuga, fluuiosq́; innare rapaces.
Idem 10. Aen. Iuſſerat, innabant pariter, fluctusq́; ſecabant.

[*Rĕnāuī.*]
Oui. ad Liui. Nullaq́; per Stygias vmbra renauit aquas.

[*Trānāuī.*]
Virg. 4. Aen. Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila.
Idem 6. Aen. ——————— *illius ergô*
Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.
Oui 2. de Art. Obſequio tranantur aquæ, nec vincere poſsis
Flumina, ſi contra quàm fluit vnda nates.

ADAGIA.

ADAGIA.

[*Nare ſine cortice: eſt alieno auxilio non indigere.*]

Hor.1.Ser.Sat.4, ———— *ſimul ac durauerit ætas*
Membra, animumq́, tuum nabis ſine cortice.

P.Nōbilĭtō,as,at.

P.Nŏcĕō,es,et.Virg.10.Eclog. Surgamus,ſolet eſſe grauis cantantib.vmbra,
Iuniperis grauis vmbra,nocēt & frugib.vmbra.
Hor.1.Epiſt.2,Sperne voluptates,nocet emta dolore voluptas.

Pp.Nŏcŭī. Virg.2.Georg.Quantum illi nocuere greges, duriq́, venenum
Dentis,& admorſo ſignata in ſtirpe creatrix.

Con.Nŏcĕām,as,at.Vir.7.Ecl. ———— *bacchare frontem*
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Nŏcērēm. Virg.6.Aen. Quàm metui,ne quid Libyæ tibi regna nocerent.

Nŏcŭiſſēm,es,et.Virg.3.Eclog.Et ſi non aliquâ nocuiſſes,mortuus eſſes.

I. Nŏcērē,
&
Nŏcŭiſſē.

Ger.Nŏcēndī,Virg.5.Aen.Ergo inter medias ſeſe haud ignara nocendi
do,dum. Conijcit,& faciemq́, deæ,veſtemq́, reponit.

P.Nōdō,as,at.Virg.4.Aen. ———— *crines nodantur in aurum,*
Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

Pp.Nōdāuī.
Inf.Nodare.

COMPOS.

[*Abnōdō.*]

[*Cōnnōdō*]

[*Ēnōdō.*]

[*Īnnōdō.*]

[*Rĕnōdō.*]

P.Nōlō. Non vis.Non vult. contractum ex *non* & *volo.*

Pp.Nōlŭī.

P.Nōmĭnĭtō,as,at. Frequentat.*à Nomino.*
Lucre.lib.3, Suſcipere hunc motū quem ſenſum nominitamus.

P.Nō-

P.Nōmĭnō,as,at.
Pp.Nominaui.
Inf.Nōmĭnārĕ.

COMPOS.

[*Dēnōmĭno*]

[*Trānſnōmĭnō.*]

P.Nōſcō,is,it. notæ quantitatis.

Pp.Nōuī. *Virg.4.Georg.Et patriam ſolæ & certos nouere penates.*
Idem 6.Aen. Purpureo,ſolemq́ ſuum ſua ſidera norunt.
Hor.1.Epiſt.6,————ſi quid nouiſti rectius iſtis
Candidus imperti,ſi non his vtere mecum.

Nōuĕrām,& Nōrām per ſyncop.
Virg.1.Eclog. Sic canibus catulos ſimiles,& matribus hœdos
Noram,ſic paruis componere magna ſolebam.

Con.Nōuĕrĭm;
vel
Nōrĭm.. Virg.4.Aen. Nec dulces natos,Veneris nec præmia noris.

COMPOS.

[*Āgnōuī.*]

Virg.1.Aen.————vt matrem
Agnouit,tali fugientem eſt voce ſecutus.
Idem 12.Aen.O ſoror,& dudum agnoui, quum prima per artē
Fœdera turbaſti.

[*Cōgnōuī.*]

Virg.9.Aen. Vidimus obſcuris primam ſub vallibus vrbem
Venatu aſſiduo,& totum cognouimus amnem.

[*Dīgnōuī.*]

[*Īgnōuī.*]

[*Īntērnōuī.*]

[*Pērnōuī.*]

[*Prānōuī.*]

[*Rē-*

[*Rĕcōgnōuī.*]

Virg.9.Aen. *Dona recognoſcit populorum, aptatq́; ſuperbis Poſtibus.*

PHRASES.

Compoſ.

[*Cognoſcere Elyſios campos: eſt Mori.*]

Tib.li.3.Ele.5, Elyſios olim liceat cognoſcere campos, Lethæamq́; ratim, Cimmeriosq́; lacus.

[*Cognoſcere Lethæam ratim & Cimmerios lacus: eſt Mori: vt in eadem auctoritate.*]

P.Nōtēſcō,is,it.à Noteo,es,et. quod inuſitatum eſt.

Pp Notŭi.

Fut.Nōteſcām.Prop. *Nec minus hæc noſtri noteſcet fama ſepulchri.*

Inf.Nōtĭſcĕrĕ.

COMPOS.

[*Ēnōtēſcō.*]

[*Innōtēſcō.*]

[*Pērnōtēſcō.*]

P.Nōtō,as,at.Virg.3.Aen. Sidera cuncta notat tacito labentia cælo.

Idem 12.Aen. Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro Summa notant pecudum, paterisq́; altaria libãt.

Pp.Nōtāuī. Virg.3.Eclog.——————————*namq́; notaui Ipſe locum, aëriæ quò congeſſere palumbes.*

Ouid.2.Met.fab. Qua tenuit lauum, veniente prima notauit Mercurium.

Fut.Nōtābō.Virg.3.Georg.—————— *ergo animos, æuumq́; notabis Præcipuè, hinc alias artes, prolemq́; parentum.*

Imp.Nōtā, & Nōtātē. *Virg.5.Aen.* *Ardentesq́; notate oculos, qui ſpiritus illi, Qui vultus, vocisq́; ſonus, vel greſſus eunti.*

Inf.Nōtārĕ.

COMPOS.

COMPOS.

[*Adnŏtò,vel Ānnŏtò.*]

[*Cōnnŏtò.*]

[*Dēnŏtò.*]

[*Dīgnŏtò.*]

[*Prānŏtò.*]

[*Rĕnŏtò.*]

[*Sūbnŏtò.*]

Mart.li.1.Epig.Et non ſobria verba ſubnotaſti.

P.Nŏuēllò,as,at.

COMPOS.

[*Renouello.*]

P.Nŏuò,as,at.Virg.5.Aen.Ipſi tranſtra nouant,flammisq́ ambeſa reponunt
Robora nauigijs.

Idem 8.Aen. Seruati facimus,meritosq́ nouamus honores.

Pp.Nŏuāuī.Virg.5.Aen. Hic primum fortuna fidem mutata nouauit.

I.Nŏuārĕ.

COMPOS.

[*Innŏuò.*]

[*Rĕnŏuò.*]

Virg.2.Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem.

Idem eodem, Stat caſus renouare omnes, omnemq́ reuerti
Per Troiam.

PHRASES.

Compoſ.

[*Renouare iugera: eſt Arare.*]

Tib.li.3.Eleg.3,Aut vt multa mei renouarent iugera tauri.

N ante V.

*P.Nubilo,as,at,& Nubilor,aris.*genere deponenti.
Pp.Nubilaui.
I.Nubilare.

COMPOS.

[*Ādnūbĭlō.*]
Stat.lib.5.Siluar.——— & velis adnubilat aura ſecundis.

[*Ōbnūbĭlō.*]

P.Nubo,is,it.
Pp.Nupſi. quantitatis notæ.
Imp.Nūbĕ. Ouidius, Si qua vis aptè nubere,nube pari.
Prop.li.4.Eleg.4,Nube,ait,& regni ſcande cubile mei.
I.Nūbĕrĕ. Oui.3.Faſt. Nubere ſi qua voles,quamuis properabitis ambo,
Differ,habĕt parua commoda magna mora.
Mart.li.8.Epi.————————— vxori nubere nolo mea.
Ger.Nūbēndĭ,do,dum.Prop.li.4.El.4,Nubendiq́; petit,quē velit ipſa diem.

COMPOS.

[*Cōnnūbō.*]

[*Dēnūbō.*]

[*Ēnūbō.*]

[*Īnnūbō.*]

[*Ōbnūbō.*]

Virg.11.Aen. Induit,arſuraſq́; comas obnubit amictu.
Stat. Obnubitq́; comas,& temperat aſtra galero.

[*Prōnūbō.*]

*P.Nŭclĕo,as,at.*Idem eſt,quod nucleos fieri, ſeu nucleos accipere, ut in nucibus fit, quæ Auguſto menſe nucleant,hoc eſt incipiunt aſſumere nucleos.

Pp.Nŭclĕāui.

COM-

COMPOS.

[*Ēnūclĕō*, eſt nucleum eximo, item declaro & diſcerno.]

P.Nūdō,as,at.Virg.1.Aen.Tergora diripiunt coſtis,& viſcera nudant.
Im.Nūdābām.Oui.1.Met.fab.13,Tunc quoq; viſa decens,nudabant corpora venti.
Pp.Nūdāuī.Virg.1.Aen. Crudeles aras,traiectaq; pectora ferro
Nudauit,cæcumq; domos ſcelus omne retexit.
I.Nūdārĕ.

COMPOS.

[*Cōnnūdō.*]

[*Dēnūdō.*]

[*Ēnūdō.*]

PHRASES.

[*Nudare honore:eſt Dehonorare.*]
Buch.Pſal.92,Ceu palma,iuſtus germinabit interim,
Aut cedrus in Libani iugo,
Quam non procellæ,non calor,non frigora
Honore nudant frondium.
[*Nudare terga fugæ:eſt Fugere.*]
Virg.5.Aen. Et nunc terga fugæ nudant, nūc ſpicula vertunt.
[*Nudare pectora ferro:eſt Necare.*]
Virg.1.Aen. Crudeles aras,traiectaq; pectora ferro
Nudauit.
[*Viſcera nudare:pro Decoriare.*]
Virg.1.Aen. Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.
P.Nūgōr,aris.Hor.1.Epiſt.18,———— interdum nugaris rure paterno.
I.Nūgārī. Hor.2.Ser.Sat.1,Nugari cum illo,& diſcincti ludere donec
Decoqueretur holus.
Idem 2.Epiſt.1,Vt primum poſitis nugari Græcia bellis
Cœpit,& in vitium fortunā labier æqua.
P.Nŭmĕrō,as,at.Vir.3.Eclo.Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hædos.
Hor.2.Epiſt.1,———————— Habet hos numeratq; Poëtas,

Ad noſtrum tempus Liui ſcriptoris ab æuo.
Im.Nŭmĕrābām.Vir.4.Geor.Atq; Chao denſos diuûm numerabat amores.
Pp.Nŭmĕrāuī.
Inf.Nŭmĕrārĕ.

COMPOS.

[*Ad vel Ānnŭmĕrŏ.*]

[*Cōnnŭmĕrŏ.*]

[*Dīnŭmĕrŏ.*]

[*Ēnŭmĕrŏ.*]

Virg.4.Aen. ———— *Ego te quæ plurima fando,*
Enumerare vales, nunquam regina negabo.
[*Pērnŭmĕrŏ*]
Catul.Car.7. Quæ nec pernumerare curioſi
Poſsint, nec mala faſcinare lingua.
[*Rĕnŭmĕrŏ.*]

[*Trānſnŭmĕrŏ.*]

P.Nūnciŏ,as,at.
Pp.Nūnciāuī.
In.Nunciare.

COMPOS.

[*Ad vel Ānnūnciŏ.*]

[*Dēnūnciŏ.*]
Virg.3.Aen. Prodigium canit, & triſtes denunciat iras.
[*Rĕnūnciŏ.*]

SYLLOGI.

Nunciare.

[*Implere aliquem Nuncio.* uide ſub *Pleo.*
vel, Implet aliquem Nuncius.]

P.Nŭo,is,it.
Pp.Nuī.
In.Nŭĕrĕ.

COMPOS.

COMPOS.

[*Ābnŭō.*]

Virg.5.Aen. ——————— *ne maximus omen*
Abnuit Aeneas.
Idem 10.Aen. Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.

[*Ad vel Annŭō.*]

Virg.1.Georg. Da facilem curſum atq; audacib. annue cœptis.
Idem 10.Aen. Annuit & totum nutu tremefecit Olympum.
Hor.1.Epiſt.10, Annuimus pariter vetuli notiq; columbi.

[*Innŭō.*]

[*Rĕnŭō.*]

Hor.2.Epiſt 2, Quid dem? quid non dem? renuis tu, quod iubet (alter,
Quod petis id ſanè eſt inuiſum acidūq; duobus.

P.Nūtō,as,at. Frequentat.
Virg 2.Aen. Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat.
Idem 9.Aen. Attollunt capita & ſublimi vertice nutant.
Inf.Nūtārĕ.

COMPOS.

[*Ābnūtō.*]

P.Nutrico,as,at.vel P.Nutricor. Deponens.
P.Nutrio, is,it. *Prop.li.4.Ele.4. Te toga picta decet, nō quē ſine matris honore*
Nutrit inhumana dura papilla lupa.
Hor.1.Epiſt.10, Nempe inter varias nutritur ſilua columnas.
Im.Nūtrīē-bām, & *Virg.7.Aen. Tyrrhidæ pueri, quem matris ab vbere raptum*
Nutribant, Tyrrhusq; pater.
per Syncop. *Nūtrībām.* *Idem 11.Aen. Armentalis equæ mammis & lacte ferino*
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.
Pp.Nūtrīui,vel
Nūtrĭī.
Nūtrīuĕrām,vel
Nūtrĭĕrām.
Imp.Nūtrī, *Virg.2.Georg. Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam.*
Nūtritŏr.

Virg.12.Aen. ———————— *quos Imbraſus ipſe*
Nutrierat Lycia paribusq́ ornauerat armis.

Inf.Nūtrīrĕ.

COMPOS.

[*Adnūtrĭō.*]

[*Enūtrĭō.*]

[*Innūtrĭō.*]

CLASSIS QVARTAE
ORDO XIII.

De quantitatibus Verborum incipientium ab

O

O ante B.

P.Obedio,is,it.
Pp.Obediui.
Inf.Obedire.
P.Ōblīquō,as,at.Virg 5.Aen.Obliquatq́ ſinus in ventum,ac talia fatur.
Ōblīuīſcŏr,ĕrĭs.
Pp.Ōblītŭs ſum.
Imp.Oblīuīſcĕrĕ.Vir.2.Aen. Quisquis es,amiſſos hinc iā obliuiſcere Graios.
In.Ōblīuīſcī.

STL-

SYLLOGI.

Obliuiſci.

[Credere ventis: vide ſub Credo.
Effluere animo: vide Fluo.
Excidere aliquid animo: vide Cado.]

O ante C.

Ōccŭlō, is, it. Pp. Ōccŭlŭī: vide ſub Colo.
Virg. 1. Aen. *Arboribus clauſam circũ, atq; horrẽtibus vmbris*
Occulit, ipſe vno graditur comitatus Achate.
Ōccŭpō, as, at. Pp. Occupaui: vide ſub Cupiō.
Virg. 7. Aen. ———— *hinc progeniem virtute futuram*
Egregiam & totum quæ viribus occupet Orbẽ.

PHRASES.

[Soporem occupare lumina: eſt Dormire.]
Tibul. li. 1. Eleg. 2, Occupet & feſſi lumina victa ſopor.
P. Oculo, as, at.

COMPOS.

[Ēxŏcŭlō.]

[Īnŏcŭlō.]

O ante D.

Ōdi. Non ſolum præſentis ſed quoq; præteriti temporis ſignificationem habet, & uerè defectiuum uerbum eſt, nam neq; præſens, neq; futurum, neq; participium ab eo legitur.

Virg. 3. Aen. *Inconſulti abeunt, ſedemq; odere Sibyllæ.*
Con. Ōdiſſēm, Catull. Car. 14, Ni te plus oculis meis amarem,
es, et. *Iucundiſſime Calue, munere iſto*
Odiſſem te odio Vatiniano.
Con. Ōdĕrīm. *Virg. 10. Aen. Inpactum Pallanta & quum ſpolia iſta, diemq;*
Oderit, at ſocij multo gemitu lacrimiſq;.

CLASSIS QVARTAE
ORDO XVI.

De quantitatibus Verborum incipientium ab

R

R ante A

P. Rădĭcō,as,at.
Pp. Rădĭcāuī.
Inf. Rădĭcārĕ.

COMPOS.

[*Erădĭcō.*]

P. Rădĭō,as,at. Mart. li.3. Epig. Vera minus flauo radiant electra metallo.
Rădĭŏr,āris. Oui. 4. de Pōt. El. 4, Scuta ſed & galea gĕmis radientur et auro.
Im. Rădĭābām. Oui. 2. Met. fab. Argenteo bifores radiabant lumine valuæ.
Pp. Rădĭāuī.
Inf. Rădĭārĕ.

COMPOS

[*Dīrădĭō.*]

[*Īrrădĭō.*]

[*Prāră dĭō.*]

Oui.Epiſt.6, *Præradiant ſtellis ſigna minora ſuis.*

P.Rādō,is,it.Virg.3.Aen. *Hinc altas cautes,proiectaq; ſaxa Pachyni*
Radimus,& fatis nunquam conceſſa moueri.

Idem 7.Aen. *Proxima Circeæ raduntur littora terræ.*

Pp.Rāsī.

Inf.Rādĕrĕ.Perſius, *Ore teris modico,pallentes radere mores*
Doctus,& ingenuo culpam defigere ludo.

COMPOS.

[*Ābrādō.*]

[*Ādrādō.*]

[*Cĭrcŭmrādō.*]

[*Cōrrādō.*]

[*Dērādō.*]

[*Ērādō.*]

[*Īntĕrrādō.*]

[*Ōbrādō.*]

[*Prærādō.*]

[*Prætĕrrādō.*]

[*Sŭpĕrrādō.*]

PHRASES.

Simplicis.

[*Radere iter:eſt Proficiſci.*]

Virg.5.Aen. ——————————mox aëre lapſa quieto
Radit

Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas.
Idem ibidem, *Ille inter nauemq́; Gyæ, ſcopuloſq́; ſonantes*
Radit iter læuum interior.
P.Răpĭŏ, is, it. Virg.1.Georg. *Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.*
Idem 4.Aen. *Idem omnes ſimul ardor habet, rapiũtq́; ruũtq́;.*
Pp.Răpŭī. *Virg.1.Aen.* *Nutrimenta dedit, rapuitq́; in fomite flammam.*
Idem 11.Aen. *Funereas rapuere faces, lucet via longo*
Ordine flammarum.
Imp.Răpĕ. *Virg.2.Aen.* *Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum.*
Răpĭtĕ.
Inf.Răpĕrĕ. Virg.10.Aen. *Cernat ſemineci ſibi me rapere arma cruenta.*
Răpŭīſſĕ. *Idem 12.Aen.* *Dum trepidat, ferrum aurigæ rapuiſſe Metiſci.*

COMPOS.

[*Abrĭpĭŏ.*]

[*Ārrĭpĭŏ.*]
Virg.11.Aen. *Arripuitq́; locum, & ſiluis inſedit iniquis.*
[*Cōrrĭpĭŏ.*]
Virg.8.Eclog. *Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis.*
Idem 3.Aen. *Corripio è ſtratis corpus, tendoq́; ſupinas*
Ad cælum cum voce manus.
[*Dērĭpĭŏ.*]
Virg.2.Georg. *Colaq́; prelorum fumoſis deripe tectis.*
[*Dīrĭpĭŏ.*]
Virg.3.Aen. ——————— *tum littore funem*
Diripere, excuſſoſq́; iubet laxare rudentes.
Idem 9.Aen. *Diripuere focos, piceum fert fumida lumen.*
[*Erĭpĭŏ.*]
Virg.12.Aen. *Accelera & fratrem ſi quis modus eripe morti.*
Idem eodem, *Eripere, auxilioq́; viam, quæ proxima, poſcit.*
Idem eodem, *Dextera nec tua te Graiûm fortiſſime Cretheũ*
Eripuit Turno.
[*Irrĭpĭŏ.*]

[*Prærĭpĭŏ.*]
Virg.10.Aen. *Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit*

Littora præripere, & venientes pellere terra.

[*Prōrĭpĭō.*]

Virg.3.Eclog. ———————— *quo nunc ſe proripit ille?*
Idem.6.Aen. *Tandem proripuit ſeſe atq; inimica refugit*
In nemus vmbriferum.

[*Sub ſeu Sūrrĭpĭō.*]

PHRASES.

Compoſ.

[*Corripere è ſomno corpus: eſt Expergiſci.*]
Virg. 4.Aen. *Tum verò Aeneas ſubitis exterritus vmbris*
Corripit è ſomno corpus, ſociosq; fatigat.

[*Corripere è ſtratis corpus: eſt Surgere.*]
Virg.3.Aen. *Corripio è ſtratis corpus, tendoq; ſupinas*
Ad cœlum cum voce manus.

P.Rārēſcō,is,it.Stat.1.Sil. *Nubila rareſcunt pluuijs.*
Fut.Rārēſcām,es,et. *Aſt vbi digreſſum Sicula te admouerit ora*
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori.

Inf.Rārēſcĕrĕ.
P.Rārō,as,at. inuſitatum.

COMPOS.

[*Dīſrārō.*]

[*Īntērrārō.*]

P.Raſito,as,at. Freq. à *Rado.*
P.Rătiōcĭnŏr,aris. deponens.

R ante E.

Reciprocro. vide Proco, in ordine *P.*
P.Rĕgō,is,it.Virg.1.Gorg. *Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.*
Im.Rĕgēbām.Virg.6.Aen. *Cui datus hærebam cuſtos, curſusq; regebam.*
Pp.Rexi.

Pp.Rexi. notæ quantitatis.
Fut.Rĕgām,es,et.Virg.4.Eclog..Pacatumq́; reget patrijs virtutibus orbem.
Imp.Rĕgĕ. Vir.9.Aen.Hunc ſine me turbare globum,& rege tela per auras.
Con.Rĕgĕrēm.Vir.4.Aen.Sed fore,qui grauidam imperijs, belloq́; trementē
Italiam regeret,genus alto à ſanguine Teucri.
Inf.Rĕgĕrĕ.Virg.6.Aen. Tu regere imperio populos Romane memento.

COMPOS.

[Ărrĭgō.]

[Cōrrĭgō.]

[Dīrĭgō.]

[Ērĭgō.]

Virg.6.Eclog. Tum Phaëthontiadas muſco circundat amara
Corticis,atq́; ſolo proceras egerit alnos.

[Īnsūrgō.]

[Pĕrgō.]

[Pōrrĭgō.]

Virg.6.Aen. ———per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur,roſtroq́; immanis vultur obunco.

[Sūbrĭgō,vel Sūrrĭgō.]

Virg.4.Aen. Tot linguæ,totidem ora ſonăt,tot ſubrigit aures.

[Sūrgō.]

PHRASES.

Simplicis.

[Spiritum regere artus:eſt viuere.]

Virg.4.Aen. Dũ memor ipſe mei,dum ſpiritus hos reget artus,
Pro re pauca loquar.

PHRASES.

Compoſit.

[Inſurgere remis:eſt Remigare.]

Virg.5.Aen. Hortatur Mneſtheus:Nunc nunc inſurgite remis
Hectorei ſocij.

P.Re-

P.Regno,as,at.Pp.Regnaui. notæ quantit.

SYLLOGI.

Regnare.

[*Tenere ſceptra:vide Teneo.*]

A' nomine *Reliquum* deriuatur uerbum *Reliquor, aris,* cuius quantitatem, more deriuatorum ſeruat. Eſt autem uerbum Mercatorum, ſignificans, parte æris alieni ſoluta, partem ſuſpendo.

[*Rĕlĭquŏr,aris.*]

P.Rēmĭgō,as,at. Videtur compoſitum uerbum, quaſi dicas *Remum ago,* quorum aliquot ſub uerbo *Ago* commemoraui, quæ quia in aliam transferuntur cōiugationem, ſeorſim quoq; tractaui.

Prop.li.4.Eleg.7, Turbaq; diuerſa remigat omnis aqua.

Pp.Rēmĭgāuī.

Con.Rēmĭgēm,es,et. *Prop.li.4.Eleg.6, Nec te, quòd claſsis centenis remiget alis,*
Terreat, inuito labitur illa mari.

Inf.Rēmĭgārĕ.

COMPOS.

[*Ērēmĭgō.*]

[*Sūbrēmĭgō.*

Virg.10.Aen. ——— *dextra puppim tenet, ipſaq; dorſo*
Eminet, ac læua tacitis ſubremigat vndis.
]

SYLLOGI.

Remigare.

[*Conſidere tranſtris:vide Sido.*
Ducere remos:vide Duco.
Impellere remos:vide Pello.
Inſurgere remis:vide ſub Rego.
Torquere ſpumas:vide Torqueo.]

Verre-

[*Verrere æquora,&*
Verrere æquora remis. vide Verro.]

P.Rĕŏr.	*Virg.4.Aen.*	*Dijs equidem auſpicibus reor & Iunone ſecunda.*
Rērĭs,	*Idem 6.Aen.*	*Quod minimè reris Graia pandetur ab vrbe.*
vel	*Idem 7.Aen.*	*Non,vt rere,meas effugit nuncius aures.*
Rērĕ.	*Hor.1.Ser.Sat.9,*	——— *non iſto viuimus illic* *Quo tu rere modo.*
Im.Rēbăr.	*Virg.6.Aen.*	*Sic equidem ducebam animo,rebarq́ futurum.*
Pp.Rătŭs ſum.	*Virg.11.Aen.*	*At iuuenis viciſſe dolo ratus,auolat ipſe,* *Haud mora,conuerſisq́ fugax aufertur habenis.*
Fut.Rēbŏr.		
Con.Rĕăr.	*Virg.9.Aen.*	*Quæ vobis,quæ digna,viri,pro talibus auſis* *Præmia poſſe rear ſolui?*

Inf.Rērī.
P.Rēpo,is,it.
Pp.Repſi. notæ quantitatis.
Inf.Rēpĕrĕ.

COMPOS.

[*Ādrēpŏ.*]

[*Cŏrrēpŏ.*]

[*Dērēpŏ.*]

[*Ērēpŏ.*]

[*Irrēpŏ.*]

Stat.5.Sil. ——— *funeſtamq́ irrepere taxum*
Extimui,trepidamq́,nefas,areſcere laurum.

[*Ŏbrēpŏ,*]

Hor.in Art. *Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.*
Iuuen.Sat.9, ——— *obrepit non intellecta ſenectus.*

[*Pērrēpŏ.*]

Tib.li.1.Eleg.2,Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex.

[*Prōrēpŏ.*]

Hor.1.Ser.Sat.1, *Quæ ſimul inuerſum contriſtat Aquarius an-*(*num*
Non vſquam prorepit & illis vtitur antè
Quæ ſitis patiens.

[*Sūb-*

[*Sūbrēpō.*]

PHRASES.

Compōſ.

[*Obrepere ſenectutem: eſt Seneſcere.*]

Iuuen Sat. 9, ———— *obrepit non intellecta ſenectus.*

[*Subrepere ætatem: eſt Seneſcere.*]

Tib. lib 1. Eleg. 1, Iam ſubrepet iners ætas, nec amare decebit,
Dicere nec cano blanditias capite.

P. Rētĭō, is, it.
Pp. Rētĭuī.
Inf. Retire,

COMPOS.

[*Īrrētĭō.*]

[*Ōbrētĭō.*]

Lucret. lib. 3, ———— *neq; aranei tenuia fila*
Obuia ſentimus, quando obretimur euntes.

R ante H.

P. Rhētŏrĭcŏr, aris.
P. Rhētŏrĭſſō, as, at.

R ante I.

P. Rīdĕō, es, et. Virg 7. Eclo. Omnia nunc rident: At ſi formoſus Alexis
Montibus his abeat, videas & flumina ſicca.
Idem 5. Aen. Et ſalſos rident reuomentem pectore fluctus.
Im. Rīdēbām. Lucret. lib. 5, Præſertim quum tempeſtas ridebat, & anni
Tempora pingebant viridantes floribus herbas.
Pp. Rīsī. Virg. 3. Eclog. Et quo, ſed faciles, Nymphæ riſere, ſacello.
Idem 5. Aen. ———— *riſit pater optimus olli.*
Inf. Rīdērĕ. Hor. 1. Epiſt. 7, Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum.
Prop. li. 4. Eleg. 9, Sed procul incluſas audit ridere puellas.

COMPOS.

[*Ārrīdĕō.*]

Hor.

Hor. in Art. poët. Vt ridentibus arrident, ita flentibus adſunt Humani vultus.

[*Cōrrīdĕō.*]

Lucret. lib. 4. Omnia corrident concepta luce dieí.

[*Dērīdĕō.*]

[*Irrīdĕō.*]

[*Sūbrīdĕō.*]

Oui. 3. Am. Eleg 1, ——————— *limis ſubriſit ocellis.*

SYLLOGI.

Ridere.

Laxare labella riſu. vide ſub Laxare. quanquam hoc propriè ſignificet alium ad riſum prouocare.

P. Rĭgĕō, es, et. Virg. 4. Aen. Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Im. Rĭgēbām, Virg. 5. Aen. ——————— *tantorum ingentia ſeptem*
as, at. *Terga boum, plumbo inſuto ferroq; rigebant.*

Pp. Rĭgŭī. *Mart. lib. 1. Epig. Quæ dum miratur pingui ſe rore teneri, Concreto riguit vincta repente gelu.*

I. Rĭgērĕ.

COMPOS.

[*Dīrĭgĕō.*]

Virg. 3. Aen. At ſocijs gelida ſubitus formidine ſanguis Diriguit.

Idem 8. Aen. Diriguit viſu in medio, calor oſſa reliquit.

[*Ōbrĭgĕō.*]

P. Rĭgēſcŏ, is, it. Virg. 3. Geor. Æraq; diſſiliunt vulgo, veſteſq; rigeſcunt.

Inf. Rĭgēſcĕrĕ.

COMPOS.

[*Dīrĭgēſcŏ.*]

[*Ōbrĭgēſcŏ.*]

P. Rĭgŏ, as, at. Virg. 7. Aen. ——————— *latè iam tum ditione premebat Sarra.*

Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Idem 11. Aen. *Congeminat vulnus, calido rigat ora cerebro.*

Ouid. 5. Faſt. *Eſt mihi fœcundis dotalibus hortus in agris,*
Aura fouet, liquidæ fonte rigatur aqua.

Im. Rigābām. Virg. 6. Aen. *Sic memorans largo fletu ſimul ora rigabat.*

Pp. Rigāuī.

Inf. Rigārē.

COMPOS.

[*Irrigo.*]

Virg. 10. Aen. ——————— *vbi pinguia culta*
Exercentq́; viri, Pactolusq́; irrigat auro.

PHRASES.

Simplicis.

[*Rigare ora lacrimis: eſt Flere, Plorare, Lacrimari.*]

Virg. 9. Aen. ——— *& vultum lacrimis atq; ora rigabat.*

PHRASES.

Compoſ.

[*Soporem irrigare feſſos artus: eſt Dormire.*]

Virg. 3. Aen. *Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus.*

P. Rimŏr, aris. Virg. 1. Geor. *Dulcibus in ſtagnis rimantur prata cayſtri.*

Idem 6. Aen. ——————— *roſtroq́; immanis vultur obunco,*
Immortale iecur tundens, fœcundaq́; pœnis
Viſcera, rimaturq́; epulis, habitatq́; ſub alto
Pectore.

Idem 11. Aen. *Defringit ferrum, & partes rimatur apertas.*

Pp. Rīmātus ſum.

Fut. Rīmābŏr. Sili. lib. 8, *Quæ natura loci, quod ſit rimabere ſolers*
Armorum genus.

Inf. Rīmārī.

P. Rito, as, at. Antiquiſsimum uerbum, de quo nulla primitiua in uſu manſerunt, præterquam nomen *Ritus*: at compo-

ſita

ſita uerba aliquot extantur,

[*Īrrītō.*]

Virg.10.Aen. Irritatq; virum telis,& voce laceſsit.

Oui.1.Met.fab.13,Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Irritare tua,nec laudes aſſere noſtras.

[*Prōrītō.*]

Col.lib.10, Vt Peluſiaci proritet pocula Zythi.

A nomine *Riuus*, uerba aliquot compoſita deriuantur,

[*Cōrrīuō.*]

[*Dērīuō.*]

[*Ērīuō.*]

R ante O.

P.Rōbŏrō,as,at.
Pp.Rōbŏrāuī.
Inf.Rōbŏrārĕ.

COMPOS.

[*Cōrrōbŏrō.*]

[*Īrrōbŏrō.*]

P.Rōdō,is,it.Hor.1.Ser.Sat.4, ——— *abſentem qui rodit amicum,*
Qui non defendit alio culpante,ſolutos
Qui captat riſus hominum,famamq; dicacis,
Fingere qui non viſa poteſt,commiſſa tacere
Qui nequit, hic niger eſt,hunc tu Romane caueto.

Pp.Rōsī.
Inf.Rōdĕrĕ.Mart.lib.13.Epig. ——— *quid dentem dente iuuabit*
Rodere? carne opus eſt ſi ſatur eſſe velis.

COMPOS.

[*Ābrōdō.*]

[*Ad vel Ārrōdō.*]

[*Circūmrōdō.*]

[*Cōrrōdō.*]

[*Dērōdō.*]

[*Ērōdō.*]

Colu.lib.10, *Nec ſolum teneras audens erodere frondes.*

[*Ōbrōdō.*]

[*Pērrōdō.*]

[*Prārōdō.*]

ADAGIA.

[*Dentem dente rodere. Eſt mutuis conuitijs ſe inuicem diſcerpere.*]

Mart.li.13.Epig.——————*quid dentem dente iuuabit*
Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.

[*Dente Theonino circumrodi. Eſt falſis mendacijs, conuitijs & maledictis onerari.*]

Hor.1.Epiſt.18, *Tuteriſq; tuo fidentem præſidio, qui*
Dente Theonino quum circumroditur.

[*Caninam pellem rodere.*]

Mart.li.5.Epi.61, *Non deerunt tamen hac in vrbe forſan*
Vnus vel duo, trésue, quatuórue,
Pellem rodere qui velint caninam.

P. Rōgĭtō, as, at. Vir.10.Aen. *Multa ſuper Lauſo rogitat, multosq; remittit,*
Qui reuocent, mæſtiq; ferant mandata parētū.

Pp. Rōgĭtāuī.
Inf. Rōgĭtarē.

COMPOS.

[*Dērōgĭtō.*]

[*Ērōgĭtō.*]

P. Rōgō, as, at. Virg.10.Eclo. *Omnes, vnde amor iſte, rogant tibi venit Apollo.*

Idem 7.Aen. *Dijs ſedem exiguam patrijs, littusq; rogamus*
Innocuum, & cunctis vndamq; auramq; patentē.

Pp. Rōgāuī. Virg.8.Aen. *Non vllum auxilium miſeris, non arma rogaui*
Artis, opisq; tuæ.

Con.Rŏgārēm,Vir.5.Eclo. At tu ſume pedum,quod me quum ſæpe rogaret
es,et. Non tulit Antigenes.
Inf.Rŏgārē.

COMPOS.

[*Ābrŏgō.*]

[*Ad vel Ārrŏgō.*]

[*Circūmrŏgō.*]

[*Cōrrŏgō.*]

[*Dērŏgō.*]

[*Ērŏgō.*]

[*Intērrŏgō.*]

[*Īrrŏgō.*]

[*Ōbrŏgō.*]

[*Pērrŏgō.*]

[*Prǣrŏgō.*]

[*Prōrŏgō.*]

Claud.7.Pane.Prorogat æternam feritas tibi Punica famam.

[*Sūbrŏgō.*]

[*Sŭpērrŏgō.*]

P.Rōrēſcō,is,it.
P.Rōrāt, Verbum eſt exemtæ actionis, ut Grammatici loquuntur, quum eorum actio in noſtra poteſtate non ſit.

Ouid.3.Met.fab. Vndiq; dant ſaltus,multaq; aſpergine rorant,
Emerguntq; iterum.
Dn.Rōrābāt.Virg 8.Aen. Raptabatq; viri mendacis viſcera Tullus
Per ſiluam,& ſparſi rorabant ſanguine vepres.
Ouid.Ep.21, paſsiuè poſuit.

Scribimus, & lachrymis oculi rorantur obortis.

Pp. Rōrāuit.
Inf. Rōrārĕ.

COMPOS.

[*Irrōrăt.*]

Virg. 1. Georg. Aut quum Sole nouo terras irrorat Eous.
Idem 3. Georg. Iam cadit, extremoq; irrorat Aquarius anno.
Oui. 1. Met. fab. 11, Inde vbi libatos irrorauere liquores Veſtibus.
Idem 7. Met. fab. Ter ſe conuertit, ter ſumtis flumine crinem Irrorauerit aquis.

P. Rŏtŏ, as, at. Virg. 9. Aen. Perturbant, inſtant non ſegnius, ac rotat enſem Fulmineum.
Idem 10. Aen. Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.
Mart. lib. 1. Epig. Praeceps ſanguinea dum ſe rotat vrſus arena, Implicitam viſco perdidit ille fugam.

Pp Rŏtāuī.
I. Rŏtārĕ.
P. Rŏtūndŏ, as, at. Hor. 1. Ep. 6, Mille talenta rotūdentur, totidem altera porrò, Tertia ſuccedant, & quae pars quadret aceruum.

R ante V.

P. Rubeo, es, et. Vir. 2. Geor. Sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis.
Ouid. 2. Faſt. Diffugiunt hoſtes, inhoneſtaq; vulnera tergo Accipiunt; Thuſco ſanguine terra rubet.

Pp. Rŭbŭī.
Fut. Rŭbēbŏ. Virg. 12. Aen. Puniceis inuecta rotis aurora rubebit.
Con. Rŭbĕām, as, at. Vir. 4. Geor. Antè nouis rubeant quàm prata coloribus, antè Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Hor. 2. Epiſt. 1, Ne rubeam pingui donatus munere, & vnà Cum ſcriptore meo capſa porrectus aperta.
I. Rŭbērĕ. Hor. 2. Ser. Sat. vl. Poſt hoc me docuit, melimella rubere, minorē, Ad lunam delecta.

COMPOS.

[*Ērŭbĕŏ.*]

Virg.Eclog.6, Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra,nec erubuit,ſiluas habitare Thalia.

[*Īrrŭbĕō.*]

Stat.9.Theb. ——— *Irrubuit cœli plaga ſidere miſto.*

[*Sūbrŭbĕō.*]

Oui.2.Am. *Quale coloratum Tithoni coniuge cœlum*
Subrubet,aut ſponſo viſa puella nouo.

P.Rŭbēſcō,is,it.Virg.8.Aen.Stupea flamma manu,telisq́; volatile ferrum
Spargitur,arua noua Neptunia cæde rubeſcunt.

Im.Rŭbēſcēbām.Virg.3.Aen.Iamq́; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis.

I.Rŭbēſcĕrĕ.Virg.2.Georg. ——— *mutatamq́; inſita mala*
Ferre pyrum,& prunis lapidoſa rubeſcere corna.

Oui.2.Met.fab.1,Tu pater vt terras mundūq́; rubeſcere vidit.

COMPOS.

[*Ērŭbēſcō.*]

Virg.2.Aen. ——— *ſed iura fidemq́;*
Supplicis erubuit,corpusq́; exangue ſepulcro,
Reddidit Hectoreum.

Oui.2.Am.El.8,Senſi te totis erubuiſſe genis.

Mart.li.11.Epig.Qui vino madeat,nec erubeſcat.

P.Rūbīgĭnŏr,aris.

P.Rudero,as,at.

COMPOS.

[*Ērŭdĕrō.*]

P.Rŭdĭō,is,it. uetuſtiſsimum & inuſitatum,à *Rude*, id eſt ferula formatum.

COMPOS.

[*Ērŭdĭō.Pp.Ērŭdĭuī vel Ērŭdĭī.I.Ērŭdīrĕ.*]

Virg.9.Aen. *Non ita me genitor bellis aſſuetus Opheltes,*
Argolicum terrorem inter,Troiæq́; labores
Sublatum erudijt.

Oui.de Rem. *Vt flerent oculos erudiere ſuos.*

P.Rŭdō,is,it.Oui.3.de Art.Vt rudit à ſcabra turpis aſella mola.

Inf.Rūdĕrĕ,vel Rūdĕrĕ.

Perſius produxit primam huius uerbi.

Perſ.Sat.3, Fndor vt Arcadiæ pecuaria rudere dicas.

P.Rufeo,es,et.Vnde Rufeſco.

P.Rufo,as,at.

P.Rugio,is,it.

COMPOS.

[*Circumrugio.*]

[*Ĭrrugio.*]

P.Rūgō,as,at.

COMPOS.

[*Cŏrrūgō.*]

Hor.1.Epi.5, ———— *ne turpe toral,ne ſordida mappa*
Corruget nares.

[*Ērūgō.*]

[*Ĭrrūgō.*]

P.Rūmĭnō,as,at.& Ruminor,aui. Deponens.

Virg.6.Eclog. Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas.

P.Rūmō,as,at. idem eſt quod *Lacto:* ſed noſtris temporibus inuſitatum uerbum.

COMPOS.

[*Ādrūmō.*]

[*Ĭrrūmō.*]

Mart.li.1.Epig.130, Quid me, Thai,ſenem ſubinde dicis?
Nemo eſt,Thai,ſenex ad irrumandum.

Catull.Car.26,O Memmi,bene me ac diu ſupinum
Tota iſta trabe lentus irrumaſti.

P.Rumpo,is,it. notæ quantitatis.

Pp.Rūpī. Virg.1.Georg. Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.
Idem 4.Georg. Amiſſo,rupere fidem,conſtructaq; mella
Dirupere ipſæ.
Idem 10.Aen. Rupimus inuita tua vincula,teq; per æquor
Quærimus. *Oui.*

Oui. Epiſt. 23, *Rupi, quàm ruptam ſum mihi queſta fidem.*

Rūpĕrām Virg. 11. Aen. *Spumabat ripis, tantus ſe nubibus imber*
Ruperat, ille innare parans infantis amore.

Mart. li. 10, *Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim,*
Sic puto Torquatus rumpet Otacilium.

Con. Rūpĕrō. Horatius, ———————— *quum magis atq;*
Se magis inflaret: non ſi te ruperis, inquit,
Par eris.

C O M P O S.

[*Ābrūpī.*]

[*Cōrrūpī.*]

[*Dērūpī.*]

[*Dīrūpī.*]

[*Ērūpī.*]

[*Īntrōrūpī.*]

[*Īrrūpī.*]

Virg. 11. Aen. *Qui curſu portas primi irrupere patentes.*

[*Pĕrrūpī.*]

[*Prăcōrrūpī.*]

[*Prærūpī.*]

[*Prōrūpī.*]

[*Sūbrūpī.*]

P H R A S E S.

Simplicis.

[*Rumpere moras: eſt Properare.*]

Virg. 4. Aen. *Eia age rūpe moras, varium & mutabile ſemper Fœmina.*

[*Rumpere queſtus pectore: pro Queri.*]

Virg. 4. Aen. *Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.*

[*Rumpere ſilentium: eſt Loqui.*]

Oui 1. Met. fab. 8, Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit.

PHRASES.

Compoſ.

[*Abrumpere lucem: eſt Necare.*]

Virg. 4. Aen. Inuiſam quarēs quàmprimùm abrumpere lucē.

P. Rŭō, is, it. Virg. 1. Georg. Quæ vigilāda viris, vel quū ruit imbriferū ver.

Idem 2. Aen. —————— ruit alto à culmine Troia.

Idem 6. Aen. Nox ruit Aenea, nos flendo ducimus horas.

Oui. 4. de Pōt. El. 3, Et ſubito caſu quæ valuere ruunt.

Im. Rŭēbām. Virg. 10. Aen. —————— interea reuoluta ruebat
Matura iam luce dies, noctemq́; fugarat.

Pp. Rŭī.

Fut. Rŭām, es, et. Virg. 12. Aen. —————— dabit ille ruinas
Arboribus, ſtragemq́; ſatis, ruet omnia latè.

I. Rŭĕrĕ. Virg. 1 Georg. —————— ſic omnia fatis
In peius ruere, ac retrò ſublapſa referri.

Idem 8. Aen. Cum ſonitu venis, & ruere omnia viſa repentè.

COMPOS.

[*Ădōbrŭō.*]

[*Ădrŭō.*]

[*Cōrrŭō.*]

Virg. 10. Aen. Corruit in vulnus, ſonitum ſuper arma dedere.

[*Dērŭō.*]

[*Dīrŭō.*]

[*Ērŭō.*]

Virg. 2. Aen. Troianas vt opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai.

Hor. 2. Epiſt. 2, Obſcurata diu populo, bonus eruet, atq;
Proferet in lucem ſpecioſa vocabula rerum.

[*Irrŭō.*]

Virg. 2. Aen. Irruimus, denſis & circumfundimur armis.

Idem eodem, Inde domum ſi fortè pedem ſi fortè tuliſſet,

Me re-

Me refero, irruerant Danai, & tectum omne tenebāt.
[*Ŏbrŭō.*]
Virg. 11. Aen. ——— *Troum ſocia arma ſecutum*
Obruerent Rutuli, telis animam ipſe dediſſem.
Oui. de Rem. Obrue verſata Cerealia ſemina terra.
[*Prōruō.*]
Vale. Flac. 7. Arg ——— *ille fatiſcens*
In caput inq; humeros, ipſa vi molis & ira
Proruit.
[*Sūbrŭō.*]
[*Sŭpērcōrrŭō.*]
[*Sŭpērōbrŭō.*]
Prop. li. 4. El. 4, Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis,
Hæc, virgo officijs dos erat apta tuis.
P. Ruro, as, at. & Ruror, aris, deponens.
P. Rŭtĭlēſco, is, it.
P. Rŭtĭlō, as, at.
I. Rŭtĭlārĕ. Virg. 8. Aen. Arma inter nubem cœli in regione ſerena
Per ſudum rutilare vident.

COMPOS.

[*Sŭpērrŭtĭlō.*]
Pru. in Periſt. Tecta coruſca ſuperrutilant,
De laquearibus aureolis,
Saxaq; cæſa ſolum variant,
Floribus vt roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.

CLASSIS QVARTAE,

ORDO XVII.

De quantitatibus Verborum incipientium ab.

S ante A.

P. Săcrŏ, as, at:
vel
Săcrŏ, as, at.
Im. Săcrābām, Virg. 8. Aen. At Cæſar triplici inuectus Romana triumpho
vel Mœnia, Dijs Italis votum immortale ſacrabat.
Săcrābām.
Pp. Săcrāuī, Virg. 5. Aen. Condidimus terra, mœſtiq; ſacrauimus aras.
vel Idem 10. Aen. Iniecere manum Parcæ, teliſq; ſacrarunt
Săcrāuī. Euandri.
Săcrāuĕrām, & Săcrārām. Vir. 2. Aen. Sanguine fœdantem, quos ipſe ſacrauerat ignes.
vel
Săcrāuĕrām, & Săcrārām.
Fut. Săcrābŏ. Virg. 6. Aen. Dicta mea genti ponam, lectoſq; ſacrabo
vel Alma viros.
Săcrābŏ. Oui. 1. Faſt. Vtq; ego perpetuis olim ſacrabor in aris
Sic Auguſta nouum Liuia numen erit.
In. Săcrārĕ,
vel
Săcrārĕ.
Săcrāſſĕ.

vel

vel
Săcrāſſĕ. *Virg.7.Aen.* *Ipſe ferebatur Phœbo ſacraſſe Latinus.*

COMPOS
[*Cōnsĕcrŏ,vel Cōnsecrŏ.*]

[*Dēsăcrŏ,& Dēsĕcrŏ,vel Dēsăcrŏ.*]
Stat.9.Theb. *Quercus erat Triuiæ,quam deſacrauerat ipſa.*

[*Ōbsĕcrŏ,vel Ŏbsĕcrŏ.*]

[*Rēsĕcrŏ,vel Rĕsĕcrŏ.*]

Quædam horum compoſitorum ſunt Communia:ut,
[*Ēxĕcrŏr,vel Ĕxĕcrŏr.*]
Virg.3.Aen. *Et terram altricem ſæui execramur Vlyſſis.*
Idem 11.Aen. *Dirum execrantur bellum,Turniq́ Hymenæos.*

P.Săgĭŏ,is,it.Pp. Săgīī.Inf. Sagire. Verbum antiquum & inuſitatum. *Infin. Sagire* apud Ciceron.lib.1.de Diuinat.legitur.

COMPOS.
[*Prāsăgĭŏ.*]
Prop. *Venturam melius præſagit nauita noctem.*
[*Et Prāsăgĭŏr.*depon.]

P.Sagino,as,at.
P.Săgīttŏ,as,at.
P.Salio,is,it.Hoc eſt,Sale conſpergo.
Pp.Sălīuī.
Sup.Salitum,tu.
P.Sălĭŏ,is,it.Vir.1.Geor.Tā multa in Tectis crepitans ſalit horrida grando,
idē quod *Salto.Hor.1.Epiſt.14,*———————— *cuius*
Adſtrepitū ſalias terra grauis,& tamē vrges.
Oui.2.de Ar.poët.Læta ſalitur ouis,tauro quoq; læta iuuēca eſt.
Pp.Sălŭī,
Sălīuī,
&
Sălĭī. *Virg.2.Georg.Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres.*

I.Sălrĕ.

I.Sălīrĕ. & Sălŭīſſĕ. vel Sălīīſſĕ. *Oui.4.Faſt.* *Per flammas ſaluiſſe pecus, ſaluiſſe colonos.*

COMPOS.

[*Ăbsĭlĭō.*]

[*Ăſſĭlĭō.*]

Oui.11.Met.fab. Quum ſæpe aſsiluit defenſa mœnibus vrbis.

[*Cōnsĭlĭō*]

P.Sălīnō, as, at.

[*Dēsĭlĭō.*]

Virg.11.Aen. ———— *portisq; ab equo regina ſub ipſis*
Deſiluit.

Idem 12.Aen. Siſtit equos bijugos & curru deſilit, atq;
Semianimi; lapſoq; ſuperuenit.

[*Dĭſſĭlĭō.*]

Virg.3.Georg. Aeraq; diſsiliunt vulgo, vecteſq; rigeſcunt.

Idem 3.Aen. Hac loca vi quondam & vaſta conuulſa ruina
Diſsiluiſſe ferunt.

[*Exĭlĭō.*]

Virg.3.Geor. Exilit in ſiccum, & flammantia lumina torquēs,
Sæuit agris, aſperq; ſiti, atq; exterritus æſtu.

Oui.6.Met.fab. Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.

[*Insĭlĭō.*]

Stat.li.9.Theb. Inſiluere vadis, magnoq; fragore ſolutus
Agger.

[*Prăsĭlĭō.*]

[*Prōsĭlĭō.*]

Virg.5.Aen. ———— *finibus omnes*
Haud mora proſiluere ſuis.

[*Rĕsĭlĭō.*]

[*Sub vel Sŭſſĭlĭō.*]

[*Sŭpĕrsĭlĭō.*]

[*Trānsĭlĭō.*]

Virg.10.Aen. Exuperatq; moras & pontes tranſilit altos.

Hor.1.Car.Od.3,Nequicquam DEVS abſcidit
Prudens Oceano diſſociabili
Terras,Si tamen impiæ
Non tangenda rates tranſiliunt vada.

P.Sălūtō,as,at.Virg.3.Aen.Italiam læto ſocij clamore ſalutant.
Stat.4.Theb. Stant.tamen,& nota puppim de rupe ſalutant.

Pp.Sălūtāuī.

In.Sălūtārĕ.

COMPOS.

[*Cōnsălūtō.*]

[*Pērsălūtō.*]

[*Rĕsălūtō.*]

Mart.li.4.Epig.Securus nullum reſalutas,deſpicis omnes.

P.Sānēſcō.

COMPOS.

[*Conſaneſco.*]

P.Sānō,as,at.Oui.10.Met.fab.—— habeo quod carmine ſanet & herbis.
Prop.li.4.Eleg.7,Sic mortis lacrimis vita ſanamus amores.

Pp.Sānāuī.

I.Sānārĕ. *Tibull.li.2.Eleg.3.Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis.*

COMPOS.

[*Cōnsānō.*]

[*Pērsānō.*]

[*Rĕsānō.*]

Hinc etiam deſcendit,*Inſanio.Pp.Inſaniui. I.Inſanire.*

Virg.3.Eclog. Inſanire libet quoniam tibi,pocula ponam
Fagina,cælatum diuini opus Alcimedontis.

Idem 10.

Idem 10.Eclog. Galle quid inſanis? inquit, tua cura Lycoris
Perq́; niues alium, perq́; horrida caſtra ſecuta eſt.
[*Et Vēsāniō.*]

SYLLOGI.

Sanare.

[*Pellere morbum medicatibus: vide ſub Pello.*]

P. Săpĭō, is, it. Mart. li. 14. Epig. Quiſquis plus iuſto non ſapit, ille ſapit.
Pp. Sapui.
I. Săpĕrĕ. Hor. 2. Epiſt. 2, Nimirum ſapere eſt abiectis vtile nugis.

COMPOS.

[*Deſipio.*]

[*Reſipio.*]

Hinc deducitur *Reſipiſco.*

P. Sătĭō, as, at. Oui. 8. Met. fab. Vſq́; fretum recipit de tota flumina terra,
Nec ſatiatur aquis, peregrinosq́; ebibit amnes.
Pp. Sătĭāuī.
Con. Sătĭā- Oui. 3. Triſt. Eleg. 8, Forſitan hoc olim quum iam ſatiauerit irā.
uĕrĭm vel Sătĭārĭm.
Inf. Sătĭārĕ.

COMPOS.

[*Ĕxătĭō.*]

Sătŭrō, as, at. &
Sătŭrŏr, paſſ. Virg. 10. Eclog, ———————— nec gramina riuis
Nec Cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellæ.
Pp. Sătŭrāuī.
Inf. Sătŭrārĕ. Virg. 1. Georg. ———————— arida tantum
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola, neúe
Effœtos cinerem immundum iactare per agros.

COMPOS.

[*Ĕxătŭrō.*]

Obsā-

[*Obsātūrō.*]

S ante C.

P.Scăbillō, inuſitatum & obſoletum uerbum.

COMPOS.

[*Cōnſcăbillō.*]

Catull.Car.22, Ne laneum latuſculum, manuſq; mollicellas,
Inuſta turpiter tibi flagella conſcabillent.

P.Scăbō,is,it.
Pp.Scābī.
Con.Scăbē- Hor.1.Ser.Sat.10,————— & in verſu faciendo
rēm,es,et. Sæpe caput ſcaberet, viuos & roderet vngues.
Inf.Scăbĕrĕ.
P.Scando,is,it. notæ quantitat. Atq; eius compoſita omnia: ut,
Aſcendo, Conſcendo, Deſcendo, &c.

PHRASES.

[*Deſcendere ad Stygias vmbras: eſt Mori.*]

Mart.li.1.Epig.69, Ne tamē ad Stygias famulus deſcēderet vm-
(bras.

P.Scătĕō,es,et.
Pp.Scătŭī.
Inf.Scătērĕ.

COMPOS.

[*Prăſcătĕō.*]

[*Rĕſcătĕō.*]

P.Scaturio,is,it.
P.Scĕlĕrō,as,at.
Pp.Scĕlĕrāuī.
I.Scĕlĕrārĕ.Virg.3.Aen. Parce pias ſcelerare manus, nō me tibi Troia
Extremum tulit.

COMPOS.

[*Cōnſcĕlĕrō.*]

Ouid.

Oui.7.Met.fab.Cur non & ſpecto pereuntem, oculosq; videndo
Conſcelero.

P.Scīndō,is,it. notæ quantitatis.
Pp.Scĭdī. *Stat.3.Sil.Gaudia,florentesq; manu ſcidit Atropos annos.*

COMPOS.

[*Abſcĭdi.*]
Virg.3.Aen. *Heſperium Siculo latus abſcidit, aruaq; & vrbes*
Littore diductas anguſto interluit æſtu.
[*Cōnſcĭdī.*]

[*Dīſcĭdī.*]

[*Excĭdī.*]

[*Īntērſcĭdī.*]

[*Pērſcĭdī.*]
Lucret.li.6, *Ergo feruidus hic nubem quum perſcidit atram.*
[*Prōſcĭdī.*]

[*Rēſcĭdī.*]
Virg.12.Aen. *Enſe ſecent lato vulnus, teliq; latebram*
Reſcindant penitus.
[*Trānſcĭdī.*]

PHRASES.

Simplicis.

[*Atropon ſcindere annos: eſt Mori.*]
Stat.3.Sil. *Gaudia, florentesq; manu ſcidit Atropos annos.*
P.Sciō,is,it. *Virg.8.Eclog* *Nunc ſcio quid ſit amor, duris in cotibus illum*
Iſmarus aut Rhodope.
Idem 3.Aen. *Hoc ſat erit, ſcio me Danais è claſsibus vnum.*
Idem 4.Georg.Scis Proteu, ſcis ipſe, neq; eſt te fallere cuiquam.

Pp.Sciuī.
Con.Scĭām,as,at.Virg.5.Aen.Inſequitur, cauſas tanti ſciat illa furoris.
Scīrēm,es,et.Idē 2.Eclog.Hæc eadē vt ſciret, quid non faciebat Amyntas.
I.Scīrē. *Virg.1.Aen.* *Ne quà ſcire dolos, mediusúe occurrere poſsit.*
COMPOS.

COMPOS.

[*Cōnſciō.*]

[*Nēſciō.*]

Virg.1.Georg *Neſciuere hyem:m.teſta quũ ardente viderent*
Scintillare oleum,& putres concreſcere fungos.

[*Præſciō.*]

P.Sciſco,is,it. inuſitat.

COMPOS.

[*Aſciſcō.Aſciuī.*]

Virg.11.Aen. *Multaq́; ſe incuſat,qui non acceperit vltrò*
Dardanium Aeneam,generumq́; aſciuerit vrbi.

[*Cōnſciuī.*]

[*Dēſciuī.*]

[*Prāſciuī.*]

[*Rēſciſcō.Rēſciuī.*]

P.Scītŏr,aris. idem quod inueſtigo,ſeu interrogo diligenter.

Oui.10.Met.fab. ——*aut Cinyras,quem copia digna procorũ*
Quid faciat dubitare facit,ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis, cuius velit eſſe mariti.

Fut.Scītā-bŏr. *Oui.1.Met.fab.19,Si modò fert animus gradere & ſcitabere ab ipſo.*

I.Scītārī. *Virg.2.Aen.* *Tum verò ardemus,ſcitari & quærere cauſas,*
Ignari ſcelerum tantorum,artiſq́; Pelaſgæ.

S.Scītātum.tu.Virg.2.Aen.Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus.

P.Scrĕō,as,at.

COMPOS.

[*Ēxcrĕō.*]

P.Scrībō,is,it.
Pp.Scripſi, notæ quantitatis.
Inf.Scrībĕrĕ.

COMPOS.

[*Ad vel Aſcrībō.*]

[*Cōnſcrībō.*]

[*Dēſcrībo.*]

Virg. Eclog. 5, *Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui.*
Idem 6. Aen. *Orabunt cauſas melius, cœliq; meatus*
Deſcribent radio, & ſurgentia ſidera dicent.

[*Inſcrībō.*]

Virg. 1. Aen. *Per terram, & verſa puluis inſcribitur haſta.*

[*Intērſcrībō.*]

[*Pērſcrībō.*]

[*Prāſcrībō.*]

[*Prōſcrībō.*]

[*Rēſcrībō.*]

Oui. Epiſt. 1, *Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni.*
Hor. 2. Ser. Sat 3, *Putidius multo eſt cerebrū mihi crede Perilli,*
Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſsis.

[*Subſcrībō.*]

Oui. 1. Triſt. Eleg. 2, *Neue precor magni ſubſcribite Cæſaris iræ.*
Horatius, *I puer, atq; citus noſtro hac ſubſcribe libello.*

[*Sūpērſcrībō.*]

[*Trānſcrībō*]

Virg. 7. Aen. *Et tua Dardanijs tranſcribi ſceptra colonis.*

PHRASES.

Simplicis.

[*Scribere in rapida aqua: eſt Non curare. Non credere, falſum putare.*]

[*Scribere in vento: vel*
Scribere in vento & aqua: eſt Non curare.]

Catul. Car. 68, ———— *ſed mulier cupido quod dicit amāti,*
In vento & rapida ſcribere oportet aqua.

P. Scri-

P.Scripturio.

COMPOS.

[*Proſcripturio.*]

P.Scrūtŏr,aris.

Fut.Scrūtā-bŏr. *Hor.1.Epiſt.18,Arcanum neq; tu ſcrutaberis vllius vnquam, Commiſſumq; teges,& vino tortus & ira.*

Inf.Scrūtārī.

COMPOS.

[*Excrūtŏr.*]

[*Pērſcrūtŏr.*]

P.Sĕcŏ,as,at.Virg.3.Georg.Florenteſq; ſecant herbas fluuioſq; miniſtrant.
Idem 1.Aen. Pars in fruſta ſecant, verubuſq; trementia figūt.
Im.Sĕcābām Virg.8.Aen. Aequora verrebant caudis,æſtumq; ſecabant.
Pp.Sĕcŭī. Virg.3.Georg.———————————illotus adhæſit
Sudor,& hirſuti ſecuerunt corpora vepres.
Idem 9.Aen. Ingentemq; fuga ſecuit ſub nubibus arcum.
Con.Sĕcēm,es,et.Virg.10.Eclo.Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plātas.
Inf.Sĕcārĕ.

COMPOS.

[*Cōnsĕcŏ.*]

[*Dēsĕcŏ.*]

[*Dīſſĕcŏ.*]

[*Exĕcŏ.*]

[*Īnsĕcŏ.*]

[*Īntērsĕcŏ.*]

[*Persĕcŏ.*]

[*Prāsĕcŏ.*]

[*Prōsĕcŏ.*]

[*Rĕsĕcŏ.*]

Virg.2.Georg.Aut rurſum enodes trunci reſecantur,& altè

Finditur in ſolidum cuneis via.

Oui.11. Met.fab. Sed ſolitus longo ferro reſecare capillos,
Viderat hoc famulus.

[Sūbsĕcō.]

Oui.4.Faſt. Illa papauereas ſubſecat vngue comas.
Idem 6.Faſt. Non vngues ferro ſubſecuiſſe licet.

PHRASES.

Simplicis.

[Secare æquora: eſt Nauigare.]

Virg.5.Aen. Sic Mneſtheus, ſic ipſa fuga ſecat vltima Priſtis
Aequora, ſic illam fert impetus ipſe volantem.

[Secare ventos: pro Volare.]

Virg.4.Aen. Littus arenoſum Libyæ, ventosq́ ſecabat
Materno veniens ab auo Cyllenia proles.

[Secare viam: eſt Proficiſci.]

Virgilius, Ille viam ſecat ad naues.

P.Sĕcūndō, Ouidius, Blandaq́ compoſitas aura ſecundat aquas.
as,at. Propert. Iam liquidum nautis aura ſecundat iter.
Pp.Sĕcūndāuī.
Opt.Sĕcūndēm,es,et. Virg.4 Georg. Expediat morbi cauſam, euentusq́ ſecundet.
Idem 7.Aen. ———— Dij noſtra incepta ſecundent.
Con.Sĕcūndārēm. Virg.3. Aen. Ritè ſecundarent viſus, omenq́ leuarent.
Inf.Sĕcūndārĕ.

COMPOS.

[Ōbsĕcūndō.]

Et *Ōbsĕcūndŏr.* Deponens.

P.Sĕdĕō,es,et Virg.10.Eclog. Dum ſedet & gracili fiſcellam texit hibiſco.
Idem 1.Aen. ———— celſa ſedet Aeolus arce.
Idem 4.Aen. Quam fugit vltricesq́ ſedent in limine Diræ.
Im.Sĕdēbām,as,at. Vir.6.Aen Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant.
Idem 9.Aen. ———— Turnus ſecreta valle ſedebat.
Pp.Sēdī. Virg.6.Aen. Ipſa ſub ora viri cœlo venere volantes,
Et viridi ſedere ſolo.

Fut.

Fut Sĕdēbō,is,it.Virg.6.Aen. ——————— *ſedet,æternumq́; ſedebit*
Opt.& *Infelix Theſeus,Phlegiasq́; miſerrimus omnes.*
Con.Sĕdĕām.Virg.11.Aen.——————— *ſedeant ſpectentq́; Latini.*
Prop.li.4.Ele.4, O vtinam ad veſtros ſedeam captiua penates.
Sĕdērēm. *Virg.4.Aen.* *Si mihi non animo fixum immotumq́; ſederet.*
Inf.Sĕdērĕ.

COMPOS.

[Aſſĭdĕō.]
Horat. *Parcus ob hæredis curam,nimiumq́; ſeuerus*
Aſſidet inſano.
[Cōnsĭdĕō.]
Virg.3.Eclog. Dicite quandoquidē in molli conſedimus herba.
Idem 7.Aen. ——— *& Phrygios,qui flumine pulchro*
Conſedere duces;pictasq́; exure carinas.
[Dēsĭdĕō.]

[Diſſĭdĕō.]
Virg 7.Aen. *Omnem equidē ſceptris terram,quæ libera noſtris*
Diſſidet,externam reor,& ſic dicere diuos.
[Insĭdĕō.]
Virg. 1. Aen. ——————— *inſcia Dido*
Inſideat quantus miſera Deus,at memor ille
Matris Acidaliæ.
Idem 11.Aen. *Arripuitq́; locum & ſiluis inſedit iniquis.*
[Ōbsĭdĕō.]
Virg 2.Aen. *Obſedere alij telis anguſta viarum.*
Idem 3. Aen. *Et Salentinos obſedit milite campos.*

[Pērsĕdĕō,vel Pērsĭdĕō.]

[Pōſſĭdĕō.]

[Præsĭdĕō.]
Virg 2.Aen. *Gradiuumq́; patrem Geticis qui præſidet aruis.*
[Rĕsĭdĕō.]
Virg.7.Aen. ——— *omnisq́; repentè reſedit*
Flatus.

[*Sŭbsĭdĕō.*]

Virg.5.Aen. *Extremus,galeaq; ima ſubſedit Aceſtes.*

[*Sŭpērsĕdĕō.*]

Deriuantur quoq; hinc deponentia quædam: ut,

[*Īnsĭdĭŏr.*]

Virg.9.Aen. ———————— *lupus inſidiatus ouili.*

Oui.13.Met.fab.Hoſtibus inſidior,foſſas munimine cingo.

Mart.li.12.Epig.Tutior eſt virtus,inſidiemur apris.

[*Ŏbsĭdĭŏr.*]

[*Sŭbsĭdĭŏr.*]

ADAGIA.

[*Sedere duos vno equo.*]

Mart.li.5.Epi.39,Vno credis equo poſſe ſedere duos?

P.Sēdō,as,at.
Pp.Sēdāuī.
Inf.Sēdārĕ.

P.Sēmĭnō, as,at. *Virg.6 Aen.* *Quale ſolet ſiluis brumali tempore viſcum*
Fronde virere noua,quod non ſua ſeminat arbos.

Pp.Sēmĭnāuī.
Inf.Sēmĭnārĕ.

COMPOS.

[*Dĭſſēmĭnō.*]

[*Īnsēmĭnō.*]

[*Prōsēmĭnō.*]

Manili. *Semper enim ex alijs alios proſeminat vſus.*

P.Sēmĭtō,as,at.

P.Sĕnĕō,es,et.Cat.Car.4, *Sed hæc prius fuere,nunc recondita*
Senet quiete,ſeq; dedicat tibi
Gemelle Caſtor,& gemelle Caſtoris.

Pp.Sĕnŭī.
P.Sĕnēſcō,is,it.

Inf.

Inf. Sĕnēſcĕrĕ.

COMPOS.

[Cōnsĕnēſcō.]

[Īnsĕnēſcō.]

Hor.2. Epiſt.2, Et ſtudijs annos ſeptem dedit, inſenuitq́;
Libris, & curis.

SYLLOGI.

Seneſcere.

[Obrepere ſenectutem. vide Repo.
Premere ſitum in formem aliquid. vide Premo.
Subrepere ætatem. quære ſub Repo.]

P. Sĕpĕliō, is, it.
Pp. Sĕpĕliuī, vel
Sĕpĕliī.
Inf. Sĕpĕlīrĕ. Lucret. lib.6, Inq́; alijs alium populum ſepelire ſuorum
Certantes, lacrimis laſſi, luctuq́; redibant.

SYLLOGI.

Sepelire.

[Condere ſepulchro. vide Do.
Condere terra. vide Do.
Mandare terræ. vide Mando.]

SYLLOGI.

paſſiui Sepeliri.

[Solum oſſa contegere. vide Tego.
Dare tumulo. vide Do.
Velari humo, vel,
Humum aliquem velare. vide Velo.]

P. Sĕpiō, is, it.
Inf. Sĕpīrĕ.

COMPOS.

[*Cōnsēpiŏ.*]

[*Dĭſsēpiŏ.*]

[*Intersēpiŏ.*]

[*Ōbsēpiŏ.*]

[*Præsēpiŏ.*]

[*Rĕsēpiŏ.*]

P. Sepo,as,at. uel *Sebo,as,at.* uel *Seuo,as,at.* quæ tria idem ſignificant, aliquid nimirum ex ſebo, ſepo, uel ſeuo facere ſeu illinere.

P. Sēquēſtrŏ, Prud. in Cath. Hominis tibi membra ſequeſtro,
as,at, Generoſa & fragmina credo.
P. Sēquŏr, Virg. 2. Eclog. Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam,
ĕris. Florentem cytiſum ſequitur laſciua puella.
Idem 10. Aen.———— hos tota armenta ſequuntur
A' tergo.
Im. Sēquēbār. Virg. 11. Aen.———— vnum ex omni certamine pugna
Cæca ſequebatur, totumq; incenſa per agmen.
Pp. Sēquūtŭs ſum, vel
Sĕcūtŭs ſum. Virg. 1. Aen.———— at ille vbi matrem
Agnouit, tali fugientem eſt voce ſequutus.
Fut. Sēquār. Virg. 4. Aen. Sæpe vocaturum, ſequar atris ignibus abſens.
Imp. Sēquĕrĕ. Virg. 4. Aen. I, ſequere Italiam ventis, pete regna per vndas.
Inf. Sēquī. Virg. 1. Georg. Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem.
Ger. Sēquēndī, do, dum. Virg. 10. Aen. Tercentum adijciunt, mens omnibus
vna ſequendi.

COMPOS.

[*Aſsĕquŏr.*]

[*Cōnsēquŏr.*]

Virg. 2. Aen. Conſequimur cuncti, & denſis incurrimus armis.

Idem

Idem 5. Aen. ———— *quem deinde Cloanthus*
Conſequitur, melior remis.

[Ēxĕquŏr.]

Virg. 4. Aen. ———— *miſeræ hoc tamen vnum*
Exequere Anna mihi.
Idem eodem, Iuſſa tamen diuûm exequitur, claſſemq; reuiſit.

[Inſĕquŏr.]

Virg. 1. Aen. Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos
Inſequitur. quem das finem, rex magne, laborũ?

[Ōbſĕquŏr.]

Oui. 1. Met. fab. 13, Ille quidem obſequitur, ſed te decor iſte quod
Eſſe vetat. *(optas*
Iuuen. Sat. 10, ———— *interea tu*
Obſequere imperio.

[Pērſĕquŏr.]

Virg. 2. Georg. Ruſticus & curuo Saturni dente relictam
Perſequitur vitem attondens, fingitq; putando.

[Prōſĕquŏr.]

Virg. 2. Aen. Proſequitur pauitans, & ficto pectore fatur.
Idem 12. Aen. Ne quaſo, ne me lacrimis, neue omine tanto
Proſequere, in duri certamina Martis euntem.

[Sūbſĕquŏr.]

P. Sĕrēnŏ, as, at. Virg. 1. Aen. Olli ſubridens hominum ſator atq; deorum
Vultu quo cœlum tempeſtateſq; ſerenat.
Idem 4. Aen. Conſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.
Pp. Sĕrēnāuī.
Inf. Sĕrēnārĕ.

COMPOS.

[Dīſſĕrēnŏ.]

P. Sĕrēſcŏ, is, it. Lucret. li. 1, Deniq; fluctiuago ſuſpenſa littore veſtes
Vueſcunt, eadem candenti ſole ſereſcunt,

P. Sermocinor, aris.

SERA.

A *Sera*, quæ eſt ianuarum munimentum, duo formantur uerba hæc:ut

[*ōbsĕrŏ*,quod eſt firmo & claudo.]

Prop.li.4.Eleg.11,—————— vbi portitor æra recepit,
Obſerat vmbroſos lurida porta rogos.

[*Rĕsĕrŏ*,idem quod *Aperio*.]

Virg.7.Aen. —— reſerat ſtridentia limina conſul.
Idem 12.Aen. Vrbem alij reſerare iubent, & pandere portas
Dardanidis.
Lucan.li.2, Vt reſeret pelagus,ſpargatq́; per æquora bellum.

P.Sĕrŏ,is,it. quod cùm uerbum eſt agriculturæ,ſic coniugatur cũ ſuis compoſitis.

Virg.12.Aen. Rumoresq́; ſerit varios,ac talia fatur.
Im.Sĕrēbām.Virg.12.Aen. Ars fuerat,pauperq́; domus, nec nota potentum
Munera,conductaq́; pater tellure ſerebat.

Pp.Sēuī.
F.Sĕrām,es,et.Virg.1.Georg. Aut vbi flaua ſeres mutato Sydere farra.
Imp.Sĕrĕ, Virg.1.Georg. Exercete viri tauros,ſerite hordea campis.
Sĕrĭtĕ. Idem ibidem, Nudus ara,ſere nudus,hyems ignaua colono.
Inf.Sĕrĕrĕ. Virg.2.Georg. Et dubitant homines ſerere atq; impẽdere curas.
S.Sătūm,tu.

COMPOS.

[*Āſsĕrŏ.*]

Oui.1.Met.fab.13,Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Irritare tua,nec laudes aſſere noſtras.

[*Cōnsĕrŏ.*]

Virg.1.Eclog. ——————— en queis conſeuimus agros?
Idem 2.Georg ——————— iuuat Iſmara Baccho
Conſerere,atq; olea magnum veſtire Taburnũ.

[*Dēsĕrŏ.*]

Virg.3.Aen. Hanc quoq; deſerimus ſedem,paucisq́; relictis
Vela damus.

Idem 7.Aen. *Deſeruere domos:ventis dant colla comasq́.*

[*Dīſſĕrŏ.*]

[*Excĕrŏ.*]

Oui.2.Met.fab.2,Ter Neptunus aquis quū toruo brachia vultu
Excerere auſus erat,ter non tulit aëris ignes.

[*Īnsĕrŏ.*]

Virg.1.Eclog. *Inſere nunc Melibœe pyros,pone ordine vites.*
Idem 2.Geor.Nec modus inſerere,atq́ oculos imponere ſimplex.
Idem ibidem, Inſeritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.

[*Īntĕrsĕrŏ.*]

[*Ōbsĕrŏ.*]

[*Pĕrsĕrŏ.*]

[*Rĕsĕrŏ.*]

[*Sūbsĕrŏ.*]

[*Trānsĕrŏ.*]

O B S E R.

Notandum eſt, quum huius uerbi ſignificatio mutatur, hoc eſt,ſiue ad artes,aut alias quaſcunq; res conuertitur,mutari etiam Præterita & Supina,Præterita in *Serui*,Supina in *Sertum*:ut,

[*Āſſĕrŭī.*]

[*Dēsĕrŭī.*]

[*Dīſſĕrŭī.*]

[*Exĕrŭī.*]

Oui.1.Faſt. *Felices animæ,quibus hæc cognoſcere primum,*
Inq́ domos ſuperas ſcandere cura fuit.

Credibile

Credibile eſt illas,pariter vitijsq́ iocisq́
Altius humanis exeruiſſe caput.

PHRASES.

Compoſit.

[*Aſſerere vtraq́ manu & toto complexu: eſt Amare.*]
Mart.li.1.Epig.72,Hac vtraq́ manu complexuq́ aſſere toto.

[*Deſerere littora:eſt Nauigare.*]
Virg.4.Aen. Littora deſeruere,latet ſub claſsibus aequor.
Inſerere rixas.
Tibul.li.1.Eleg.1,—————— dum frangere poſtes
Non pudet,& rixas inſeruiſſe iuuat.

P.Sēruīo,is,it. notæ quantitatis.
Pp.Sēruīuī,& Sēruiī.
Inf.Sēruīrē.Virg.4.Aen.Communem hunc ergo populū,paribusq́ regamus
Auſpicijs:liceat Phrygio ſeruire marito.
Sup.Sēruī- Virg.2.Aen. Non ego Myrmidonum ſedes,Dolopūue ſuperbas
tūm,tu. Aſpiciam,aut Graijs ſeruitum matribus ibo.
P.Sĕuērō,as,at.Pp.Sĕuērāuī. Antiquum & inuſitatum.

COMPOS.

[*Aſsĕuērō.*]

[*Pērsĕuērō.*]

S ante I.

P.Sībĭlō,as, Virg.11.Aen. Arrectisq́ horret ſquamis,& ſibilat ore.
at. Hor.1.Ser.Sat.1,———— populus me ſibilat,at mihi plaudo
Ipſe domi,ſimul ac nummos contemplor in arca.
Pp.Sībĭlāuī.
Opt.& Con.Prop.li.4.Eleg.7,———— ſi fallo,vipera noſtris
Sībĭlēm,es,et. Sibilet in tumulis,& ſuper oſſa cubet.
I.Sībĭlārē.

COMPOS.

COMPOS.

[*Aſſibĭlō.*]

Claud. *Vt platani platanis, alnoq́ aſſibilat alnus.*

[*Exībĭlō.*]

[*Inſībĭlō.*]

Ouid. 15. Met. fab. Qualia ſuccinctis, vbi trux inſibilat Eurus Murmura pinetis fiunt.

P. Sicileo, es, et. vel Sicilio, is, it.

P. Sidero, as, at. Antiquum & obſoletum. *Pp. Sideraui.* A *Sidus.*

COMPOS.

[*Cōnsīdĕrō.*]

[*Dēsīdĕrō.*]

P. Sīdō, is, it. Virg. 6. Aen. *Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt.*

Pp. Sēdī.

Inf. Sīdĕrĕ. Prop li. 4. Eleg. 3, *Tum queror in toto non ſidere pallia lecto, Lucis & auctores non dare carmen aues.*

COMPOS.

[*Aſſīdō.*]

[*Circūmsīdō.*]

[*Cōnsīdō.*]

Virg. 1. Aen. *Vultis & his mecum pariter conſidere regnis?*

Idem 4. Aen. *Nec venit in mentem quorum conſederis aruis.*

Idem eodem, *Præcipites vigilate viri, & conſidite tranſtris.*

[*Dēsīdō.*]

[*Īnsīdō.*]

Virg. 5. Aen. *Ac veluti in pratis, vbi apes æſtate ſerena Floribus inſidunt varijs.*

[*Ōbsīdō.*]

[*Pērsīdō.*]

Vir.

Virg.3.Georg. ——— *vbi frigidus imber*
Altius ad viuum perſedit.
Lucret.lib.1, *At neq; quo pacto perſederit humor aquai.*
[*Rĕsīdō.*]
Virg.6.Aen. ——— *tumida ex ira tum corda reſidunt.*
Idem 1.Aen. *Septa armis, ſolioq; altè ſubnixa, reſedit.*
Idem 5.Aen. *Mutabat, verſans ſiculis ne reſideret aruis.*
[*Sŭbsīdō.*]
Virg.5.Aen. *Subſidunt vndæ, tumidumq; ſub axe tonanti*
Sternitur æquor aquis.
Oui.1.Met.fab. *Iuſsit & extendi campos, ſubſidere valles.*
Lucan.lib.5, *Iure ſed incerto mundi ſubſidere regnum.*

PHRASES.
Compoſ.

[*Conſidere transtris pro Remigare.*]
Virg.5.Aen. *Conſidunt transtris, intentaq; brachia remis*
Intenti expectant ſignum.

P.Signĭfĭcō.Pp.Significaui. uide ſub *Facio.*

SYLLOGI.
Significare.

[*Dare ſignum. vide Do.*]

P.Sĭgillō, as, at.
P.Sĭlĕō, es, et. Virg.9.Eclog. Et nunc omne tibi ſtratū ſilet æquor, & omnes.
Idem 10.Aen. Et tremefacta ſolo tellus, ſilet arduus æther.
Oui.2.Met.fab. Sed ſilet, & læſidat ſigna rubor pudoris.
Sĭlētŭr.paſſ.Virg.4.Geor. Poſt vbi iam thalamis ſe compoſuere ſiletur
In noctem.
Pp.Sĭlŭī.
Fut.Sĭlēbō, is, it. Vir.10.Aen. Non equidem, neq; te iuuenis memorāde ſilebo.
Con.Sĭlĕām, Virg 3.Aen. *Eloquar, an ſileam? gemitus lacrimabilis imo*
as, at. *Auditur tumulo.*

Inf.

Inf.Sĭlērē. *Prop.li.4.Eleg.4,* *Romulus excubias decreuit in otia ſalui,*
Atq; intermiſſa caſtra ſilere tuba.

COMPOS.

[*Cōnsĭlĕō.*]

SYLLOGI.

Silere.

[*Dare finem loquendi ore.vide Do.*
Fauere linguis.vide Faueo.
Fauere ore.vide Faueo.]

P.Sĭlēſcō,is,it. *Vir.10.Aen.* *Tum pater omnipotens,rerũ cui ſumma poteſtas,*
Infit,eo dicente,deum domus alta ſileſcit.
Catul.Car. *Iam ver egelidos refert tepores,*
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis Zephyri ſileſcit auris.

Inf.Sĭlēſcĕrē.

COMPOS.

[*Cōnsĭlēſcō.*]

P.Siliquor,aris.
P.Sĭmĭlō,as,at.
Pp.Sĭmĭlāuī.
Con.Sĭmĭlĕm,es,et. *Mart lib.Epig.* *Quum ſint crura tibi ſimilent quæ cornua Lunæ.*

COMPOS.

[*Aſsĭmĭlo.*]

Oui.1.Triſt.Eleg. *Aſsimilemq; ſibi longa aſſuetudine fecit,*
Grandia ſi paruis aſsimilare velis.

P.Sĭmŭlō,as,at. *Vir.1.Aen.* *Spem vultu ſimulat,premit alto corde dolorem.*
Idem 2.Aen. *Votum pro reditu ſimulant,ea fama vagatur.*
Pp.Sĭmŭlāuī.
Sĭmŭlāuĕrām,vel
Sĭmŭlārām. *Virg.6.Aen.* *Aere,& cornipedum curſu ſimularat equorum.*
Con.Sĭmŭlēm,es,et. *Oui.1.de Ar.* *Vt ſimulet vultu gaudia,triſtis erit.*

Inf.

Inf. Sĭmŭlārĕ.

COMPOS.

[*Aſſĭmŭlō.*]

Virg. 10. Aen. *Diuini aſsimulat capitis, dat inania verba.*

[*Dĭſſĭmŭlō.*]

Virg. 1. Aen. *Diſsimulant & nube caua ſpeculantur amicti.*

Idem 4. Aen. *Diſsimulari etiam ſperaſti perfide tantum*
Poſſe nefas?

Oui. 5. Faſt. *Iam ſatis eſt virtus diſsimulata mihi.*

[*Inſĭmŭlō.*]

P. Sĭnō, ĭs, ĭt. Virg. 7 Aen. ——————— *non plurima cœlo*
Monſtra ſinunt, generos externis affore ab oris.

Idem 10. Aen. *Pars ingens belli ſinit agmina, primus Abantem*
Oppoſitum interimit.

Im. Sĭnēbām. Virg. 4. Aen. *Dulces exuuiæ, dum fata, Deusq́; ſinebant.*

Pp. Sĭuī.

Imp. Sĭnĕ, & Sĭnĭtĕ. *Virg. 8. Eclog.* ——————— *atq; hanc ſine tempora circum*
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

Idem 2. Aen. *Reddite me Danais, ſinite inſtaurata reuiſam*
Prælia.

Con. Sĭnĕrēm, es, et. Vir. 11. Aen. *Redderet, ac tumulo ſineret ſuccedere terræ.*

Inf. Sĭnĕrĕ.

COMPOS

[*Dēſĭnō, Dēſĭuī, & Dēſĭī.*]

Virg. 4. Eclog. *Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum*
Deſinet ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta faue Lucina.

Idem 8. Eclog. *Deſine Mænalios, iam deſine tibia verſus.*

Oui. 2. Met. fab. 1, *Vix bene deſierat, currus petit ille paternos.*

Catul. Car. 34, *Deſiſſemq́; truces vibrare Iambos.*

P. Sĭnŭō, as, at. *Virg. 2. Aen.* ——————— *ſinuatq́; immenſa volumine terga.*

Oui. 2. Met. fab. ——————— *tremulæ ſinuantur flamine veſtes.*

Pp. Sĭnŭāuī.

Imp. Sĭnŭā. *Virg. 3. Georg.* *Carpere mox gyrum incipiat, gradibusq́; ſonare,*

Compo-

Compoſitis, ſinuetq; alterna volumina crurum.

I. Sīnŭārē.

COMPOS.

[*Ēsĭnŭō.*]

Virg. in Epig. Vertice collectos illa eſinuabat amictus.

[*Īnsĭnŭō.*]

Virg. 2. Aen. *Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis*
Inſinuat pauor.

P. Sīpō, as, at. Antiquum & inuſitatum, pro Minutim ſpargo.

COMPOS.

[*Dĭſsĭpō.*]

[*Insĭpō.*]

[*Ŏbsĭpō.*]

PHRASES.

[*Diſsipare venenum: eſt Venenare.*]

Oui. 2. Met. fab. 16, Diſsipat & medio ſpargit pulmone venenū.

P. Siſto, is, it. notæ quant. præteritum mutuatur à *Sto, Steti.*

COMPOS.

[*Abſiſto.*]

[*Aſsiſto.*]

[*Circumſiſto.*]

[*Conſiſto.*]

[*Deſiſto.*]

[*Exiſto.*]

[*Inſiſto.*]

Virg. 11. Aen. *Vtq; pedum primis infans veſtigia plantis*
Inſtiterat, iaculo palmas armauit acuto.

[*Interſiſto.*]

 [*Ob-*

[*Obſiſto.*]

[*Perſiſto.*]

[*Rĕſiſtō.*]

Virg.2.Aen. ——————— *vix primi prælia tentant*
Portarum vigiles, & cæco Marte reſiſtunt.
Idem 1.Aen. *Reſtitit Aeneas, claraq́ in luce refulſit.*

[*Subſiſto.*]

P.Sĭtĭō.is,it. *Virg.7.Eclog.* *Aret ager, uitio moriens ſitit aëris herba.*
Idem 4. Geor. *Quũ ſitiũt herbæ, & pecori iam gratior umbra* (*eſt.*
Ouid.1. Faſt. *Quo plus ſunt potæ, plus ſitiũtur aquæ.*
Pp. Sĭtīuī & Sĭtiī.
I. Sĭtīrĕ. *Catul.Car.18.* *Nunc ipſum id doleo, quòd eſurire*
Ne meus puer & ſilire diſcet.

S ante O.

P. Sŏbŏlēſcō,is,it.
Inf. Sŏbŏlēſcĕrĕ.
P.Sŏcĭō,as,at.Virg.1.Aen. ——————— *terraq́ mariq́,*
Omnia exhauſtos, iam caſibus, omnium egnos
Vrbe domo ſocias.
Pp.Sŏcĭāuī.
I.Sŏcĭārĕ. *Virg 7.Aen.* *Ne pete connubijs natam ſociare Latinis.*
Ouid.10. Met.fab. ——————— *quod ſi felicior eſſem,*
Nec mihi coniugium fata importuna negarent,
Vnus eras cùm quo ſociare cubilia vellem.

COMPOS.

[*Aſſŏcĭō.*]

Stat.1.Theb. ——————— *iuxtaq́ Amythaone cretus*
Aſſociat paſſus.

[*Cōnſŏcĭō.*]

[*Dĭſſŏcĭō.*]

Mart.li.7.Epig.23, Et Ledæ poteras diſſociare genus.

PHRASES

PHRASES.

[Sociare carmina neruis: eſt Inſtrumento Muſico iucundè ludere.]

Ouid. 11. Met. fab.——— tumuli de vertice cernunt
Orphea percuſsis ſociantem carmina neruis.

[Sociare fœdere lecti: eſt In vxorem ducere.]

Ouid. in Ibin, Perpetuoq́; mihi ſociantem fœdere lecti.

[Sociare thalamo: idem eſt.]

Sōdēs, defectiuum, quaſi *Si audes*.

P. Sŏlĕō, es, et. Virg. 1. Eclog.——— quò ſæpe ſolemus
Paſtores ouium teneros depellere fœtus.

Idem 10. Eclog.——— Solet eſſe grauis cantantibus vmbra.

Im. Sŏlēbām. Idem 1. Eclog. Sic paruis componere magna ſolebam.

Pp. Sŏlĭtŭs ſum. Virg. 2. Eclog. Canto, quæ ſolitus ſi quando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Inf. Sŏlērĕ.

P. Sŏlĭcĭtō, as, at. Compoſitum à *Solus* & *Cito*, quaſi ſolus cito & moleſto. uide *Cito*.

Virg. 3. Georg. Atq; ubi concubitus primos iam nota voluptas,
Solicitat, frondesq́; negant, & fontibus arcent.

P. Sŏlĭdēſcō, is, it.
P. Sŏlĭdō, as, at.
Pp. Sŏlĭdāuī.
Inf. Sŏlĭdārĕ.

COMPOS.

[Cōnsŏlĭdō.]

[Pērsŏlĭdō.]

Stat. 1. Theb. Diffunditq́; imbres, ſicco quos aſper hiatu
Perſolidat Boreas.

P. Sŏlĭtō, as, at.

A *Sole* fit uerbum inuſitatum *Solo, as, at.* quod eſt ad ſolem pono, ſeu ad ſolem ſicco.

COMPOS.

[*Inſōlō.*]

P.Sōlō,as,at.Pp. Solaui. uerbum inuſitatum, deriuatum à *Solus*, quaſi Solum relinquo.
Pp.Sōlāuī.
Inf.Sōlārĕ. Stat.5.Theb. ——————*furor omnibus idem,*
Idem animus ſolare domos, iuuenumq́; ſenumq́;
Præcipitare colos, plenisq́; adſtringere paruos
Vberibus, ferroq́; omnes exire per annos.

COMPOS.

[*Dēsōlō.*]

Virg.11.Aen. ——————*ſat funera fuſi*
Vidimus, ingentes & deſolauimus agros.
P.Sōlŏr,aris.Virg.5.Aen. *Quos bonus Aeneas dictis ſolatur amicis.*
Oui.2.Faſt. *Hinc pater, hinc cōiunx lacrimas ſolātur, & orāt*
Indicet.
Im.Sōlābār.Virg.1.Aen. *Hoc equidem occaſum Troiæ, triſtesq́; ruinas*
Solabar, fatis contraria fata rependens.
Pp.Sōlātŭs ſum Vir.1.Geor. *Interea longum cantu ſolata laborem,*
Arguto coniux percurrit pectine telas.
Cat.Car.36, *Quem tu, quod minimum facillimumq́; eſt,*
Qua ſolatus es allocutione?
Fut.Sōlābŏr.Virg.1.Geor. *Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum,*
Concuſſaq́; famem in ſiluis ſolabere quercu.
Idem 10.Aen. *Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem.*
Imp.Sōlārĕ.Virg.9.Aen. *At tu, oro, ſolare inopem & ſuccurre relictæ.*
Inf.Sōlārī.
Ger.Sōlāndī,Virg.4.Aen. ——————*quanquam lenire dolentem*
do,dum. *Solando cupit, & dictis auertere curas.*

COMPOS.

[*Cōnsōlŏr.*]

Oui.1 Met.fab.15,——————*popularia flumina primum*
Neſcia gratentur, conſolenturq́; parentem.

P.Sol-

P.Soluo,is,it. notæ quantitatis.
Pp.Sōluī.&
Sŏlŭī, tribus diuiſis ſyllabis, per diæreſin.
Catull.Car.2, Quod zonam ſoluit diu ligatam.
Sup.Solutum,tu.
P.Soluor,paſſi.
Pp.Sŏlūtŭs ſum.

COMPOS.

Abſoluo, Diſſoluo, Exoluo, Perſoluo, Reſoluo, quantitatis notæ ſunt omnia.
Virg.1.Georg. Inuitat genialis hyems, curaſq; reſoluit.

PHRASES.

[*Soluere fidem: Eſt mentiri ſeu violare fidem.*
Exoluere fidem: eſt Promiſſis Stare.
Soluere ora: eſt Loqui.]
Tibul.li 3.Eleg.5, Nec nos inſana meditantes iurgia lingua,
Impia in aduerſos ſoluimus ora deos.
[*Reſoluere ora: idem quod Loqui.*]
Virg.3.Aen. Ipſa canat, vocemq; volens atq; ora reſoluat.
[*Solui in ſomnos: pro Dormire.*]
Virg.4.Aen. At non infelix animi Phœniſſa, nec vnquam
Soluitur in ſomnos.
[*Reſoluere vocem: eſt Loqui.*]
Virg.3.Aen. Ipſa canat, vocemq; volens atq; ora reſoluat.
[*Soluere votum.*]
Catull.Car.34, Annales Voluſi, cacata charta,
Votum ſoluite pro mea puella.

A *Solum* formatur compoſitum uerbum, *Ēxŭlŏ:* quaſi qui eſt ex uel extra ſolum.

Virg.3.Georg. Nec mos bellantes vnà ſtabulare, ſed alter
Victus abit, longeq; ignotis exulat oris.
Oui.3.Triſt.Eleg. Vtq; per externas profugus pater exulat oras,
Vrbe tamen natis exulis eſſe licet.

 P.Sŏnŏ,

P.Sŏnō,as,at. Virg 5. Eclog. ———————*ipſa iam carmina rupes;*
Ipſa ſonant arbuſta,deus,deus ille Menalca.
Idem 2.Georg.Iulia quà ponto longè ſonat vnda refuſo.
Im.Sŏnābām.Virg.5.Aen.Tum rauca aſsiduo longè ſale ſaxa ſonabant.
Pp.Sŏnŭī. Virg.2.Aen. Staret equus:toto ſonuerunt æthere nimbi.
& interdum.*Idem 9.Aen.Continuò noua lux oculis offulſit,& arma*
Sŏnāuī. Horrendum ſonuére,tremũt in vertice criſtæ.
Con.Sŏnārēm Virg.6.Eclo.Clamaſſent,vt littus Hyla,Hyla omne ſonaret.
Infi.Sŏnārĕ.Virg.3.Georg.Carpere mox gyrum incipiat,gradibus ſonare
Compoſitis.
Idem 6.Aen. Hinc exaudiri gemitus:& ſaua ſonare
Verbera:tum ſtridor ferri,tractæq; catenæ.

COMPOS.

[*Ad vel Aſſŏnō.*]

Oui.13.Met.fab.Plãxerunt Dryades,plangẽtibus aſſonat Echo.

[*Circŭmsŏnō.*]

Virg.8.Aen.Hinc Rutulus premit,& murũ circumſonat armis.
I. Tŭmēſcĕrĕ. Virg. 1. Georg. *Continuò ventis ſurgentibus aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, & aridus altis
Montibus audiri fragor.*

Idem ibid.

Idem ibid. *Sæpe monet, fraudéq; & operta tumeſcere bella.*

COMPOS.

[*Cōntūmēſcō.*]

[*Extūmēſcō.*]

[*Īntūmēſcō.*]

P. Tumulo, as, at.
Fut. Tŭmŭlābō, or. Catull. ——— *nec iniecta tumulabor mortua terra.*
P. Tumultuo, as, at Et tumultuor, aris. Deponens.
P. Tundo, is, it. notæ quantitat.
Pp. Tŭtŭdī.

COMPOS.

[*Cōntŭdī.*]

[*Extŭdī.*]

Virg. 4. Georg. *Quis deus hanc Muſæ, quis nobis extudit artem?*
Idem ibidem, *Omnia tentanti extuderas, te matre relinquo.*
Idem 8. Aen. *Lanigerosq; apices & lapſa ancylia cœlo*
Extuderat.
Hor. 2. Ser. Sat. 2, *Quum labor extuderit faſtidia, ſiccus, inanis*
Sperne cibum vilem.

[*Ōbtŭdī.*]

[*Pērtŭdī.*]

[*Prōtŭdī.*]

[*Rĕtŭdī.*]

[*Sūbtŭdī.*]

P. Tŭnĭcō, as, at.
Pp. Tŭnĭcāuī.
P. Tŭŏr, eris.

COMPOS.

[*Īntŭŏr.*]

[*Obtŭōr.*]

P. Tūtŏr, aris.	*Virg. 5. Aen.*	*Tutatur fauor Euryalum, lacrimæq; decoræ, Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.*
Imp. Tūtārĕ.	*Virg. 2. Aen.*	*Sin aliquā expertus ſumtis ſpem ponis in armis, Hanc primùm tutare domum.*
	Hor. Epiſt.	*Res Italas armis tuteris, moribus ornes.*
I. Tūtārī.	*Virg. 7. Aen.*	*——————— & iubet arma parari, Tutari Italiam, detrudere finibus hoſtem.*

P. Turbo, as, at. Pp. Turbaui. notæ quantitatis. Compoſ. *Conturbo, Deturbo, Diſturbo, &c.* omnia notæ ſunt quantitatis.

SYLLOGI.

Turbare.

[*Ferre tumultum: vide Fero.*]

P. Turo, as, at.
Pp. Turaui.

CLASSIS

CLASSIS QVARTAE,

RDO XIX.

De quantitatibus Verborum incipi-entium ab

V

V ante A.

P.Văcĭllō,as,at. Eſt propriè inconſtantem eſſe,& quaſi alternatim modò huc,modò illuc inclinari,nutare, fluctuare. Vacillare item teſtis dicitur, qui in dicendo teſtimonio ſibi non ſatis conſtat,& modò negat,quod paulò antè affirmarat.

Buch.Pſal.119,————— tu laborantem rege.
Ne vacillet pes,meo tua verba condo pectore
Rector orbis,æquitatis regulam tua doce
Me,tui oris verba ſemper ore mediter vt meo.

Im.Văcĭllābām.

Pp.Vacillaui.
Inf.Vacillare.
P.Vaco,as,at.Virg.10.Aen.Hactenus indulſiſſe vacat,ſin altior iſtis
Sub precibus venia vlla latet,totumq; moueri.
Idem 11.Aen.————— meritis vacat hic tibi ſolus
Fortunaq; locus,non vita gaudia quaro.
Im.Vacabam.Oui.3.de Pot.Ele.3,In nullũ mea mens grande vacabat opus.
Pp.Vacaui.
Con.Vacem,es,et.Prop.li.4.Ele.6,Cæſaris in nomẽ ducũtur carmina: Cæſar
Dum canitur,quaſo Iuppiter ipſe vaces.
Inf.Vacari.Virg.3.Aen. ————— deſertaq; littora Cretæ
Hoſte vacare domos,ſedesq; aſtare relictas.
Vacat.Imp.Iuuen.Sat.1,Si vacat & placidi rationem admittitis edam.
Imp.Vacet Virg.1.Aen. Et vacet annales noſtrorum audire laborum.

COMPOS.

[*Interuaco.*]

P.Vacuo,as,at.
Pp.Vacuaui.
Inf.Vacuare.Mart.li.11.Epig.Si redeant veteres,ingentia nomina,patres,
Elyſium liceat ſi vacuare nemus.

COMPOS.

[*Euacuo.*]

*P.Vado,as,at. Pp.Vadaui,*inuſitatum.

COMPOS.

[*Inuado.*]

[*Peruado.*]

[*Superuado.*]

P.Vado,is,it.Virg 2.Aen. Vadimus immiſti Danais, haud nomine noſtro.
Idem ibidem,————— per tela,per hoſtes,
Vadimus,haud dubiam in mortem.
Pp.Vaſi.
Imp Vade.Hor.1.Epiſt.13,Vade,vale,caue ne titubes,mandataq; frangas.
Vadi-

Vadĭtĕ. *Virg.11.Aen. Vadite,& hac memores regi mandata referte.*
Inf.Vādĕrĕ.

COMPOS.

[*Circūmuādō.*]

[*Ēuādō.*]

Virg.9.Aen. ——————— *noſtráſue euadere demens*
Speraſti te poſſe manus?
Idem 11.Aen. Exuperatq; iugum,ſiluaq; euadit opaca.
Idem 12.Aen. Nec ſpacium euaſit totum,nec pertulit ictum.

[*Īnuādo.*]

Virg.3.Aen. Vicinosq; ignare paras inuadere portus.
Idem 6.Aen. Hic thalamum inuaſit nata,vetitosq; hymenaeos.

[*Pĕruādō.*]

[*Prāuādō.*]

P.Vāgĭō,is,it.
Pp.Vāgiuī,vel
Vāgĭī. *Ouid.2.Faſt. Vagierant ambo pariter,ſenſiſſe putares,*
Hi redeunt vdis in ſua tecta genis.
Con.Vāgĭām,as,at.Oui.4.Faſt.Intus vt infanti vagiat ore puer.
Inf.Vāgīrĕ.

COMPOS.

[*Ōbuāgĭō.*]

P.Vāgītō,as,at.
Con.Vāgītĕm,Stat.4.Sil. ——— *quumq; tibi vagitet tertius infans*
es,et. *Protinus ingenti non venit nuncia curſu*
Littera,qua feſtos cumularet altaribus ignes.
P.Văgŏr,āris.Virg.4.Aen.Vritur infelix Dido,totaq; vagatur
Vrbe furens.
Idem 6.Aen. ——— *ſic tota paſſim regione vagantur.*
Inf.Vāgārī.

COMPOS.

[*Dīuāgŏr.*]

[*Euăgŏr*.]

[*Pĕruăgŏr.*]

[*Sŭpĕruăgŏr.*]

P. Vălĕō, es, et *Vir 9. Eclo.* ——————— *ſed carmina tantum*
Noſtra valent, Lycida, tela inter Martia, quantũ
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

Im. Vălēbām.

Pp. Vălŭi. *Vir. 5. Aen.* *Aſt ipſam miſerandus auem contingere ferro.*
Non valuit, nodos & vincula linea rupit.

Idem 12. Aen. *Viribus haud vllis valuit diſcludere morſus*
Roboris Aeneas: dum nititur acer & inſtat.

Imp. Vălē, *Vir. 3. Eclo.* *Et longum formoſe vale, vale, inquit, Iola.*
& *Idem 11. Aen.* *Aeternumq; vale: Nec plura effatus, ad altos*
Vălētē. *Tendebat muros.*

Con. Vălĕām. *Vir. 9. Eclo.* *Si valeam meminiſſe, neq; eſt ignobile carmen.*

Idem 6. Aen. ——————— *non ipſi excidere ferro*
Cælicolæ valeant, ſtat ferrea turris ad auras.

Vălērēm. *Vir. 12. Aen.* *Aut enſem, quid enim ſine te Iuturna valeret.*

Inf. Vălērĕ.
&
Vălŭiſſĕ. *Vir. 11. Aen.* *Nec magnas valuiſſe preces, alia arma Latinis.*

COMPOS.

[*Cōnuălĕō.*]

[*Ēuălĕō.*]

Vir. 7. Aen. *Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum*
Eualuit, neq; eum iuuere in vulnera cantus
Somniferi, & Marſis quæ ſitæ in montibus herbæ.

[*Inuălĕō.*]

[*Prævălĕō.*]

Stat. 2. Achil. *Quiſquis equo, iaculoq; potens qui præualet arcu.*

[*Rĕuălĕō.*]

Com-

Componitur etiam cum Genitiuo nominis, *Aequus*: ut,

[Aequiualeo.]

Oui. In Philo. Nam quāuis aliæ volucres modulamina tētent,
Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.

P. Văleſcō, is, it.

Con. Văleſcām, as, at. Lucret. lib. 1, Sed potius tali facto recreata valeſcat.

Inf. Văleſcĕrĕ.

COMPOS.

[Cōnuăleſcō.]

[Ēuăleſcō.]

[Inuăleſcō.]

[Prāuăleſcō.]

[Rĕuăleſcō.]

Oui. Epiſt. 20, Ne tamen ignores ope qua reualeſcere poſſis.

P. Vānĕō, es. Pp. Vanui. uerbum inuſitatum.

COMPOS.

[Ēuānĕō.]

Virg. 9. Aen. Mortales medio aſpectus ſermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram.

P. Vāneſcō, is, it. Oui. 3. Am. El. 6, Carmine læſa Ceres ſteriles vaneſcit in herbas.
Idem Epiſt. 1, Fallar & hoc crimen tenues vaneſcat in auras.

COMPOS.

[Ēuāneſcō.]

Oui. 1. Tri. El. 2, Fallor? an incipiunt grauidæ euaneſcere nubes?

[Rĕuāneſcō.]

Oui. 2. Am. El. 9, Quū bene pertæſum eſt, animiq́; reuanuit ardor,
Neſcio quo non miſeræ turbine mentis agor.

SYLLOGI.

Vaneſcere.

[Immiſcere ſe nocti atræ. vide Miſceo.]

P.Văpōrō, as,at. *Virg.11.Aen.* *Succedunt matres & templum ture vaporant.*
Lucret.lib.5, *Inuidia quoniam ceu fulmine ſumma vaporat*
Plerunq; & quæ ſunt altis magis edita cunque.
Pp.Văpōrāuī.
Inf.Văpōrārĕ.

COMPOS.
[*Euăpōrō.*]

P.Văpŭlō,as,at.Prop.li.2.Ele. *Non ego,ſed tenuis vapulat vmbra mea.*
Pp.Vapulaui.
*P.Varico,as,at.Siue Varicor,aris.*deponens.

COMPOS.
[*Diuarico.*]

[*Præuaricor:*deponens.]

P.Vărĭō,as,at.Vir.9.Aen. *Diſcurrunt,variantq́; vices,fuſiq́; per herbam,*
Indulgent vino.
Pp.Vărĭāuī.
Con.Vărĭā-uĕrīm. *Virg.1.Georg.* *Ille vbi naſcentem maculis variauerit ortum*
Conditus in nubem.
In.Vărĭārĕ. *Virg.12.Aen.* *Quem ſimul ac Iuturna ſoror crebreſcere vidit*
Sermonem,& vulgi variare labantia corda.
Ouid.2.Met. *Non erat huius opus lanam mollire trahendo,*
Nec poſitu variare comas.
*P.Vaſto,as,at.Pp.Vaſtaui.In.Vaſtare.*notæ quantitatis.

COMPOS.
[*Dēuāſtō.*]

SYLLOGI.
Vaſtare.

[*Dare cineri:*uide ſub *Do.*]

V ante E.

P.Vĕgĕtō,as,at.

Pp.Vege-

Pp.Vetegaui.
I.Vegetare.
P.Vĕhō,is,it.Virg.8.Aen. *Aegyptum,vireſq́; Orientis,& vltima ſecum*
Bactra vehit,ſequiturq́;,nefas,Aegyptia coniūx.
Idem 10.Aen.Hunc vehit immanis Triton,& cærula concha
Exterrens.
Idem 12.Aen. *Quadriiugo vehitur curru,cui tempora circùm.*
Im.Vĕhēbām.Virg.1.Aen. *Vnam qua Lycios,fidumq́; vehebat Orontem.*
Idem 5.Aen. *Auroram Phaëthontis equi tum luce vehebant.*
*Pp.Vexi.*notæ quantitat.
Con.Vĕhām,Virg.4.Eclog.Alter erit tū Tiphys, & altera qua vehat Argos.
as,at. *Idem 10.Aen.* *Aeneam,armetq́; rates,pelagoq́; vehatur.*
Vĕhĕrēm.Virg.11.Aen. ——————*ne regna videres*
Noſtra,neq; ad ſedes victor veherere paternas.
I.Vĕhĕrĕ.

COMPOS.

[*Aduĕhō.*]
Virg.8.Aen.Electra,vt Graij perhibent,Atlantide cretus,
Aduehitur Teucros.

[*Āuĕhō.*]

[*Circūmuĕhō.*]

[*Cōnuĕhō.*]

[*Dēuĕhō.*]

[*Ēuĕhō.*]

[*Īnuĕhō.*]
Virg.5.Aen. *Centauro inuehitur magna, Scyllaq́; Cloanthus.*

[*Īnuĕhŏr,*Deponens.]

[*Pĕruĕhō.*]

[*Prǣtĕruĕhō.*]
Virg.4.Aen. ——————*viuo præteruehor oſtia ſaxo*
Pantagiæ.

[*Prǣuĕhō.*]

[*Prōuĕhō.*]

Virg.3.Aen. *Prouehimur portu, terraq́; vrbesq́; recedunt.*
Idem eodem, *Prouehimur pelago, vicina Ceraunia iuxta.*

[Rĕuĕhō.]

Virg.8.Aen. *———— Troiam ex hoſtibus vrbem*
Qui reuehis nobis, æternaq́; Pergama ſeruas.

[Sĕuĕhō.]

[Sŭbuĕhō.]

Virg.11.Aen. *Nec non ad templũ, ſummasq́; ad Palladis arces*
Subuehitur magna matrum regina caterua.

[Sŭpĕruĕhō.]

[Trānsuĕhō.]

PHRASES.
Simplicis.

[Phaëthontis equos auroram vehere: eſt Dieſcere.]

Virg.5.Aen. *Auroram Phaëtontis equi tum luce vehebant.*

PHRASES.
in Compoſit.

[Euehi amne in pelagus: eſt Securari, ſeu obliuioni tradi.]

Tibull.li.4, *Et quodcũq; mali eſt, & quicquid triſte timemus,*
In pelagus rapidis euehat amnis aquis.

[Prouehi pelago. eſt Nauigare.]

Virg.3.Aen. *Prouehimur pelago vicina Ceraunia iuxta.*

P.Vēlitor, aris.

P.Vēlo, as, at.Virg.2.Aen. *Nos delubra deûm miſeri, quibus vltimus eſſet*
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem.
Idem 3.Aen. *Et capita antè aras Phrygio velamur amictu.*
Idem 5.Aen. *Sic fatus velat materna tempora myrto.*
Prop li.4.Eleg.3, *Flore ſacella tego, verbenis compita velo,*
Et crepat ad veteres herba Sabina focos.

Im.Vēlabām.Virg.8.Aen *Populeas inter ſenior ſe attollere frondes*
Viſus, eum tenuis glaculo velabat amictu
Carbaſus.

Pp.Vēlāuī. *Virg.8.Aen.* *Velauitq́; comas, folijsq́; innexa pependit.*

Imp.Vēlā. *Virg.7.Aen.* *Velet honos leues humeros, vt fibula, crinem*
Auro internectat.

Vēlā-

Vēlātĕ. *Oui.1.Met.fab.11,Et velate caput,cinctaſq́, reſoluite veſtes.*
Vēlārĕ *Virg.3.Aen.* *Purpureo velare comas adopertus amictu.*

COMPOS.

[Aduēlŏ.]

Virg.5.Aen. ——— *viridiq́, aduelat tempora lauro.*

[Cōnuēlŏ.]

[Dēuēlŏ.]

Oui.6.Met.fab.Oraq́, deuelat miſeræ pudibunda ſororis.

[Euēlŏ.]

[Prăuēlŏ.]

[Rĕuēlŏ.]

PHRASES.

in Simplici.

[Velari humo:vel
Humum aliquem velare:eſt Sepeliri.]

Mart.li.1.Epig.56, Labicana leui ceſpite velat humus.

[Velari ſomno.vel amictu ſomni:eſt Dormire.]

Tibul.li.3.Eleg.4, Et quum te fuſco ſomnus velauit amictu,
Vanum nocturnis fallit imaginibus.

P.Venenŏ,as,at.Hor.1.Epi.14,Non iſtic obliquo oculo mea cōmoda quiſquā
Limat,non odio obſcuro,morſuq́, venenat.

Pp.Vĕnēnāuī.

Con.Venenem,es,et.Lucret.li.6,Vt cæli ſpacium quadam de parte venenet.

In.Vĕnēnārĕ.

SYLLOGI.

Venenare.

[Diſſipare venenum:vide Sipo.
Inficere tabe:vide Facio.
Inſpirare virus:vide Spiro.
Spargere venenum:vide Spargo.]

P.Vĕnĕrŏr.aris. Quod uerbum quidam compoſitum eſſe uolunt ex *Venia* & *oro*, quaſi dicas *veniam oro*:Sed quum analogicè hoc magis,quàm reuera ita ſe habeat,tanquam ſimplex illud huc poſui,non refellens tamen eorum opinionem.

Virg.

Virg.3.Aen. *Huc feror, hac feſſos tuto placidiſsima portu*
Accipit, egreſsi veneramur Apollinis vrbem.
Idem eodem, *Numina magna loci iuſsi veneramur, & inde*
Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori.
Idem 5.Aen. *Farre pio, & plena ſupplex veneratur acerra.*
Im.Vĕnĕrābār. *Virg.3.Aen.* *Multa mouens animo, nymphas venerabar agreſtes.*
Idem eodem, *Templa dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto.*
Pp.Vĕnĕrātŭs ſum.
Fut.Vĕnĕrābŏr. *Virg.4.Georg.* *Placatam Eurydicen vitula venerabere cæſa.*
Idem 7.Aen. *——te Turne nefas, te triſte manebit.*
Supplicium, votisq́; deos venerabere ſeris.
Imp.Vĕnĕrārĕ. *Virg.1.Georg.* *In primis venerare deos, atq; annua magnæ*
Sacra refer Cereri.
Idem 4.Georg. *————————— tu munera ſupplex*
Tende, petēs pacem & faciles venerare Napæas.
Inf.Vĕnĕrārī.

COMPOS.

[Adŭĕnĕrŏr.]
[Dĕuĕnĕrŏr.]

P.Vĕnĭŏ, is, it. *Virg 1.Georg.* *Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuæ.*
Idem 4.Aen. *Nec venit in mentem quorum conſederis aruis.*
Im.Vĕnĭēbām. *Vir.4.Geor.* *Redditaq́; Eurydice ſuperas veniebat ad auras.*
Pp.Vēnī. *Virg.1.Eclog.* *Reſpexit tamen & longo poſt tempore venit.*
Idem 2.Aen. *Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.*
Idem 6.Aen. *Venimus & magnos Erebi tranauimus amnes.*
Idem 8.Aen. *Interea ſacra hæc (quando huc veniſtis amici)*
Annua, quæ differre nefas, celebrate fauentes.
Fut.Vĕnĭām, es, et. *Vir.1.Ecl.* *Pars Scythiā & rapidū Cretæ veniemus Oaxē.*
Imp.Vĕnī & *Virg.2.Geor.* *Huc pater ô Lenæē veni, nudataq́; muſto.*
Vĕnītŏ. *Idem 3.Eclog.* *Quum faciam vitula pro frugibus ipſe venito.*
Con.Vĕnīrēm. *Virg.11.Aen.* *Tene inquit, veneraude puer, quū læta veniret*
Inuidit fortuna mihi.
Vēnīſſēm. *Idem 11.Aen.* *Terra viros, vltrò Inachias veniſſet ad vrbes.*
I.Vĕnīrĕ. & *Vir.1.Aen.* *Atq; equidem Teucrum memini Sidona venire.*
Vēnīſſĕ. *Virg.4.Aen.* *Veniſſe Aeneam Troiano à ſanguine cretum.*
Vĕnītŭr, Imp. *Oui.3.Faſt.* *Seu quod ad vſq; decē numero creſcēte venitur.*

COM-

COMPOS.

[*Aduĕnĭō.*]

Virg. 7. Aen. Aduenisse diem, quo debita mœnia condant.
Idem eodem, Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla.
Idem eodem, Si iungi hoſpitio properat, ſociusq; vocari. Adueniat.

[*Āntĕuĕnĭō.*]

Virg. 3. Georg. Semper enim refice, ac ne poſt amiſſa requiras, Anteueni, & ſobolem armēto ſortire quotannis.

[*Cōnuĕnĭō.*]

Virg. 5. Eclog. Cur non, Mopſe, boni quoniam cōuenimus ambo.
Idem 1. Aen. Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.

[*Dēuĕnĭō.*]

Virg. 4. Aen. Speluncam Dido, dux & Troianus eandem Deueniunt.
Idem 6. Aen. Deuenere locos lætos, & amœna vireta.

[*Dīſcōnuĕnĭō.*]

Hor. 1. Epiſt. 14, Non eadem miramur, eò diſconuenit inter Meq; & te.

[*Ēuĕnĭō.*]

Virg. 2. Aen. O dulcis coniux, non hæc ſine numine diuûm Eueniunt.

[*Intĕruĕnĭō.*]

Clau. li. 2. de Rap. Proſ. Incipiens redimitur hyems, quū tramite (flexo Semita diſcretis interuenit humida nimbis.

[*Inuĕnĭō.*]

Virg. 2. Eclog. Inuenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis.

[*Ōbuĕnĭō.*]

[*Pĕruĕnĭō.*]

Virg. 9. Eclog. O Lycida viui peruenimus, aduena noſtri Quod nunquam veriti ſumus.
Idem 10. Aen. ——————— etiam ſua Turnum Fata vocant, metasq; dati peruenit ad æui.

[*Prǣuĕnĭō.*]

[*Prōuĕnĭō.*]

Virg.

Virg.12.Aen. *Non hac humanis opibus, non arte magiſtra*
Proueniunt, neq; te Aenea mea dextera ſeruat.

[*Rĕcōnuĕniō.*]

[*Rĕuĕniō.*]

[*Sŭbuĕniō.*]

Vir.12.Aen. *Nulla viam fortuna regit, nihil auctor Apollo*
Subuenit, & ſauus campis magis, ac magis horror
Crebreſcit.

[*Sŭpĕruĕniō.*]

Vir.6.Eclo. *Addit ſe ſociam, timidisq; ſuperuenit Aegle.*
Hor.1.Epiſt.4, *Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora.*

P.Vĕnŏr,aris.Hor.1.Epiſt.19, *Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor*
Impenſis cœnarum & tritæ munere veſtis.
Prop.li.4.El.2, *Caſsibus impoſitis venor, ſed arundine ſumta,*
Faunus plumoſo ſum deus aucupio.

Fut.Vĕnābŏr.Vir.10.Eclo. *Aut acres venabor apros, non me vlla vetabunt*
Frigora.
Vir.3.Geor. *Et canibus leporem, canibus venabere damas.*

I.Vĕnārī.

COMPOS.

[*Pĕruĕnŏr.*]

SYLLOGI.

Venari.

[*Fatigare feras: vt Ceruos, apros, &c. vide Fatigo.*]

P.Vĕntĭlō,as,at.Prop.li.4.El.3, *Hanc Venus vt viuat ventilat ipſa facem.*
P.Vĕnūſtō,as,at.

COMPOS.

[*Dēuĕnūſtō.*]

P.Vĕrēcŭndŏr,ārĭs.
P.Vĕrĕŏr,ērĭs. *Virg.3.Eclog.* ——— *ac ne me ſibi præferat illa veretur.*
Idem 9.Eclog. *Aut ſi nox pluuiam ne colligat antè veremur.*
Im.Vĕrēbăr.Vir.9.Aen. *Niſus ad hæc: Equidem de te nil tale verebar.*

Pp.Vĕri-

P.Vĕrĭtŭs ſum. *Vir.9.Eclo.* *Quod nunquam veriti ſumus vt poſſeſſor agelli Diceret,hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.*
Prop.li.4. Eleg.1, *Et verita eſt humeros vrere flamma pios.*

Inf.Vĕrērī.

COMPOS.

[*Rĕuĕrĕŏr.*]

Oui.Epiſt.4, *I nunc & meriti lectum reuerere parentis.*

[*Sŭbuĕrĕŏr.*]

P.Vĕrĭfĭcŏ,as,at.
&
Vĕrĭfĭcŏr.paſſ. uide ſub uerbo *Facio.*

SYLLOGI

Verificari.

[*Accipere fidem:vide Capio.*]

P.Verro,is,it. notæ quantitatis.

COMPOS.

[*Ēuĕrrŏ.*]

PHRASES.

[*Verrere æquora:pro Remigare.*]

Virg.4.Aen. *Adnixi torquent ſpumas & cærula verrunt.*

[*Verrere æquora remis.*]

Vĕrtŏ,is,it.Pp.Verti.Infi.Vertere. notæ quantitatis, compoſita. *Aduerto, Conuerto, Deuerto,Euerto,Inuerto,Obuerto,Prauerto, Subuerto,* ſunt notæ quantitatis.

Quædam deponentia hinc fiunt: ut,

[*Dĭuĕrtŏr.*]

[*Rĕuĕrtŏr.*]

Vir.11.Aen. *Nunc ad te,& tua magne pater conſulta reuertor.*

Compoſitum eſt præterea cum *Animo:*ut,

[*Ănĭmăduĕrtŏ.*]

PHRA-

PHRASES.

[*Vertere glebas: eſt Arare.*
Vertere in cinerem: eſt Exurere.]

Oui.2.Met.fab.2, Cumq́; ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt.

[*Vertere ſolum: eſt Fugere vel Aufugere.*]

Pru.in Pſych. His dictis cura emota, metus & labor & vis,
Et ſcelus & placita fidei fraus inficiatrix
Depulſa vertere ſolum.

P.Veſtigō, as, at *Virg.12.Aen.* ——— *ſolum in denſa caligine Turnum*
Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit.

Pp.Veſtigāui.Vir.12.Aen. Incluſas vt quum latebroſo in pumice paſtor
Veſtigauit apes, fumoq́; impleuit amaro.

Imp.Veſtigā.Virg.7.Aen. Quæ loca, quiue habeant homines, vbi mœnia gentis
Veſtigemus, & à portu diuerſa petamus.

Inf.Veſtigārĕ.

COMPOS.

[*Inueſtigō.*]

[*Pērueſtigō.*]

P.Veſtiō, is, it. notæ quantitatis.
Im.Veſtiēbām, per ſyncop.
Veſtibām. *Virg.8.Aen.* *Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuenta.*
Pp.Veſtiuī, vel
Veſtiī.
Fut.Veſtiām, es, et.Vir.4.Ecl. Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.
Inf.Veſtīrĕ.Virg.2.Georg. Conſerere, atq́; olea magnum veſtire Taburnum.

COMPOS.

[*Inueſtiō.*]

P.Vetĕraſcō, is, it.
Inf.Vetĕrāſcĕrĕ.

COMPOS.

COMPOS.

[*Inuĕtĕrāſcō.*]

Lucret lib.4, Vlcus enim viuiſcit & inueteraſcit alendo.

P.Vetero,as,at. inuſitatum.

COMPOS.

[*Īnuĕtĕrō.*]

P:Vĕtō,as,at.Vir.3.Aen. *Scire Helenum,fariq́; vetat Saturnia Iuno.*
Idem 8.Aen. *Sacra vetat,raptoq́; volat telo obuius ipſe.*
Hor.1.Ser.Sat. ——— *ridentem dicere verum*
Quid vetat?
Im:Vĕtābām.Vir.2.Aen. *Inſontem,infando indicio,quia bella vetabat,*
Demiſere neci.
Idem 8.Aen. *Nec pater omnipotens, Troiam,nec fata vetabāt*
Stare,decemq́; alios Priamū ſupereſſe per annos.
Pp.Vĕtŭī. Vir.1.Geor. ——— *riuos deducere nulla*
Relligio vetuit,ſegeti prætendere ſepem.
Fut.Vĕtābō,Vir.10.Eclo. is,it. ——— *non me vlla vetabunt*
Frigora,Parthenios canibus circumdare ſaltus.
I.Vĕtārĕ.

COMPOS.

[*Prāuĕtō.*]

P.Vĕtūſtēſcō,is,it.

V. ante I.

P:Viaticor,aris.
P.Vibrō,as, at. *Vir.11.Aen.* ——— *haſtasq́; reductis*
Protendunt longè dextris,& ſpicula vibrant.
Im:Vibrabām. *Oui.1.Met.fab.13,Obuiaq́; aduerſus vibrabant flamina veſtes.*
Pp.Vibrāuī.

Sili.lib.10, *Stridentem gelidis vibrauit viribus haſtam,*
Quæ medias velox raptim præteruolat auras.

I.Vībrārē,ri,Oui.Epiſt 11,Sic mea vibrari pallentia membra videres.
&
Vibrārē,ri. Cat.Car.34, Vouit,ſi ſibi reſtitutus eſſem,
Deſiſſemq́; truces vibrare Iambos.

P.Vidēō,es,et.Virg.10.Eclo.Alpinas ah dura niues & frigora Rheni
Me ſine ſola vides,ah ne te frigora lædant.

Im.Vidēbām.Virg.1.Aen. Nàmq́; videbat vti bellantes Pergama circum
Hac fugerent Graij,premeret Troiana iuuentus.

Pp.Vidi. Virg.2.Aen. ————————— *quæq́; ipſe miſerrima vidi,*
Et quorum pars magna fui.
Idem 6.Aen. Vt videre virum,fulgentiaq́; arma per vmbras.

Fut.Vidēbō.Virg.1.Eclog. Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro
Dumoſa pendere procul de rupe videbo.

Con.Vidĕām, Vir.1.Georg.Et ſtudio in caſſum videas geſtire lauandi.
as,at.

Inf Vidērē.Virg.2.Georg. Naricia q́; picis lucos,iuuat arua videre.
&
Vidēri. Idem 6.Eclog Soluite me,pueri,ſatis eſt potuiſſe videri.

Vidiſsē. Virg.3.Aen. Quàm ſemel informem vaſto vidiſſe ſub antro.
Idem 6.Aen. Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt,iuuat vſq́; morari.
Idem eodem, Aut videt,aut vidiſſe putat per nubila Lunam.

Sup.Vīsūm,ſu.Virg.3.Aen.Nec viſu facilis,nec dictu affabilis vlli.

Ger.Vidēndi,do,dum.Vir.1.Ecl.Et quæ tanta fuit Romā tibi cauſa vidēdi?

COMPOS.

[*Inuĭdēō*, quod eſt non benè uolo alicui.]

Virg.1.Eclog. Non equidem inuideo,miror magis, vndiq́; totis.
Idem 8.Aen. Sed mihi tarda gelu,ſeclis effœta ſenectus
Inuidet imperium.
Idem 7.Eclog.Liber pampineas inuidit collibus vuas.

[*Pērŭĭdēō.*]

Hor.1.Ser.Sat.3, Quū tua peruideas oculis mala lippus inūctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum.

[*Prăŭĭdēō.*]

Virg.

Virg.5.Aen. ——————*ictum venientem à vertice velox.*

[*Prōuĭdĕō.*]

[*Rĕuĭdĕō.*]

[*Sūbĭnuĭdĕō.*]

[*Trānſuĭdĕō.*]

SYLLOGI.

Vider.

[*Paſcere lumina.*]

P.Vidŭō,as, *Hor.2.Car.Od.9,* *Querceta Gargani laborant*
at. *Et ſolijs viduantur orni.*
Pp.Vidŭāuī.
Con.Vidŭāſ- *Virg.8.Aen.* *Huic capiti inſultans,tot ferro ſæua dediſſet.*
ſēm. *Funera,tam multis viduaſſet ciuibus vrbem.*
Inf.Vidŭārĕ.
P.Vĭĕō,es,et.
P.Vĭgĕō,es,et, *Virg.4.Aen.* *Fama malum quo non aliud velocius vllum,*
Mobilitate viget,vireſq́; acquirit eundo.
Oui 9.Met.fab.4, *Parte ſui meliore viget, maiorq́; videri*
Cœpit,& auguſta fieri grauitate verendus.
Im.Vĭgēbām, *Vir.2.Aen.* *Dum ſtabat regno incolumis,regnumq́; vigebat*
as,at. *Conſilijs,& nos aliquid nomenq́; decuſq́;*
Geſſimus.
Pp.Vĭgŭī.
I.Vĭgērĕ.

COMPOS.

[*Pērnĭgĕō.*]

P.Vĭgēſcō,is,it. *Cat.Epi.43,* *Iam læti ſtudio pedes vigeſcunt.*
P.Vĭgĭlō,as,at. *Vir.10.Aen.* *Tum ſic ignarum alloquitur,vigilásne deũ gens.*
Pp.Vĭgĭlāuī.
Im.Vĭgĭlā, *Virg.10.Aen.* *Aenea,vigila & velis immitte rudentes.*
Vĭgĭlātĕ. *Idem 4.Aen.* *Præcipites vigilate viri,& conſidite tranſtris.*
I.Vĭgĭlārĕ.

COMPOS.

[*Ăduĭgĭlō.*]

[*Ēuĭgĭlō.*]

[*Īntĕruĭgĭlō.*]

[*Īnuĭgĭlō.*]

Vir.4.Geor. *Namq; alia victi inuigilant, & fœdere pacto*
Exercentur agris.

Proper.li.4.El.4, ——————— *ſed Iuppiter, vnus*
Decreuit pœnis inuigilare tuis.

[*Pĕruĭgĭlō.*]

Vir.1.Geor. *Et quidam ſeros hiberni ad luminis ignes*
Peruigilat, ferroq; faces inſpicat acuto.

Legitur etiam paſsiuè poſitum, ſed in tertijs perſonis tantùm.

Oui.Epi.12, *Non mihi grata dies, noctes vigilantur amara,*
Nec tener in miſero pectore ſomnus adeſt.

Imperſonale eſt, *Vigilatur.*

Mar.li.12.Epi. *Otia me ſomnusq; iuuant, quæ magna negauit*
Roma mihi, redeo ſi vigilatur & hic.

SYLLOGI.

Vigilare.

[*Non adeſſe ſumnum in tenero pectore.* vide *Sum.*
Fugare ſomnos.]

P.Vīlĕō,es,et.
Pp.Vīlŭī.
In.Vīlērĕ.
P.Vīlēſcō,is,it.
Inf.Vīlēſcĕrĕ.

COMPOS.

[*Ēuīlēſcō.*]

[*Rĕuīlēſcō.*]

P.Vin-

P.Vincō,is,it. notæ quantitat.
Pp.Vīcī. Virg.11.Aen. Contra ego viuendo vici mea fata,ſuperſtes
Reſtarem vt genitor.
Inf.Vīcīſſē. Virg.11.Aen. At iuuenis viciſſe dolo ratus,auolat ipſe
Haud mora,conuerſiſq́; fugax aufertur habenis.

COMPOS.

[*Cōnuīcī.*]

[*Dēuīcī.*]

[*Ēuīcī.*]

[*Pēruīcī.*]

[*Rēuīcī.*]

P.Vindēmiō,as,at.
*P.Viō,as,at.Pp.Viaui,*à *Via* deriuatum & inuſitatum.

COMPOS.

[*Dēuiō.*]

[*Ōbuiō.*]

[*Trāuiō vel Trānsuiō.*]
Lucret.lib.4, Qualia ſunt vitri ſpecies quæ trauiat omnis
Præterea parteis in cunctas diuiditur vox.

P.Viŏlō,as,at.
Pp.Viŏlāuī.Virg.11.Aen. Appetij,& Veneris violaui vulnere dextram.
Idem ibidem, Quicunq; Iliacos ferro violauimus agros.
Con.Viŏlēm.Virg.4.Aen. Antè pudor quàm te violē,aut tua iura reſoluā.
Viŏlāuĕrīm.Virg.12.Aen. Indum ſanguineo veluti violarit oſtro
& Si quis ebur.
Viŏlārīm.Idem eodem, Hac,quicūq; ſacrum violarit vulnere corpus.
Viŏlāſſem.Idem 2.Aen. Nam ſi veſtra manus violaſſet dona Mineruæ.
Inf.Viŏlārĕ.Virg.7.Aen. Et violare manu,maliſq́; audacibus orbem
& Fatalis cruſti,patulis nec parcere quadris.
Viŏlārī. Idem 12.Aen. Mortalin' decuit violari vulnere diuûm?

P.Vĭrĕō,es,et. *Virg.2.Georg.*———— *his genus omne*
Siluarum,fruticumq́; viret,nemorumq́; ſacrorũ.
Oui.2.Met.fab. *Pectora felle virent,lingua eſt ſuffuſa veneno.*
Pp.Vĭrŭī.
Fut.Vĭrēbō. *Virg.Eclog.7,* *Phyllidis aduentu noſtra nemus omne virebit.*
Inf.Vĭrērĕ. *Virg.6.Aen.* *Quale ſolet ſiluis brumali frigore viſcum*
Fronde virere noua,quod non ſua ſeminat arbos.

COMPOS.

[Intĕrvĭrĕō.]

P.Vĭrēſcō,is,it. *Virg.1.Georg.* *Arborei fœtus alibi atq; iniuſſa vireſcunt.*
Gramina.

COMPOS.

[Euĭrēſcō.]
[Rĕuĭrēſcō.]

Virg.2.Georg.———— *cæſaq́; reuerti*
Poſſunt atq; ima ſimiles reuireſcere terra.
Oui.2.Met.fab.———— *læſusq́; iubet reuireſcere ſiluas.*

A *Vir* deriuatur uerbum compoſitum,
[Euĭrō.]

[Euĭrāuī.]

Catull.Car.61, *Rabidum ſalum tuliſtis,truculentaq́; pelagi,*
Et corpus euiraſtis Veneris nimio odio.

P.Vĭrēſcō,is,it. Idem quod maiores uires acquiro, ut ait Non. citans uerſiculum Furij,
Hinc creſcunt animi,vireſcit vulnere virtus.

P.Vĭrĭdō,as,at.
Pp.Vĭrĭdāuī.
Inf.Vĭrĭdārĕ.

A *viſceribus* formatur uerbum compoſitum:
[Euĭſcĕrō,as. eſt idem quod *Excorio, Macto.]*

Virg.11.Aen. *Conſequitur pennis ſublimem in nube columbã,*
Comprenſamq́; tenet,pedibusq́; euiſcerat vncis.

P.Vĭsĭtō,as,at. Frequentat. à *Video.* *Pp.Vĭ-*

Pp. Vīsĭtāuī.
I. Vīsĭtārĕ.

COMPOS.

[*Rĕuīsĭtō.*]

P. Vīsō,is,it.
Pp. Vīsī.
Inf. Vīsĕrĕ.
Ger. Vīsĕndī. Virg. 2. Aen. *Vndiq; viſendi ſtudio Troiana iuuentus.*
do,dum, *Circumfuſa ruit.*

COMPOS.

[*Īntĕruīsō.*]

[*Īnīſō.*]

Virg. 8. Aen. *Protinus Arcadia gelidos inuiſere fines.*

[*Prōuīsō.*]

[*Rĕuīſō.*]

Virg. 7. Eclog. *Sæpius at ſi me, Lycida formoſe, reuiſas,*
Fraxinus in ſiluis cedet tibi, pinus in hortis.
Idem 1. Georg. *Progeniem paruam, dulcesq; reuiſere nidos.*
Idem 2. Aen. *Reddite me Danais, ſinite inſtaurata reuiſam*
Prælia.

P. Vĭtĭō,as,at. Oui. 7. Met. fab.————*vitiantur odoribus auræ.*
Pp. Vĭtĭāuī.
Inf. Vĭtĭārĕ.

COMPOS.

[*Cōnuĭtĭŏr. Deponens.*]

[*Prǣuĭtĭō*]

Oui. 14. Met. fab. Hunc dea præuitiat, portentificisq; uenenis
Inquinat.

P. Vītō,as,at.
Pp. Vītāuī.

Inf. Vītārĕ, &
Vītauīſſĭ, vel Virg. 2. Aen. Teſtor in occaſu Troiæ nec tela, nec ullas
Vītāſſĕ. *Vitauiſſe vices Danaûm.*

COMPOS.

[Dēuītŏ.]

[Euītŏ.]

[Īnuītŏ.]

Virg. 1. Georg. Inuitat genialis hyems, curasq́; reſoluit,
Idem 4. Georg. Inuitent croceis halantes floribus horti.

[Sŭbīnuītŏ.]

ADAGIA.

[Vitare rupem, & puteum vitare patentem.]
Hor. 2. Epiſt. 2, Poſſet qui rupem & puteum vitare patentem.

P. Vĭtŭlŏr, aris. Idem eſt quod ut uitulus præ lætitia exulto.

P. Vitupero, vide Paro.

P. Vĭuīſco, is, it. Lucret. li. 4, Quod cupido affixum cordi viuiſcit, vt ignis.
Idem eodem, Vlcus enim viuiſcit, & inueteraſcit alendo.

COMPOS.

[Rĕuīuīſcŏ.]

P. Vīuŏ, is, it. Virg. 3. Aen. *Nate dea, viuisne? aut ſi lux alma receſſit,*
Hector vbi eſt? dixit.
Idem 8. Aen. *Si viſurus eum viuo, & venturus in vnum*
Vitam oro.

Pp. Vixi. notæ quantitatis.

Imp. Vīuĕ, &
Vīuĭtĕ. *Virg. 8. Eclog. Omnia vel medium fiant mare, viuite ſiluæ.*
Hor. 2. Ser. Sat. 6, Dum licet in rebus iucundis viue beatus,
Viue memor quàm ſis æui breuis.
Idem 2. Ser. Sat. 2,—————quæ circa viuite fortes
Fortiaq́; aduerſis opponite pectora rebus.

Inf. Vīuĕrĕ. Virg. 1. Aen. *Spemq́; metumq́; inter dubij ſeu viuere credant*
Siue extrema pati. *Ger.*

Ger. Viuēndī, Virg. 10. Aen. Tantáne me tenuit viuendi nate voluptas?
do, dum. Idem 11. Aen. Contrà ego viuendo vici mea fata, ſuperſtes.

COMPOS.

[*Ādūīuō.*]

[*Cōnūīuō.*]

[*Et Cōnūīuōr*, deponens.]

[*Pērūīuō.*]

[*Prōūīuō.*]

[*Rēūīuō.*]

Oui. 1. de Pont. El. 4, Et iam deficiens ſic ad tua verba reuixi
Vt ſolet.

[*Sŭpērūīuō.*]

[Imperſonale eſt, *Viuitur.*]

Oui 1. Met. fab. Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus.

SYLLOGI.

Viuere.

[*Ducere vitam. vide Duco.*
Frui vita. vide Fruor.
Spiritum regere artus. vide Rego.
Veſci aura vitali. vide Veſcor.]

V ante L.

P. Vlŭlō, as, at. Vir. 2. Aen. ——————*penitusq; caua plangoribus ædes*
Fœmineis vlulant, ferit aurea ſidera clamor.
Pp. Vlŭlāuī. Vir. 4. Aen. ———*ſummoq; vlularunt vertice Nymphæ.*
In. Vlŭlārē. Virg. 6. Aen. ———————————— *iuga cœpta moueri*
Siluarum, viſæq; canes vlulare per vmbram.
Idem 7. Aen. Sæuire, ac forma magnorum vlulare luporum.

COMPOS.

[*Exŭlŭlō.*]

Ouid.1.Met fab. *Territus ipſe fugit, nactusq́ ſilentia ruris Exululat.*

Idem 6.Met.fab. *Exululant euaq́ ſonant.*

V ante N.

P.Vnĭō,is,it.
Pp.Vnīuī, &
Vnĭī.
I.Vnīrĕ.

V ante O.

P Vŏcĭtō,as,at.

P.Vŏcō,as,at.Virg.3.Aen. *Irruimus ferro, & diuos ipſumq́ vocamus In prædam partemq́ Iouem.*

Idem eodem, *Iam ſua, nos alia ex alijs in fata vocamur.*

Idem 4.Aen. *Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.*

Im.Vŏcābām,as,at.Vir.1.Eclo. *Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.*

Pp.Vŏcāuī. Virg.7.Aen. *Sede ſedens, Teucros ad ſeſe in tecta vocauit.*

Fut.Vŏcābō.Virg.6.Aen. *Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit.*

Idem 1.Aen. *Accipies ſecura, vocabitur hic quoq́ votis.*

Imp.Vŏcā. Virg.4.Aen. *Vade age nate, voca Zephyros, & labere pennis.*

Con.Vŏcāſſem Vir.6.Aen. *Ni palmas ponto tendens vtraſq́ Cloanthus Fudiſſetq́ preces diuosq́ in vota vocaſſet.*

I.Vŏcārĕm. Idem 9.Aen. *Quos pater Aeneas ſi quando aduerſa vocarent, Rectores iuuenum, & rerum dedit eſſe magiſtros.*

Inf.Vŏcārĕ.Virg.5.Aen. *Auxilioq́ vocare deos, & tendere palmas.*

Vŏcārī. Idem 9.Aen. *Si iungi hoſpitio properat, ſociusq́ vocari.*

COMPOS.

[*Ădvŏcō.*]

Virg.8.Aen. *Deſuper Alcides telis premit, omniaq́ arma Aduocat, & ramis vaſtisq́ molaribus inſtat.*

[*Āuŏcō.*]

[*Auōcō.*]

[*Cōnuocō.*]

[*Dēuōcō.*]

[*Ēuōcō.*]

Virg.4.Aen. *Tum virgam capit, hac animas ille reuocat Orco*
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.

[*Īnuocō.*]

Virg.7.Aen. *Idaumq́; Iouem, Phrygiamq́; ex ordine matrem,*
Inuocat, & duplices cœloq́;, Ereboq́; parentes.

[*Prōuōcō.*]

Virg.3.Aen. ———— *tum curſibus auras*
Prouocet, ac per aperta uolans, ceu liber habenis.

[*Rēuōcō.*]

Virg.9.Aen. ———— *cunctatur & amnis*
Rauca ſonans, reuocatq́; pedem Tyberinus ab alto.
Idem eodem, ———— *quacunq; mihi fortuna, fidesq́; eſt,*
In veſtris pono gremijs, reuocate parentem.

[*Sēuōcō.*]

Oui.2. Met.fab.17, Seuocat hunc genitor, nec cauſam faſſus amoris.

PHRASES.

[*Vocari ab Orco in vaſtos amnes: eſt Mori.*]

Tibull.li.3.Eleg.3, Me vocet in vaſtos amnes, nigramq́; paludem,
Diues in ignaua luridus Orcus aqua.

P.Vŏlĭtō,as,at.Virg.6.Aen.Centū errant annos volitātq́; hac littora circū.
Idem 12.Aen. Ductores auro volitant, oſtroq́; decori.
Oui.2.Met.fab. ———— *volitant ſuper ora fauillæ.*

Im.Vŏlĭtābām. Virg.11.Aen.Et circumfuſo volitabant milite Volſci.

Pp.Vŏlĭtāuī.

Inf.Vŏlĭtārē.Virg.1.Georg.Sæpe leuem paleam & frondes volitare caducas.
Idem 3.Georg. ——— *tentanda uia eſt qua me quoq; poſſim*
Tollere humo, victorq́; virûm volitare per ora.
Mart.lib.1.Epig. Aethereas laſciue cupis volitare per auras,
I fuge, ſed poteras tutior eſſe domi.

COMPOS.

[*Auŏlĭtō.*]

[*Circūmuŏlĭtō.*]

Virg.1.Georg. Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo.

[*Ēuŏlĭtō.*]

[*Inuŏlĭtō.*]

Horat.4.Car.Od.10, Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderint comæ.

[*Pĕruŏlĭtō.*]

Virg.2.Aen. Omnia peruolitat latè loca, iamq́ ſub auras.
Erigitur, ſummiq́ ferit laquearia tecti.

[*Sŭpĕrŭolĭtō.*]

Virg.6.Eclog. ———————— & quibus antè
Infelix ſua tecta ſuperuolitauerit alis.

P.Vŏlō, as, at.Virg.1.Geor. ———————— notaſq́ paludes.
Deſerit, atq́ altam ſupra volat ardea nubem.

Idem 1.Aen. Iamq́ faces & ſaxa uolāt, furor arma miniſtrat.

Horat.in Art. ———————— volat irreuocabile verbum.

Im.Vŏlābām.Vir.4.Aen. Haud aliter terras inter cœlumq́ volabat.

Pp.Vŏlāuī.

Con.Vŏlārēm.Virg.7.Aen. Illa vel intacta ſegetis per ſumma uolaret
Gramina.

Inf. Vŏlārĕ. Virg.4.Georg. Omnia, nec morti eſſe locum, ſed viua volare
Sideris in numerum.

Idem 12.Aen. Incendi muros, ignes ad tecta volare.

Ger.Vŏlāndi, do, dum.Virg.6.Aen. Paſcentes illæ tantum prodire volando.

COMPOS.

[*Ab vel Āuŏlō.*]

Virg.11.Aen. At iuuenis viciſſe dolo ratus, auolat ipſe,
Haud mora, conuerſisq́ fugax aufertur habenis.

[*Aduŏlō.*]

Virg.10.Aen. Aduolat, haud alia eſt Turni venientis imago.

[*Antĕuŏlō.*]

Virg.12.Aen. Anteuolant, ſonitumq́ ferunt ad littora venti.

[*Circūm-*

[*Circūmuŏlō.*]

Virg.6.Aen. *Sed nox atra caput triſti circumuolat vmbra.*

[*Cōnuŏlō.*]

[*Dēuŏlō.*]

Virg.4.Aen. *Mille trahens varios aduerſo ſole colores*
Deuolat,& ſupra caput aſtitit.

[*Ēuŏlō.*]

Virg.7.Aen. *Euolat,& natam frondoſis montibus abdit.*

Idem 9.Aen. *Euolat infelix,& fœmineo vlulatu*
Sciſſe comam,muros amens.

[*Īnuŏlo.*]

Lucan.lib.6, ——————— *quid corpore Magni*
Proiecto rapiat,quos Cæſaris inuolet artus.

[*Intēruŏlo.*]

[*Intrōuŏlo.*]

[*Pēruŏlō.*]

[*Prætēruŏlō.*]

Sili.lib.10, *Stridentem gelidis vibrauit viribus haſtam,*
Quæ medias velox raptim præteruolat auras.

[*Præuŏlō.*]

[*Prōuŏlō.*]

Virg.12.Aen. *Nigra velut magnas domini quum diuitis ædes*
Peruolat,& pennis alta atria luſtrat hirundo.

[*Rēuŏlō.*]

Virg.1.Georg. *Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi.*

[*Sūbuŏlō.*]

[*Sūbtēruŏlō.*]

[*Sŭpēruŏlō.*]

Virg.10.Aen. *Ille aſtu ſubit,ac tremebunda ſuperuolat haſta,*
Et genua amplectens effatur talia ſupplex.

Oui.4.Met.fab *Deſpectat terras, totumq́ ſuperuolat orbem.*

[*Trānſuŏlō.*]

PHRA-

PHRASES.

[*Volare pelago: eſt Nauigare*]

Virg.3.Aen. *Linquimus Ortygiæ portus, pelagoq́; volamus.*

SYLLOGI.

Volare.

[*Secare ventos. vide Seco.*]

P. Vŏlō.
Vis. *Vir.3.Eclog.* *Vis ergo inter nos quid poſsit vterq; viciſsim Experiamur?*
Im. Vŏlēbām. Vir. Eclog.7. *Alternis igitur contendere verſibus ambo Cæpere, alternos Muſæ meminiſſe volebant.*
Idem 1.Aen. *Seq; ortum antiqua Teucrorum ſtirpe volebat.*
Pp. Vŏlŭī. *Virg.5.Aen.* *Semper honoratum, ſic dij voluiſtis, habebo.*
Idem 10.Aen. *Duxiſti, & tales voluiſti expendere pœnas.*
Con. Vĕlīm. Virg.1.Georg. ——————— *vrbis ne inuiſere Cæſar Terrarumq́; velis curam, & te maximus orbis.*
Idem 1.Aen. *Hunc lætum Tyrijsq́; diem, Troiaq́; profectis Eſſe velis, noſtrosq́; huius meminiſſe minores.*
Idem 2.Aen. *Hoc Ithacus velit, & magni mercentur Atridæ.*
Vŏlŭīſſēm. *Virg.2.Aen.* *Me ſi cœlicolæ voluiſſent ducere vitam.*

COMPOS.

[*Māuŏlō, vel Mālō*, uide ſuo ordine.]

[*Sic & Nēuŏlō, vel Nōlō*, ſuo ordine quære.]

[*Pĕruŏlō.*]

P. Vŏlūtō, as, Vir.9.Eclog. *Id quidē ago, & tacitus, Lycida mecū, ipſe voluto.*
at. *Idem 4.Aen.* *Atq; hæc ipſe ſuo triſti cum corde volutat.*
Pp. Vŏlūtāuī.
Inf. Vŏlūtārĕ.

COMPOS.

[*Pĕruŏlūtō.*]

[*Prōuŏlūtō.*]

P. Vō-

P.Vŏmĭtŏ,as,at.

P.Vŏmŏ,is,it.Virg.9.Aen. *Purpureā vomit ille animā,& cū ſanguine miſta*
Vina refert moriens.

Idem 8.Aen. ——————*geminas cui tempora flammas*
Læta vomunt,patriumq́; aperitur vertice ſidus.

Pp.Vŏmŭī.
Inf.Vŏmĕrĕ.

COMPOS.

[*Ēuŏmŏ.*]

Virg.8.Aen. *Faucibus ingentem fumum,mirabile dictu,*
Euomit,inuoluitq́; domum caligine cæca.

[*Īntĕruŏmŏ.*]

[*Rĕuŏmŏ.*]

PHRASES.

[*Vomere animam:eſt Mori.*]

Virg.9.Aen. *Purpuream vomit ille animam,&c.*

P.Vŏrŏ,as,at.Virg.1.Aen. ——————*aſt illam ter fluctus ibidem*
Torquet agens circū,& rapidus vorat æquore vortex.

Pp.Vŏrāuī.
Inf.Vŏrārĕ.

COMPOS.

[*Dēuŏrŏ.*]

Cat.Car.3, *At vobis malè ſit malæ tenebræ,*
Orci,quæ omnia bella deuoratis.

Idem Car.27, *Quid hunc , malum,fouetis,aut quid hic poteſt,*
Niſi uncta deuorare patrimonia?

PHRASES.

Simplicis.

[*Vorare viam:eſt Proficiſci.*]

Cat.Car.33, *Quare ſi ſapiet,viam vorabit.*

P.Vŏ-

P.Vŏuĕō,es, et. Virg.10.Aen. *Nunc adſint, voueo prædonis corpore raptis*
Indutum ſpolijs.
Idem 11.Aen. *Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo*
Ipſe pater famulam voueo, tua prima per auras.
Pp.Vōuī. Cat.Car.34, *Nam ſanctæ Veneri, Cupidiniq́;*
Vouit, ſi ſibi reſtitutus eſſem.
Vōuĕrām. Oui.9.Met. *Vota puer ſoluit, quæ fœmina vouerat Iphis.*
Prop.li.4.El.10, *Vouerat, & ſpolium corruit ille Ioui.*
Con.Vōuĕ-rām. Oui.9.Met.fab. *Quæ vouea duo ſunt, minimo vt releuere dolore,*
Vtq́; marem parias.
I.Vōuērĕ. Cat.Car.34, *Et hoc peſſima ſepuella vidit*
Iocosè & lepidè vouere diuis.

COMPOS.

[*Cōnuŏuĕō.*]

[*Dēuŏuĕō.*]

Virg.12.Aen. ——————— *quorum ſe deuouet aris.*
Ouid.in Ibin, *Illum ego deuoueo quem mens intelligit Ibin.*

SYLLOGI.

Vouere.

[*Facere votum.* uide ſub *Facio.*]

V ante R.

P.Vrino,as,at.

COMPOS.

[*Inurino.*]

P.Vrito,as,at.
P.Vrō,is,it. Virg.2.Eclo. *Me tamē vrit amor, quis enim modus adſit amori.*
Idem 5.Aen. *Argiuum, veſtra ſpes vritis, en ego veſter.*
Idem 4.Aen. *Vritur infelix Dido, totaq́; vagatur*
Vrbe furens.
Pp.Vſſī. notæ quantitatis.
Imp.Vrĕ. Virg.4.Geor. *Vre foco cancros, altæ neu crede paludi.*

Vrite. *Idem eodem, Vre ſata,& validam in vites molire bipennem.*
Con.Vrērēm.Oui.6.Met.fab ——— *quàm ſol grauis vreret arua.*
I.Vrērē. *Virg.2.Aen.* *Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaq́ dona*
Præcipitare iubent,ſubiectisq́ vrere flammis.

COMPOS.

[*Ădūrŏ.*]
Virg.1.Georg. ——— *aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*
[*Ambūrŏ.*]

[*Dĕūrŏ.*]

[*Exūrŏ.*]
Virg.6.Aen. ——— *alijs ſub gurgite vaſto*
Infectum eluitur ſcelus,aut exuritur igni.
Idem 9.Aen. *Neúe armate manus:maria antè exurere Turno*
Quàm ſacras dabitur pinus.
[*Inūrŏ.*]
Virg.3.Georg. *Continuoq́ notas,& nomina gentis inurunt.*
[*Pĕrūrŏ.*]

[*Prăūrŏ.*]

[*Sŭbūrŏ.*]

SYLLOGI.

Vrere.

[*Furere Vulcanum immiſſis habenis:vide Furo.*]

ADAGIA.

[*Vrere ſuas ipſius meſſes:eſt ſibijpſi nocere.*]
Tibul.li.1.Eleg.2, ——— *ſemper tibi dedita ſeruit*
Mens mea,quid meſſes vris acerba tuas?

V ante S.

P.Vsitŏr.aris.
P.Vſurpo,as,at.

V an-

V ante T.

P.Vtŏr,ērĭs.Catull.Car.10,Vtor tam bene quàm mihi pararim.
Idem Car.12, Non belle vteris in ioco,atq; vino.
Im Vtēbār.
Pp.Vsūs ſum.
Imp.Vtĭrĕ.Virg.12.Aen. Vtere ſorte tua miſeri te ſi qua parentis
Tangere cura poteſt,oro.
Inf.Vtī. Virg.9.Aen. Interrupti ignes,aterq; ad ſidera fumus
Erigitur,ſi fortuna permittis vti.

COMPOS.

[*Ăbūtŏr.*]

V ante V.

*P.Vuēſcŏ,is,it.*hoc eſt, humidum ſeu *Vuidum* fio.
Lucret.li.1, Deniq; fluctifrago ſuſpenſa littore veſtes
Vueſcunt,eadem candenti ſole ſereſcunt.
Inf.Vueſcĕrĕ.

FINIS CLASSIS QVINTAE.

THESAVRI POETICI

Claſsis Quinta

De quantitatibus Partium & Vocum indeclinabilium:

Vtputa,

Aduerbiorum, Præpoſitionum, Coniunctionum, & Interiectionum.

Ouid.1.de Pont.Eleg.7.

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura eſt,
Pectora molleſcunt, aſperitasq; fugit.

CLASSIS QVINTAE
ORDO PRIMVS.

De quantitatibus Indeclinabilium incipientium ab

A

A. Præpoſitio Caſualis ſemper producitur.

Virg.2.Aen. *Heu fuge nate Dea, teq; his ait, eripe flammis,*
Hoſtis habet muros, ruit alto à culmine Troia.

Hora.2.Serm.Sat.5, *Vt canis à corio nunquam abſterrebitur uncto.*

In compoſitione etiam perpetuò producitur, præterquam in uerbo *Amitto*, ſuisq; coniugatis, in quibus corripitur.

Horat.1.Epiſt.1. Quod petiit ſpernit, repetit quod nuper amiſit.

Ăb Sequente uocali tam in quàm extra compoſitionem corripitur.

Virg.1.Eclog.——————————*illius aram*
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Ăc.

COMPOS.

Sĭmŭlăc.

Virg.4.Aen. Quam ſimulac tali perſenſit peſte teneri.
Idem 12.Aen. Quem ſimulac Iuturna ſoror crebreſcere uidit.

Ăcūtē

Ăcūtūm *Hora.1.Serm.Sat.3. Quũ tua peruideas oculis mala lippus inũctis,*
Cur in amicorum uitiis tam cernis acutùm?

Ăd. Breue eſt ſiue compoſitionem ingrediatur, ſiue non, ſi uocalis ſequatur.

COMPOS.

[Quoad.]

Ădĕō. *Virg.1.Geor. Multum adeò raſtris glebas qui frangit inertes,*
Vimineasq; trahit crateis.

Idem 1.Aen. Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.

AAA 2 COMPOS.

COMPOS.

[*Vſqueadeò.*]

quod & *Adeouſq;* conuerſo modo legitur.

Virg.1.Eclog. Non quidem inuideo, miror magis, undiq; totis
Vſqueadeò turbamur agris.

Ægrē. *Virg.3.Georg. Ergo agrè raſtris terras rimantur.*

Æquē.

COMPOS.

[*Ădæquē.*]

Affatim. *Prudent in Catheme. Nos breuis uoti dape uindicata*
Soluimus feſtum, fruimurq; menſis
Affatim plenis, quibus imbuatur
Prona uoluptas.

Ăgĕ. *Virg. 4. Georg. Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipſe*
Addidit, expediam.

Ăgĕdūm. *Prop. li.14. Eleg.9. Parce oculis hoſpes, lucoq; abſcede uerendo,*
Cede agedum, & tuta limina linque fuga.

Ăgĕſĭs. *Lucret. lib.1. Nunc ageſis, quoniam docui nil poſſe creari*
De nihilo.

Agiliter. *ius.lime.*

Āh. *Virg.1. Eclog. Spem gregis, ah, ſilice in nuda connixa reliquit.*
Idem 2. Eclog. Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?

Alacrè &
Alacriter.

Ălĭās. *Virg.1. Georg. Non aliàs cælo ciciderunt plura ſereno*
Fulgura, nec diri toties arſere Cometæ.

Ălĭō. *Virg.8. Eclog. ———— ſæpè animas imis excire ſepulcris,*
Atq; ſatas aliò uidi traducere meſſes.
Horat.2. Ser. Sat.1. ———— neq; ſi male ceſſerat, unquam
Decurrens aliò, neq; ſi bene.

Ălĭōquī. *Horat.1. Ser. Sat. Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui.*

Ălĭtĕr. *Virg. Dijs aliter uiſum.*
Idem 1. Aen. Haud aliter puppeſq; tuæ, pubèſq; tuorum
Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia uelo.

Ăliūndĕ

Ăliūndĕ Vide Vnde.
Ăliciūndĕ Vide Vnde.
Ălĭē. *Virg.6.Aen. Ergo aliè veſtiga oculis, & ritè repertum*
Carpe manu.
Ămābĭlĭtĕr.
Ămābò. *Catull. Amabo mea dulcis Ipſithilla.*
Ămāntĕr.
Ămbĭgŭē.

Ămēn. Precandi ſeu optandi Aduerbium.
Auſoni. Et reſponſuris ferit aëra uocibus amen.
Ămīcē.
Amœniter.
Amplè, & Ampliter.
Amuſſim, & Amuſſatim.

C O M P O S.

[Adamuſſim.]
[Examuſſim.]

Ăn *Horat.2.Serm.Sat.6,———militibus promiſſa Triquetra*
Prædia Cæſar, an eſt Itala tellure daturus?
Ănĭmōsē.
Āntĕā. *Catull.Carm.4, Vbi iſte poſt phaſelus, antea fuit*
Comata ſilua; nam Cytorio in iugo
Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.
Āntĕ. *Virg.1.Eclog. Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui.*
Idem 1.Aen. O ſocij, neq; enim ignari ſumus ante malorum
O paſſi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.
Iuuen.Sat.14, Quantam Socratici cœperunt antè penates.
Ăntīquē.
Ăpĕrtē.
Ăpŭd. *Virg.Eclog.3, Et me Phœbus amat, Phœbo ſua ſemper apud me*
Munera ſunt, lauri, & ſuaue rubens hyacinthus.
Idem.4.Aen. Et bene apud memores ueteris ſtat gratia facti.
Arroganter.
Ărtĭcŭlātim. *Lucret.lib.4, Plane exaudiri, diſcernīq; articulatim.*

Prud. in Apoth. ——— *nunquid manus articulatim*
Eſt digeſta Dei? nunquid vola, nũqu d & vngues.

Ăſōtōs. ἀσώτως Aduerbiũ Græcũ ſignificans incontinenter & luxurioſe.
Marti. li. Epigr. ——— *viuis aſotos.*

Aſperē & Aſperiter.

Aſsiduē & Aſsiduō. *Virg. 2. Eclo. Tantũ inter denſas, vmbroſa cacumina, fagos*
Aſsiduè veniebat.

Ăſtūtē.

Ăt.

Atrociter.

Ăuĭdē. *Hor. 1. Ser. Sat. 6, Pranſus non auidè, quantum interpellet inani,*
Ventre diem durare.

CLASSIS QVINTÆ
ORDO SECVNDVS.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium à

B

Barbarē.

Baſilicē.

Bĕnē. *Virg. 3. Eclog. Parcite oues nimium procedere, non bene ripæ*
Creditur, ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.

Bellē.

Bĕnignē.

Bĭs. *Oui. 1. Faſt. Vis iuga mouiſſet quinq; bis illud onus.*
Idem. 5. Met. fab. Augebat bis adhuc octenis integer annis.

Brĕuī.

Brĕuĭtĕr. *Virg. 10. Aen. Cui rex ætherei breuiter ſic fatus Olympi.*

CLASSIS QVINTÆ
ORDO TERTIVS.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium à

C

Cătĕrvātĭm. *Virg.3.Georg.* *Iamq́, cateruatim dat ſtragem, atq́, aggerat ipſis.*
Lucret.lib.6, *Inde cateruatim morbo, mortiq́, dabantur.*
Cĕdō. *Iuuen.Sat.13,* *Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,*
Facti crimen habet: cedò ſi conata peregit?
Cĕlĕrĭtĕr. *Buchan.in Ieph.*——*Victor arma Ammonium,*
Per omne nomen celeriter circumferens,
Bis dena muris uertit oppida dirutis.

Cætero uel Cæterum.
Cĕlĕrāntĕr. celeratim. celeriter.
Cĕntĭēs.

COMPOS.

[Trĕcēntĭēs.]

quæ uno carmine Martialis complectitur.
Mart.li.5.Epigr.69, *Dederas, Apici, bis trecenties ventri,*
Et adhuc ſupererat centies tibi laxum.
Cērtō & cērtē. *Hor.1.Ser.Sat.9,* *Certè neſcio quid ſecretò velle loqui te*
Aiebas mecum.
Iuuen.Sat.13, *Vt ſit magna, tamē certè lenta ira Deorū eſt.*
Cĭnĕ. Particula eſt compoſitiua, extra compoſitionem nihil ſignificans, compoſitis ſuis interrogandi uim attribuens: ut, *Huccine, Siccine.*

Circā.

COMPOS.

[Circumcirca.]

[Quocirca.]

Virg.1.Aen. *Quocirca capere antè dolis & cingere flamma*
Reginam meditor, ne quò ſe numine mutet.

Circiter.

Cis.

Citò. *Mart.lib.1.Epig.161, Hoc tegitur, citò rapta ſuis Antulla, ſepulchro,*
Hoc erit Antullæ miſtus vterq; parens.

Idem eodē, Epig. 162, Omnes vt citò perlegas poetas.

Citius. *Virgil.1.Aen.* *Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat.*

Citrā. *Ouid.ad Liuiam,* *Nec vires erraſſe tuas campoq; foroq;,*
Quamq; licet citra conſtituiſſe domum?

Idem 5.Met.fab.2, *Pectora Lyncidæ gladio petit, inq; petendo,*
Dextera diriguit, nec citra mota, nec vltra eſt.

Citro.

Clārē. *Perſ.Sat.6,* ——————*oleum, artocreasq; popello*
Largior, an prohibes? dic clarè, non aueo inquis.

Cōmit.r.

Cōntinuō. *Virg.1.Georg.* *Continuò ventis ſurgentibus, aut freta Ponti,*
Incipiunt agitata tumeſcere.

Cōntrā. *Virg.1.Aen.* *Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni,*
Carthago Italiam contra, Tyberinaq; longè.

Idem, *Contra Neptunū & Venerem, contraq; Mineruā.*

Perſ.Sat.5, *Stat contrà ratio, & ſecretam gannit in aurem.*

Cōram. *Virg.1.Aen.* *Poſtquàm introgreſſi & coràm data copia fandi,*
Maximus Ilioneus placido ſic pectore cœpit.

Idem eodem, ——————*Coràm quem quæritis adſum,*
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab vndis.

Crās. *Virg.3.Eclog.* *Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.*

Prop.li.4.Eleg.4, *Cras, vt rumor ait, tota pugnabitur vrbe.*

Crebrò.

Cūr. *Virg.2. Aen.* ——————*quæ cauſa indigna ſerenos*
Fœdauit vultus, aut cur hæc vulnera cerno?

Idem 10. Aen. ——*Cur indecores in limine primo*
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?

CLASSIS QVINTÆ
ORDO QVARTVS.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium à

D

DE, PRAEPOSITIO COMPOSITIVA.

Dē, Præpoſitio compoſitiua producitur, quibuſcunq; partib. Orationis iungatur, quemadmodum ubiq; uidebitis. Excepto uerbo *Dehiſco*, cum ſuis coniugatis, in quibus corripitur De.
Virg.8.Aen. *Non ſecus ac ſi qua penitus vi terra dehiſcens.*

Dē, Præpoſitio Caſualis ſimiliter ſemper producitur.
Virg.3.Eclog. *De grege non auſim quicquam deponere tecum.*
Horat. in Art.——*Lis eſt de nomine, non re.*
Dĕcĭēs.*Horat.in Art.Poet.*——*Carmen reprehendite, quod non*
Multa dies, & multa litura coercuit, atq;
Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem.

COMPOS.

[Vndĕcĭēs.]

Mart.li.5.Epig.121, Vndecies vna ſurrexti, Zoile, cœna,
Et mutata tibi eſt ſyntheſis vndecies.

[Quindĕcĭēs.]

Mart.lib.7.Epig. Dicere quindecies poteram, quid pertinet ad te.
Dĕcĕntĕr.
Dĕcōrē.
Dēhinc.*Horat.in Art.* *Cogitat vt ſpecioſa dehinc miracula promat.*
Dēmĕntĕr.
Dēmūm.*Virg.1.Georg.* *Illa ſeges demum votis reſpondet auari*
Agricolæ.

	Idem 1. Aen.	*Me quoq; per multos ſimilis fortuna labores Iactatam, hac demum voluit conſiſtere terra.*
Dēnĭquĕ.	*Virg. 2. Eclog.*	*Nil noſtri miſerere, mori me deniq; cogis.*
	Oui.	*Siqua metu demto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt.*

Dentio.

Dĕxtĕrĕ. Dĕxtĕrĭŭs. *Hor. 1. Ser. Sat. 9, Nemo dexterius fortuna eſt vſus, haberes Magnum adiutorem.*

Di ET Dis PRAEPOSITIONES COMPOSITIVAE.

Di & Dis. Præpoſitiones ſunt, ſolummodo in compoſitionibus uſitatæ, & extra compoſitionem non leguntur. In compoſitione, ſiue nominibus ſiue uerbis iungātur, ſemper producūtur, præterquam in *diſertus* & *dirimo*, in quibus duobus uocabulis uſus & authoritas plus quàm ipſa ars ſibi uendicāt.

Iuue. Sat. 6,	*Crinibus effuſis bellum dirimente Sabina.*
Idem Sat. 9,	*Inſtabile, ac dirimi cœptum, & iam penè ſolutum.*

Dĭē. Ablatiuus, à quo cōponūtur Aduerbia hæc quæ uſitata ſunt: ut, Hodie. pridie. poſtridie. propediem. quotidie.

Oui. *Qui non eſt hodie cras minus aptus erit.*

Ter. in Andr. Act. 1. Sce. 1, Venit Chremes poſtridie ad me clamitās.

Hinc deſcendunt compoſita cum Duo: ut, Trīdŭō. quatriduò.

	Mart. li. 2. Epigr. 6,	*Si totus tibi triduò legatur?*
Dĭū.	*Virg. 10. Aen.*	*Rhœbe diu, res ſiqua diu mortalibus vlla eſt, Viximus haud hodiè victor ſpolia illa cruenta.*
	Sili. lib. 15,	*Sed ſtant nulla diu deceptis gaudia diuis.*

COMPOS.

[Ălĭquăndĭū.]

[Quāmdĭū.]

[Tandiu.]

Dīuīnĭtŭs. *Virg. 1. Geor. Haud equidem credo, quia ſit diuinitùs illis Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.*

Dĭūtĕ.

Dōnēc. *Virg.6.Eclog.* *Cogere donec oues ſtabulis, numerumq́ referre*
Juſſit, & inuito proceſſit veſper Olympo.
Ouid.Triſt. *Donec eris felix, multos numerabis amicos,*
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.
Dūdūm. *Iuuen.Sat.3,* *Currere quum prætor lictorem impellat, & ire*
Præcipitem iubeat dudum vigilantibus orbis.

C O M P O S.

[Iāmdūdūm.]
Horat.1.Serm.Sat.9, ——— *miſerè cupis, inquit, abire*
Iamdudum video, ſed nihil agis, vſq; tenebo.
[Quāmdudum.]

Dūrē.
Dūrĭtĕr.

CLASSIS QVINTÆ
ORDO QVINTVS.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium ab

E

Ē. Præpoſitio quum eſt, ſeu ſit extra, ſeu in compoſitione, longa eſt.
Virg.7.Eclog. *Hic virides tenera prætexit arundine ripas*
Mincius, eq́; ſacra reſonant examina quercu.

Ēcaſtor.

C O M P O S.

[Perecaſtor.]

Ēccē. *Virg.2.Eclog.* *Huc ades ô formoſe puer, tibi lilia plenis*
Ecce ferunt Nymphæ calathis.
Idem 2.Æen. *Ecce, manus iuuenum interea poſt terga reuinctū,*
Paſtores magno ad regem clamore trahebant.

Ēccĕrĕ.

Ēgrēgiē.

Egrĕgiē.	*Perſi.Sat.6,*	*Dijs igitur genioq́; ducis centum paria, ob res Egregiè geſtas, induco, quis vetat? aude.*
Ehem.		
Ĕhēu.	*Virg.2.Eclog.*	*Eheu quid volui miſero mihi? floribus Auſtrum Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros.*
Eho.	*Idem 3.Eclog.*	*Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo.*
Ēiă.	*Buch.Pſal.147,*	*Eia, Dei laudes Solymææ pangite turres, Benignitatem mons Sionis prædica.*

COMPOS.

[Eia Age.]

Mart.li.2.Epig.64, *Eia age, rumpe moras, quò te expectabimus vſq;? Dum quid ſis dubitas iam potes eſſe nihil.*

Elatè.		
Ĕn.	*Virg.1. Eclog.*	*En vnquam patrios longo poſt tempore fines, Pauperis & tugurj.*
	Idem 4.Georg.	*—en iterum crudelia retrò Fata vocant.*
Ĕnim.	*Virg.1.Eclog.*	*Namq́; fatebor enim, dum me Galatea tenebat, Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculj.*

COMPOS.

[Ātĕnim.]

[Ĕtĕnim.]

Horat.2.Ser.Sat.5, *Diuinare etenim magnus mihi donat Apollo.*

[Sedĕnim.]

	Virg.1.Æn.	*Progeniem ſedenim Troiano à ſanguine duci Audierat.*
Ĕō.		
Ĕō.	*Hor.2.Ser.Sat.*	*Nimirum inſanus paucis videatur, eò quòd Maxima pars hominũ morbo iactatur eodem.*
Ergō.	*Virg.1.Eclog.*	*Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui.*
	Horat.1.Ser.Sat.10,	*Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum Auditoris, & eſt quadam tamen hîc quoq; virtus.*
	Iuuen.Sat.1,	*Impunè ergo mihi recitauerit ille togatas?*

Ĕt

COMPOS.

[Quinetiam.]

Geminatur interdum quoq; ut, Etiam atq; etiam.

Virg.1. Aen. Auſus quinctiam uoces iactare per umbram.

Idem 4.Aen. Quinetiam hyberno moliris ſidere claſſem.

Eugē. *Mart.li. Effœtè,grauiter,citè,nequiter,euge,beatè.*

Perſ.Sat.5. Euge puer ſapias dijs depellentibus,agnam Percute.

Euæ. *Oui.6.Met.fab. Exululant,euaq; ſenant.*

Exiliter.

Eximiē.

Extimplō.*Virg.4.Aen. Extemplò Libyæ magnas it fama per urbeis.*

Extrā.

CLASSIS QVARTÆ

ORDO SEXTVS.

De quantitatibus Vocum indeclinabilium incipientium ab

F

Fabrē.

COMPOS.

[Affabrē.]

[Infabrē.]

Horat.2.Ser.Sat.3, Quid ſcalptum infabrè,quid fuſum durius eſſet?

Facilē *Iuuenal.Sat.3. Haud facilè emergunt, quorum uirtutibus obſtat Res anguſta domi.*

Falsē & Falsō.

Familiāriter *Ter.in Heau.Act.1.Sce.1. Tamē uel uirtus tua me,uel uicinitas, (Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto) Facit,ut te audacter moneam,& familiariter.*

Fariam.

Fariam. Vel Farie particulæ compoſitionis, ſolæ nihil ſignificantes, à uerbo *fari* deducta, quòd ſcilicet res aliqua tot modis fari uel effari poſsit.

COMPOS.

[*Aliquotfariam.*]

[*Biſariam.*]

[*Multifariam.*]

[*Omnifariam.*]

[*Quadrifariam.*]

Dicitur quoque *Biſariè, trifariè, multifariè, &c.*

Fatuè. *Mart. lib. 4. Epig. 28,* *Aes dabo pro nugis, & emā tua carmina ſanus?*
Non, inquis, faciam tam fatuè, nec ego.

Fēlīcitēr.

Fērē.

&

Fērē. *Virg. 2. Georg.* *Nigra ferè, & preſſo pinguis ſub uomere terra.*
Horat. 2. Epiſt. 1, *Sed ueluti tractata notam, labemq́; remittunt*
Atramenta, ferè ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.

Fermè.

Fērōcitēr.

Feſtiuè.

Fidè.

Fīdēlitēr. *Ouid.* *Adde quòd ingenuas didiciſſe fideliter artes,*
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Fīnītē.

Fōrās. *Virg. 8. Eclog.* *Fer cineres Amarylli foras, riuoq́; fluenti*
Transq́; caput iace, ne reſpexeris.
Lucret. lib. 4. *Vis animæ, partimq́; foras eiecta receſſit.*
Catul. Car. 30. *Neu tibi lubeat foras abire.*

Fōris. *Horat. 2. Ser. Sat. 2.* *Ne biberis diluta: foris eſt promus, & atrum*
Defendens piſces hyemat mare.

Fōrsān. *Virg. 1. Aen.* *Reuocate animos, mœſtumq́; timorem,*
Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.

Fōrsitān.

Fōrsĭtăn. *Virg. 2. Aen.* *Forſitan & Priami fuerint quæ fata requiras.*
Iuuen. Sat. 5, *Forſitan impenſæ Virronem parcere credas.*

Fōrtăſſis & Fōrtăſsē. *Horat. 1. Ser. Sat. 6,* ———— *demens*
Iudicio uulgi, ſanus fortaſſe tuo, quòd
Nollem onus, haud unquā ſolitus, portare moleſtū.
Idem eodem. Sat. 4, ———— *fortaſsis & iſtinc.*
Largiter abſtulerit longa ætas, liber amicus.

Fōrtĕ. *Virg. 1. Aen.* *Tum pietate grauem ac meritis ſi fortè uirum quem*
Conſpexere ſilent, arrectisq; auribus adſtant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Virg. *Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis.*

Fōrtĭtĕr. *Mart. lib. 11. Epig. 57,* *Rebus in anguſtis facile eſt contemnere uitā,*
Fortiter ille facit, qui miſer eſſe poteſt.

Fōrtŭĭtō.

Frĕquĕntĕr.

Frūgālĭtĕr. *Horat. 1. Ser. Sat. 4,* *Quum me hortaretur parcè, frugaliter atq;*
Viuerem, uti cōtentus eo quod mî ipſe paraſſet.

Frūſtrā. *Perſ. Sat. 3,* *Helleborum fruſtra, quum iam cutis ægra tumebit.*
Poſcentes uideas.

Fūsē.

CLASSIS QVINTÆ

ORDO SEPTIMVS.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium à

G

Gĕlĭdē. *Horat. de Art. Poet.* *Vel quòd res omnes timidè gelideq; miniſtrat.*

Gĕnĕrālĭtĕr.

Gĕnĕrātĭm. *Virg. 2. Georg.* *Quare agite ô proprios generatim diſcite cultus.*

Gĕnĕrōſĕ ius. *Horat.1.Car.od.38————quæ generoſius*
Perire quærens, nec muliebriter
Expauit enſem, nec latenteis
Claſſe cita reparauit oras.

Gĕnĭālĭtĕr. *Oui.11.Met.fab.* *Hoſpitis aduentū feſtum genialiter egit.*

Glōrĭōſē.

Gnārē.

Gnāuĭtĕr. *Horat.1.Epiſt.1, Sic mihi tarda fluunt, ingrataq́; tempora, quæ ſpē*
Conſiliumq́; morantur agendi gnauiter, id quod
Aequè pauperibus prodeſt, locupletibus æquè.

Gradatim.

Grātē.

Grātis.

Grātuitò.

Grauatē.

Grăuĭtĕr. *Virg.1.Aen.————grauiter commotus & alto*
Proſpiciens ſumma placidum caput extulit unda.
Idem.2.Aen. Sed grauiter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge nate Dea, teq́; his, aīt, eripe flammis.

CLASSIS QVINTÆ
ORDO OCTAVVS.

De Quantitatibus Vocum indeclinabilium incipientium ab

H

Hā.

Hāc. *Virgil.9.Aen.* *Hac iter eſt.*

C O M P O S.

[Illāc.]

[Iſtāc.]

Hĕrcŭlĕ.

Hercule. *Hor.2.Ser.Sa.7, Nō ſum mœchus, ais, Neq; ego hercule fur, vbi vaſa*
Prætereo ſapiens argentea. Tolle periclum,
Iam mea proſiliet frenis natura remotis.

Hei. *Virg.2.Aen.* *Hei mihi qualis erat.*

Heri.
uel
Here. *Iuuen.Sat.3,* *Res hodie minor eſt, herè quàm fuit, atq; eadē cras*
Deteret exiguis aliquid.

Heus. *Virg.1.Aen.* *At prior heus inquit iuuenes monſtrate mearum,*
Vidiſtis ſi quam hic errantem fortè ſororum.

Hic uel Heic. aduerbiū ſemper producitur. Hic aūt pronomē indifferēs eſt.
Virg.1.Aen. *Conſtitit hic, arcumq; manu celeresq; ſagittas*
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Perſius Sat.5, *Exieris, nunc nunc, hīc hīc quem quærimus hīc eſt.*

COMPOS.

[Illic.]

[Iſtic.]

Hilarè & Hilariter.

Hodie. *Virg.2.Aen.* *Reddite me Danais, ſinite inſtaurata reuiſam*
Prælia, nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Ouid. *Qui nōn eſt hodie cras minus aptus erit.*

Horſum, Notæ quantitatis.

COMPOS.

[Aliorſum.]

Hibernum.

Huc. *Virg.1, Eclog.* *Huc ades.*

COMPOS.

[Adhuc.]

Virg.10.Aen. *Nunc viuo, neq; adhuc homines, lucemq; relinquo.*

[Illic.]

	Iuuen. Sat. 2,	*Illuc heu miſeri traducimur, arma quid vltra* *Littora Iuuernæ promouimus.*
Huccinc.	*Perſ. Sat. 3,*	*O miſer, inq; dies vltrà miſer, huccine rerum* *Venimus?*

CLASSIS QVINTAE
ORDO IX.

De quantitatibus Vocum indeclinabilium incipientium ab

I

Ibi.	*Virg. 2. Aen.*	*Ter conatus ibi collo dare brachia circùm,* *Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago.*

COMPOS.

[Alibi.]

	Virg. 1. Georg.	*Hic ſegetes, illic veniunt felicius vuæ,* *Arborei fœtus alibi.*
	Idem 1. Eclog.	*Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.*

[Inibi.]

[Interibi.]

Ibidem.	*Virg. 1. Aen.*	——— *ter fluctus ibidem* *Torquet agẽs circũ, & rapidus vorat æquore vortex.*
Iccirco, vel idcircò.	*Hor. 1. Ser. Sat. 4.*	*Idcircò quidam Comœdia nec ne poëma* *Eſſet, quæſiuère, quòd acer ſpiritus, ac vis,* *Nec verbis, nec rebus ineſt.*

Idem.

Vĕnŭdĕm. quod frequenter interpoſito tamen interuallo fit.

Catull. Car. 11, *Cum ſuis viuat, valeatq́; mœchis,*
Quos ſimul complexa tenet trecentos,
Nullum amans verè, ſed itentidem omnium
Ilia rumpens.

Ĭdĕō. *Perſi. Sat. 6,* *Nec rhombos ideò libertis ponere lautus.*

Ĭgĭtŭr. *Virg. 7. Eclog.* *Alternis igitur contendere verſibus ambo*
Cœpere, alterno Muſa meminiſſe volebant.
Hor. 2. Ser. Sat. 7, *Quiſ nã igitur liber? Sapiẽs, ſibi qui imperioſus,*
Quẽ neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrẽt.

Īllĭco.

Īlĭō.

Imò.

COMPOS.

[Quinimō.]

Īmpūnĕ. Vide in Ord. P. huius Claſsis à Punio facta Aduerbia.

Ĭn. *Virg. 1. Eclog.* *Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra*
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſiluas.
Idem 10. Eclog. *Gallo, cuius amor tantum mihi creſcit in horas,*
Quantum vere nouo viridis ſe ſubÿcit alnus.

Ĭnānĭtĕr. *Oui. 2. Met. fab.*—*Et medicas exercet inaniter artes.*

Indè.

COMPOS.

Deindĕ. duabus ſyllab. per Synæreſin.

Virg. 3. Eclog. *Incipe Damœta, tu deindè ſequere Menalca.*

[Exinde & Exin per apocopen.]

[Pĕrindĕ.]

Lucret. lib. 5. *Quantæ conſcindunt hominem cupedines acres*
Solicitum curæ? quantiq́; perinde timores?

[Prōindĕ & Prōin, per Synæreſin.]

[Sŭbindĕ.]

Horat. 1. Epiſt. 8, *Si dicet rectè, primùm gaudere, ſubindè*
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento.

Ingenuè. *Iuuen.Sat.2.* ——— *uerius ergo*
Et magis ingenuè Peribonius: hunc ego fatis,
Imputo, qui uult u morbum inceſſuq; fatetur.

Interea. *Virg.1.Aen.* *Interea magno miſceri murmure pontum,*
Emiſſamq; hyemem ſenſit Neptunus, & imis
Stagna refuſa vadis.

Interim.

Intrà. *Iuuen.Sat.13.* *Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat vllum,*
Facti crimen habet.

Intrò. uel

Intrò. *Auſon.* *Qui Beleni aditu us*
Intrò tulere tamen
Grammatices ſtudium.

Intùs. *Virg.1.Aen.* *Intus aquæ dulces vivoq; ſedilia ſaxo.*

Inuicem.

Iò. Dolentis aut etiam lætantis particula.

Tibull. *Vxor iò remoue ſæua puella faces*
Oui.2.de Art. *Dicite iò Pæan, & iò bis dicite Pæan.*
Horat.in Art. ——— *ſuccurrite longum*
Clamat iò ciues, non ſit qui tollere curet.

Iſtò.

Ità. *Virg.1.Georg.* ——— *ita turbine nigro*
Ferret hyems culmumq; leuem, ſtipulasq; volãtes.

Itaquè. *Lucret.lib.5.* *Sæpe itaq; inter ſe proſtrati in gramine molli*
Propter aquæ riuum, ſub ramis arboris altæ.

Itèm. *Virg.1.Georg.* *Contemplator item quum ſe nux plurima ſiluis*
Induet in florem, & ramos curuabis olentes.

Itèrùm. *Virg.10.Aen.* *Quò feror? vnde abij? quæ me fuga? quẽ ve reducet?*
Laurẽteis ne iterum muros, aut caſtra videbo?

Geminatur quoq; maioris affectus exprimendi gratia: ut, iterũ atq; iterum, uel, iterumq; iterumq;.

Virgi.2.Aen. ——— *mæſtusq; Creuſam*
Nequicquam ingeminans iterũq; iterũq; vocaui.
Hor.1.Ser.Sat.10. *Nec redeant iterũ atq; iterũ ſpectanda theatris.*

Ibidem.

Iugiter.
Iūrē.
Iuxtā. *Virg. 2. Aen. Ingens ara fuit, iuxtaq́ veterrima laurus*
Incumbens aræ, atq́ umbra complexa penates.

CLASSIS QVINTÆ
ORDO DECIMVS.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium ab

L

Lātē. *Virg. 1. Aen. Aeneas ſcopulum interea conſcendit, & omnem*
Proſpectum latè pelago petit, Antea ſi quà
Iactatum vento videat.
Idem eodem, Res dura & regni nouitas me talia cogunt
Moliri, & latè fines cuſtode tueri.
Lēnĭtĕr. *Hor. 1. Epiſt. 18, Inter cuncta leges, & percontabere doctos,*
Qua ratione queas traducere leniter æuum.
Omnia compoſita cum particula *Lentus*, fiunt aduerbia, mutata *us* in *e* longũ graui ſupra ſcripta, permanẽte aliàs in omnibus ſyllabis quantitate: ut, à *Terrulentus* fit *Terrulentè*. Quædam etiam in *er* ſimul deſinunt: ut, *Luculentè* & *Luculenter*.
Prud. in Periſte. Furor ne ſummus, vltima & dementia eſt,
Deos putare qui creantur nuptijs?
Rem ſpiritalem terrulentè quærere,
Elementa mundi conſecrare altaribus,
Lĭuĭtĕr. *Id quod creatum eſt conditorem credere?*
Lĭbēntĕr, Lĭbēntĭŭs. *Hor. 2. Ser. Sat. 6, Matutine pater, ſeu Iane libentius audis,*
Vnde homines operũ primos, vitæq́ labores
Inſtituunt.
Lībĕrē. Lībĕrĭŭs. *Virg. 1. Georg. —————— ipſaq́ tellus*
Omnia liberius nullo poſcente ferebat.

Hor.2.Ser.Sat.8, ——— *vertere pallor*
Tum Parochi faciem nil ſic metuentis, vt acres
Potores, vel quòd maledicunt liberiùs, vel
Feruida quòd ſubtile exudant vina palatum.

Licentĕr.

Licentiùs. *Virg.7.Aen.* *Te ſuper atherias errare licentiùs auras*
Haud pater ipſe velit ſummi regnator Olympi.

Licĕt. Aduerbium concedentis.
Virg.6.Aen. ——— *licet ingens ianitor antro*
Aeternum latrans exangues terreat Vmbraſ.

COMPOS.

[Illicet.]
[Scilicet.]
[Videlicet.]

Virg.2. Aen. *Scilicet hæc Spartam incolumis, patriasq́ Mycenas*
Aſpiciet? partoq́ ibit regina triumpho?

Virg.2.Aen. *Illicet obruimur numero primus Chorœbus*
Penelei dextra, diuæ armipotentis ad aram
Procumbit.

Idem eodem, *Illicet ignis edax ſummo ad veſtigia vento*
Voluitur exuperant flammæ, furit æſtus ad auras.

Liquidò.

Lūcī.

Lūgūbrĕ. *Virg.10.Aen.* *Non ſecus ac liquida ſi quando nocte Cometæ*
Sanguinei lugubre rubent.

CLASSIS QVINTAE

ORDO XI.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium ab

M

Măgĭs. & Măge, ſed inuſitatius & antiquum.
Geminatur ſæpenumero: ut, *magis atq; magis.*

Virg.

	Virg.1.Eclog.	*Non equidem inuideo, miror magis, vndiq; totis*
		Vſqueadeò turbamur agris.
&	*Virg.2.Aen.*	*Et magis atq; magis (quanquam ſecreta parentis*
		Anchiſæ domus, arboribusq; obtecta receſſit)
		Clareſcunt ſonitus, armorumq; ingruit horror.
Măgĕ.	*Prope.li.4.Eleg.8.*	*Cauſa fuit Iuno, ſed mage cauſa Venus.*
Mălĕ.	*Virg.3.Georg.*	*Heu male tum mites defendit pampinus vuas.*
	Perſ.Sat.4,	*Hoc puto non iuſtum eſt, illud malè, rectius iſtud.*
Mălignē.		
Mānĕ.	*Virg.1.Georg.*	*——— Solem certiſſima ſigna ſequentur,*
		Et quæ manè refert, & quæ ſurgentibus aſtris.
Manifeſtè uel Manifeſtò.		
Mātūrē.		
Mēcūm.	*Virg.1.Eclog.*	*Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte*
		Fronde ſuper viridi.
Mĕdĭōcrĭtĕr.	*Hor.1.Epiſt.18,*	*Ne te ſemper inops agitet vexetq; cupido,*
		Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium ſpes,
		Virtutem doctrina paret, natura'ue donet.
Mediusfidius.		
Mĕhercŭlĕ.	*Catul.Car.36,*	*Male eſt, Cornifici, tuo Catullo,*
		Male eſt, mehercule, & laborioſè,
		Et magis, magis in dies & horas.
Mĕlĭŭs. Comparatiuus à Benè.		
	Virg.1.Aen.	*——hic primum Aeneas ſperare ſalutem*
		Auſus, & afflictis melius confidere rebus.
Mērē.		
Mĕrĭtō.	*Iuuen.Sat.2,*	*Nōnne igitur iure, ac meritò vitia vltima fictos*
		Contemnunt Scauros, & caſtigata remordent?
Mĭnāntĕr.	*Ovi.3 de Art.*	*Multaq; ſubmiſſè multa minanter agant.*
Mĭnĭmē.	*Virg.6.Aen.*	*Quod minimè reris Graia pandetur ab vrbe.*
Mĭnŭs. Comparatiuus à Plus.		
	Virg.1.Aen.	*Nec minùs interea ſocijs ad littora mittit.*
		Viginti tauros, magnorum horrentia centum
		Terga ſuum.

COMPOS.

[Quominus, uel Cominus.]

[Eminus,]

Virg.1.Georg. *Quid dicam iacto qui ſemine cominus arua*
Inſequitur?

Virg.10.Aen. *Inſtat cui Turnus, ſtridentemq́ eminus haſtam*
Conijcit, Illa dato vertit veſtigia tergo.

Minūtātim. *Lucret.li.6,* *A pedibusq́ minutatim ſuccedere frigus.*

Prud. in Periſt. *Sciſſa minutatim labefacto corpore fruſtra*
Carpit ſpinigeris ſtirpibus hirtus ager.

Mīnutim.

Mirē.

Misērē.

Misĕrĭtĕr. *Catull.Car.61,* *Patriam allocuta eſt ita voce mœſta miſeriter.*

Mŏdŏ. *Virg.4.Eclog.* *Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum*
Deſinet.

Hor.1.Ser.Sat.10, *Et ſermone opus eſt, modo triſti, ſæpe ioco ſo*
Defendente uicem, modo Rhetores atq́ Poetæ.

COMPOS.

[Amodò.]

[Dummodò.]

[Poſtmodò.]

[Quodammodò.]

[Solummodò.]

[Tantummodò.]

Hinc etiam,

[Propemodum.]

[Quemadmodum.]

Hor.1.Ser.Sat.9, ——— *Velis tantummodo, quæ tua virtus,*
Expugnabis.

Mŏdĕrāmĭr. *Lucret.li.2,* *Quis regere immēſi ſummā, quis habere profundi*
Inde manu validus potis eſt moderāter habenas?

Ouid.

Oui.1.Met.fab. ——————*moderantiùs oro*
Curre fugamq́, inhibe, moderãtius inſequar ipſe.

Modicē. hoc eſt temperatè.
Perſ.Sat.3, *De maiore domo modicè ſitiente lagena*
Lenia loturo ſ.bi Surrentina rogauit.

Mŏdĭcūm.parumper.
Mŏlĭſtē.
Mōllē. *Perſ.Sat.3,* *Candida vicini ſubriſit mollè puella.*
Mŭlĭebrĭtĕr. *Hor.1.Carm.Od.38,*——————*nec muliebriter*
Expauit enſem, nec latenteis
Claſſe cita reparauit oras.
Mūltō. *Hor.1.Ser.Sat.4.*——— *Nam multò plures ſumus, ac veluti te*
Iudæi cogemus in hanc concedere turbam.

Mūnĭſĭcē.

CLASSIS QVINTÆ
ORDO DVODECIMVS.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium ab

N

Nĕ. Enclitica particula interrogationis uim habens, ſemper breuis eſt.
Virg.11.Aen. *Iuſticiá ne prius mirer, belli ne laborem.*

Nē. prohibendi aduerb.ſemper producitur.
Virg.1.Aen. *Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.*
Hor.2.Ser.Sat.5, Ne deſis opera, né ue immoderatus abundes.

Nĕc.
Nēdūm.
Nĕglĭgēntĕr. *Mart,li.6.Epig.42, Iamdudam quaſi negligent er audis,*
Iĉiotus morieris oppiane.

Nequà.

Nequàquàm. *Horat.2.Ser.Sat.4, Nequaquã ſatis iure vna conſumere curã,*
Nequaquã fundo numus ſuſpiret in imo.

Nequè.

Nequicquàm. *Virg.1.Georg. Nequicquam pinguis paleo teret area culmos.*
Idem 2.Aen. Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo
Circundat nequicquam humeris.

Nequiter.

Nequò.

Neutiquè.

Neutrò.

Ni. *Virg.1.Georg. Poſſum multa tibi veterum præcepta referre,*
Ni refugis, tenuesq́; piget cognoſcere curas.
Virg.1.Aen. Ni fruſtra augurum vani docuêre parentes.

Nihilò. *Hor.2.Ser.Sat.3, Alterũ, & huic variũ & nihilo ſapiẽtius ignes*
Per medios, fluuiosq́; ruentes.

Nimirùm. *Iuuen.Sat.2, Nimirum ſummi ducis eſt occidere Galbam.*

Nimiè & Nimium. *Virg.2.Eclog O formoſe puer nimium ne crede colori.*

Nimis. *Hor.2.Ser.Sat.1, Sũt quib. in Satyra videar nimis acer, & vltra*
Legem tendere opus.

Niſi. *Virg.9.Eclog. Quod niſi me quacunq; nouas incidere lites*
Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix,
Nec tuus hic Mœris, nec viueret ipſe Menalcas.
Hor.2.Ser.Sat.5, Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

Nõn. *Virg 1.Georg. ——— non illa quiſquam me nauẽ per altũ,*
Ire, neq; à terra moneat conuellere funem
Idem 1.Aen. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

Nũdè.

Nupèr. *Virg.2.Eclog. Nec ſum adeò informis, nuper me in littore vidi.*
Iuuen.Sat.1. Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

COMPOS.

[Prõnõpèr.]

CLASSIS QVINTAE
ORDO XIII.

De quantitatibus Vocum indeclinabilium incipientium ab

O

Ŏ. Vocandi character.

Virg.2.Georg. *O decus, ô famæ meritò par, maxima noſtræ*
Mæcenas, pelagoq́, volans da vela patenti.
Idem 1.Aen. *O Regina nouam cui condere Iuppiter vrbem.*

Ŏ. *Idem Virg.2.Eclog.* *Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella,*
Te Corydon ô Alexi, trahit ſua quemq́, uoluptas.
Virg.1.Aen. *Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.*

Ŏb. *Idem 11.Aen.* *Cuius ob auſpicium infauſtum, moresq́, ſiniſtros.*
Perſi Sat.6, *Curuus ob id minui ſenio, aut cœnare ſine uncto.*

Obĭtĕr *Iuuen.Sat.3,* *Atq́, obiter leget, aut ſcribet, uel dormiet intus.*
Mart. *Hic obiter quæ ſit nomenclatura dierum.*

Ŏbuiăm.

Ŏcĭŭs. *Virg.7.Eclog.* ———— *atq́, ego Daphnim.*
Aſpicio, ille ubi me contra videt, ocyus inquit
Huc ades ô Melibœe, caper tibi ſaluus & hœdi.
Horat.2.Ser.Sat.7. ———— *ocyus hinc te*
Ni rapis, accedes opera agro noua Sabino.

Ŏhē. *Mart.li.Epig.* *Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle.*
Hor.2.Serm.Sat.5, *Importunus amat laudari, donec ohe iam*
Ad cœlum manibus ſublatis dixerit.

Ōlim. *Virg.2.Eclog.* *Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis*
Fiſtula, Damœtas dono mihi quam dedit olim.

Ŏmnīnō. *Horat.2.Ser.Sat.1.* *Quid faciã præſcribe. quieſcas, ne faciã, inquis*
Omninò verſus.

Opere Ablatius in Aduerbium, ſed in compoſitis uſitatum: ut, Magnoperè. quantoperè. Summoperè.

Ŏpĭmē.

CLASSIS QVINTÆ
ORDO XIIII.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium à

P

Pălām. *Iuuen.Sat.2,* *———liceat modò viuere, fient*
Fient iſta palam, cupient & in acta referri.

COMPOS.

[Prōpălām.]

Păpĕ. uel Păpæ. *Perſ.Sat.5,* *Marcus Dama? papè Marco ſpondente recuſas,*
Credere tu numos? Marco ſub iudice palles?

Părĭtĕr. *Virg.1.Aen.* *Expleri mentem nequit, ardeſcitq́; tuendo*
Pheniſſa, & puero pariter donisq́; mouetur.
Idem 10.Aen. *———cædebant pariter, pariterq́; ruebant*
Victores victiq́;, neq; his fuga nota, neq; illis

COMPOS.

[Impariter.]

Horat.in art.Poet. *Verſibus impariter iunctis quarimonia primùm*
Mox etiam incluſa eſt mentus ſententia compos.

Părum.

Părŭmpĕr.*Virg.6.Aen.* *———pulſusq́; parumper*
Corda dolor, triſti gaudet cognomine terra.

Pătĭēntĕr.

Păulātim. *Virg.6.Aen.* *Paulatim adnabam terræ.*

Păuliſpĕr. *Ouid.2.Triſt.Eleg.Atq; vtinam reuoces animū pauliſper ab ira.*

Paūlō. *Virg.4.Eclog.* *Si celides Muſæ paulo maiora canamus.*

Pĕdātim.

Pĕdĕprĕſſim, & *Lucre.li.5,* ———— *ſed quæſit earum*
Pĕdĕtēntim. *Præcipere, haudquaquā eſt pedetētim progrediētes.*
Pēnē. *Virg.9.Eclog.* — *Heu cadit in quenquā tantū ſcelus? heu tua nobis*
Penè ſimul tecum ſolatia rapta Menalca.
Iuuen.Sat.1, *Hinc atq; inde patens, ac nuda penè cathedra:*
Pĕnēs. *Virg.12.Aen.* *Tu requies miſeræ, decus, imperiumq; Latini*
Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.
Ouid.1.Faſto. *Me penes eſt unum vaſti cuſtodia mundi.*
Horat.in Art. ———— *ſi volet vſus*
Quem penes arbitriū eſt & vis & norma loquēdi.
Pĕnĭtŭs. *Virg.1.Aen.* ———— *Penitusq; ſonantes*
Acceſſis ſcopulos.
Idem eodem, ———— *ater quos æquore turbo*
Diſpulerat, penitusq; alias aduexerat oras.
Idem 3.Aen. *Inſequor & cauſas penitus tentare latenteis.*
Pĕr. *Virg.6.Eclog.* *Nanq; canebat vti, magnum per inane, coacta*
Semina terrarumq;, animæq;, mariſq; fuiſſent.
Pĕrĕgrē. *Horat.1.Ser.Sat.6,* ———— *ducendus & vnus*
& *Et comes alter, vti ne ſolus rus ve peregrè ve*
Exirem.
Pĕrĕgrē. *Idem 1.Epiſt.12,* *Cultaq; dū peregrè eſt animus ſua corpora velox?*
Phy Interiectio mirantis.
Plānē.
Plēnē. *Horat.1.Epiſt.11,* ———— *furnos & balnea laudat*
Vt fortunatam plene præſtantia vitam.
Plērūmquĕ. *Virg.1.Georg.* *Frigoribus parto agricolæ plerunq; fruuntur.*
Plūs.
Pol.

COMPOS.

[Ǣdĕpŏl.]

[Pĕrpŏl.]

Pōnē. *Virg.2.Aen.* *Pectora quorum inter fluctus arrecta, iubæq;*
Sanguineæ exuperant vndas, pars cætera pontum
Ponè legit, ſinuatq; immenſa volumine terga.

Idem

Idem eodem, *Ponè ſubit coniunx, ferimur per opaca locorum.*
Prop. li. 3. Ele. 14, *Credebat domina ponè venire pedes.*
Pŏpŭlārĭtĕr. *Iuuen. Sat. 3,* *Quemlibet occidunt populariter, inde reuerſi*
Conducunt foricas.

Pōrrō.
Pōſtĕāquàm.
Pōſtmŏdō.
Pōſtrēmō.
Pŏtĕ. Inuſitatum, à quo compoſ.

[Vtpote.]

[Quipote.]

Perſ. Sat. 1, *Et verum, inquis, amo, verum mihi dicito de me,*
Quipote? vis dicam?

Pŏtĭŭs. Compara. à pote.
Virg. 2. Eclog. *Quin tu aliquid ſaltem potius quorū indiget uſus*
Viminibus, mollīq; paras detexere iunco?
Prǣcĭpŭē. *Virg. 1. Aen.* *Præcipuè pius Aeneas, nunc acris Oronti,*
Nunc Amyci caſum gemit & crudelia ſecum
Fata Lyci.

Prǣtĕr.
Prǣtĕrĕā. *Virg. 2. Eclog.* *Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti*
Capreoli.
Prāuē. *Hor. in Art. Poet.* *Cur neſcire pudens prauè, quàm diſcere malo?*
Prīdĕm. *Hor. 2, Ser. Sat. 2,* *———haud ita pridem*
Galleni præconis erat acipenſere menſa
Infamis.

C O M P O S.

[Iampridem.]

Virg. 2. Eclog. *Iampridem à me illos abducere Theſtylis orat.*
Primiter. & Primitus.
Primò. uel Primùm.

C O M P O S.

[Quamprimùm.]

[Inprimis.]

Virg. 5. Eclog. *Et multo inprimis hilarans conuiuia Baccho.*
Prĭncĭpĭō.

Priuatim.

Prius. *Virg.1.Georg. Ac prius ignotum quàm ferro ſcindimus æquor.*

Idem 1.Aen. Nec prius abſiſtit quàm ſeptem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerũ cũ nauib. æquet.

Idem 2.Aen. Non prius aſpicies vbi feſſum ætate parentem
Liqueris Anchiſen?

Priuſquàm. *Virg.3.Georg. Continuò ferro culpam compeſce priuſquàm*
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

Prō. Præpoſitio caſualis ſemper producitur.

Virg.5.Eclog. Quæ tibi, quæ tali reddam pro munere dona?

In compoſitione uerò nunc producitur, nunc corripitur, quod uſu magis quàm præceptis percipi & obſeruari poteſt.

Probē.

Procul. *Virg.10.Eclog. Tu procul à patria, nec ſit mihi credere tantum,*
Alpinas ah dura niues.

Idem 5.Aen. Eſt procul in pelago ſaxum,

Idem 6.Eclog. Serta procul tantum capiti delapſa iacebant.

Prodigialiter. *Horat.in Art.Poet. Qui variare cupit rem prodigialiter vnam,*
Delphinum ſiluis apponit, fluctibus aprum.

Profectō.

Proh. *Perſ.Sat.2, Dic agedum Statio, proh Iuppiter, ô bene clamet*
Iuppiter, at ſeſe non clamet Iuppiter ipſe?

Propē propius. *Hora.2.Ser.Sa.8. Summus ego, & prope me Viſcus Turinus, & (infra,*
Si memini, Varius.

Virg.1.Aen. Parce pio generi & propius res aſpice noſtras.

Mart.li.1.Epi. Hic vbi ſidereus propius videt aſtra coloſſus.

Hora.in Art. Vt pictura poeſis erit, quæ ſi propius ſtes,
Te capiet magis, & quædam ſi longius abſtes.

Prop.li.2.Eleg.28. Longius aut propius mors ſua quenq; manet.

Properanter. *Lucr.li.5, Vſque adeò properanter ab omnibus ignibus eius.*

Properē.

Propter.

COMPOS.

[Quapropter.]

Proptereà.

Prorsus.

Prōrsūs.

Prōtĭnŭs. Protenus, uide in compoſitis cum Tenus, in T.

Virg.4, Aen. *Protinus ad regem curſum detorquet Iarbam.*

Iuuen.Sat.4, ———————*diſperſi protinus algæ*
Inquiſitores agerent cum remige nudo.

Pūblĭcĭtūs. *Prud. in Periſt. Sic elocutam publicitus iubet,*
Flexu in plateæ ſiſtere uirginem.

Pŭlchrē.

A Punio ſeu Pœna fit aduerbium Impūnē.

Virg.2.Geor. *Et ſæpe alterius ramos impunè videmus*
Vertere in alterius, mutatamq́; inſita mala
Ferre pyrum,

Oui.2.Met.fab. Haud impunè feres, adimam tibi namq́; figuram.

CLASSIS QVINTAE

ORDO XV.

De quantitatibus Vocum indeclinabilium incipientium à

Q

Quā *Virg.1.Aen.* *Perge modo & quà te ducit via, dirige greſſum.*
Oui.Epiſt.2, *Quà patet vmbroſum Rhodope glacialis ad Hemū.*
Virg.2.Aen. *O ſocij quà prima, inquit, fortuna ſalutis*
Monſtrat iter, quaq́; oſtendit ſe dextra ſequamur.

COMPOS.

[Aliqua.]

[Quaqua.]

[Quacunq;.]

[Vſquequaq;.]

Horat.

Hor.1.Ser.Sat.6. ——— *quàcunq; libido eſt*
Incedo ſolus, percontor quanti olus ac far.

[*Vſquēquāquē.*]

Mart.li.11.Epig.99.Inſtant, morantur, perſequuntur, occurrunt,
Et hinc & illic, vſquequaque, quacunq;.

Catul.Car.37. *Tamen renidere vſquequaq; te nollem.*

Quadragies.
Qualibet uel *qualubet.*
Qualiter.
Quāndō. *Iuuen.Sat.5,* *Quando vocatus adeſt calda, gelidaq; miniſter?*

COMPOS.

[*Aliquāndō.*]

Mart.li.10.Epig.46,Omnia vis belle, Matho, dicere, dic aliquando
Et benè, dic neutrum, dic aliquando malè.

Iuue.Sat.3. ——— *Omnia Romæ*
Cū precio: quid das vt Coſſum aliquādo ſalutes?

[*Siquāndō.*]

Iuuena.Sat.3, *Feſtorum herboſo colitur ſiquando theatro*
Maieſtas, tandemq; redit ad pulpita notum
Exodium.

Quāntūm. Notæ eſt quantitatis.

COMPOS.

[*Aliquantum.*]

Quāmuis. *Virg.* *Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes.*
Quārē.
Quāsī. *Perſ.Sat.5,* *Cras hoc fiet, idē cras fiet: quid, quaſi magnum,*
Nempè diem donas.

Quatēnus. Idem quod *in quantum*, uel *Si ita.*

COMPOS.

[*Aliquatenus.*]

Vide *Tenus* in Ord. T.

Quātēr. *Virg.2.Aen.* ——— *quater ipſo in limine portæ*
Subſtitit, atq; vtero ſonitū quater arma dedere.

Quatinus per i ſignificat Quia.

Iuuena. Sat. 12, *Quatinus hic non ſunt nec venales elephanti.*

Quē. Quum natura ſemper corripiatur, licentioſe tamen apud autores longa legitur.

Virg. 1. Aen. *Terraſq; tractuſq; maris, cœlumq; profundum.*

Idem 3. Aen. *Liminaq; lauruſq; dei, totuſq; moueri*
Mons circùm.

C O M P O S.

[Atque.]

[Cumq; à quo Quacunq;. Vbicunq;. Quocunq;. Qualitercunq;.

[Namq;.]

[Neque.]

[Vſque.]

[Quandoque.]

[Quoque.]

Hor. 2. Ser. Sat. 7, Quiſ nam igitur liber? Sapiēs, ſi qui imperioſus,
Quē neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent.

Idem 1. Aen. *Nanq; tibi reduces ſocios, claſſemq; relatam*
Nuncio.

Idem 1. Aen. *——ſublimemq; feres ad ſidera cœli*
Magnanimum Aeneam, neq; me ſententia vertit.

Virg. 5. Eclog. *——Damnabis tu quoq; votis.*

Quĭ.

C O M P O S.

[Alioqui.]

[Atqui.]

Quĭă.

Quiănăm. Idem quod Quare.

Virg. 5. Aen. *Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi?*

Quidem.

C O M P O S.

[Equĭdem.]

Virg. 10. Aen. *Non equidem nec te iuuenis memorande ſilebo.*

[Quan-

[Quandŏquidem.]

Idem 3. Eclog. *Dicite quādoquidem in molli conſedimus herba.*
Iuuen. Sat. 1, *Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum Maieſtas.*

[Siquidĕm.]

Quin. *Virg. 1. Aen.* ———— *Quin aſpera Iuno*
Quæ mare nunc, terraſq́, metu, cælumq́ fatigat,
Conſilia in melius referet.

COMPOS.

[Alioquin.]

[Cæteroquin.]

Quippĕ. *Virg. 2. Geor.* *Sponte ſua quæ ſe tollunt in luminis auras*
Infæcunda quidem, ſed læta & fortia ſurgunt
Quippè ſolo natura ſubeſt.
Idem *Quippè pij Vates & Phœbo digna locuti.*
Quō. *Virg. 3. Eclog.* *Qui te Pollio amat, veniat quò te quoq́ gaudet.*
Idem 1. Aen. *Quó ve tenetis iter?*
Hor. 1. Epiſt. *Quò mihi fortunam ſi non conceditur vti?*
Idē 3. Car. Od. 3, *Quò Muſa tendis? deſine peruicax*
Referre ſermones deorum, &
Magna modis tenuare paruis.

COMPOS.

[Aliquò.]

[Vſquequo.]

[Quoquò.]

Quōd, pro Quia uſitatiſsimum eſt.
Perſ. Sat. 3, *Nigra quòd infuſa vaneſcat ſepia lympha.*
Quōniam. *Virg. 2. Eclog.* *Et faciet, quoniam ſordent tibi munera noſtra.*
Quorſum. notæ eſt quantitatis.

COMPOS.

[Aliquorſum.]

Quōtānnīs. *Virg. 1. Eclog.* *Hic illum vidi iuuenem Melibœe, quotannis*
Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant.
Quōtiēns uel quōtiēs. *Virg. 3. Eclog.* *O' quoties, & quæ nobis Galatea locuta eſt,*
Partem aliquam, venti, diuum referatis ad aures.

COMPOS.

[Aliquotiens uel aliquoties.]

Quāuis.

CLASSIS QVINTÆ

ORDO XVI.

De Quantitatibus Vocum Indeclinabilium incipientium à

R

Rādicitŭs.
Rārē.
Rārō. *Horat.* *Ieiunus ſtomachus rarò vulgaria temnit.*
Idem 2. Ser. Sat. 3, Sic rarò ſcribis, vt toto non quater anno Membranam poſcas.

COMPOS.

[Perrarò.]

Hor. 2. Ser. Sat. 5, In vacuum venias perrarò hæc alea fallit.

Recent. & Recenter. *Virg. 3. Georg. Sole recens orto.*
Rĕpentĕ. *Virg. 2. Aen.* *In prouiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem Preſsit humi nitens, trepiduſq; repentè refugit Attollentem iras.*
Rĕtrō. *Virg. 2. Aen.* *Ex illo fluere & retrò ſublapſa referri Spes Danaûm.*
Idem eodem, *Obſtupuit, retroq; pedem cum voce repreſsit.*
Rĕtrō. *Oui. 12. Met. fab. 5. Exiliere oculi, disiectiſq; oſsibus oris Acta retrò naris, medioq; eſt fixa palato.*
Idē 13. Met. fab. 2. Ante retrò Simois fluet, & ſine frondibus Ide Stabit, & auxilium promittet Achaia Troiæ.

Rĕtrōr-

Stīrpĭtŭs. *Bucha.Pſal.105.* *Tum Phari rector ſuperba*
Mente verſa Abramidas
Fraude molitus nefanda
Stirpitus reuellere.

Sŭāuĭtĕr. *Hora.1.Ser.Sat.9,* *Accurrit quidam notus mihi nomine tantum,*
Arreptaq́, manu, quid agis dulciſſime rerum?
Suauiter vt nunc eſt, inquam.

Sŭb. *Virg.3.Aen.* ———— *Claſſemq́, ſub ipſa*
Antandro & Phrygiæ molimur montibus Ida.

Sŭbĭtō. *Idem 1.Aen.* *Eripiunt ſubitò nubes, cœlumq́, diemq́,*
Teucrorum ex oculis.

COMPOS.

[*Deſubito.*]

Sŭbtĕr.

Sŭpĕr *Virg.2.Georg.* *Cui ſuper indignas hyemes, ſolemq́, potentem*
Silueſtres vri aſſiduè, capreaq́, ſequaces
Illudunt.

Virg.1.Aen. *Multa ſuper Priamo rogitās, ſuper Hectore multa*

COMPOS.

[*Dēſŭpĕr.*]

Virg.1.Aen. *Iamq́, aſcendebant collem, qui plurimus vrbi*
Imminet aduerſasq́, aſpectat deſuper arces.

[*Īnſŭpĕr.*]

Virg.1.Aen. *Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris*
Hoc metuens, molemq́, & montes inſuper altos
Impoſuit.

Superbē.

Supērnē. *Hor.in Art.Poët.* ———— *vt turpiter atrum*
Deſinat in piſcem, mulier formoſa ſupernè.

Sūprā. *Virg. Aen.* *Olli ceruleus ſupra caput aſtitit imber.*

Sūprā, *Idem 2.Georg.* *Rara ſit, an ſupra morem ſit denſa requiras.*
vel *Perſ.Sat.5.* *Quæ dederam ſuprà, repeto, funemq́, reduco.*
Horat.2.Car.Od.18, *At fides, & ingenij.*
Benigna vena eſt, pauperemq́, diues
Me petit: nihil ſupra

Deos laceſſo nec potentem amicum
Largiora flagito
Satis beatus unicis Sabinis.

CLASSIS QVINTÆ.
ORDO XIIX.
De quantitatibus uocum Indeclinabilium incipientium à

T

Tăcĭtē. *Perſ.Sat.3.* *Quicquid id eſt, ſurgit tacitè tibi lutea pellis.*
Tālitĕr.
Tămĕn. *Virg.1.Eclog.* *Nec tamen interea rauca, tua cura, palumbes,*
Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab vlmo.
Hor.2.Ser.Sat.5, *Quid tamen ipſa uelit ſibi fabula, ſi licet, ede.*

COMPOS.

[*Āttămĕn.*]

Perſ.Sat.2, *Attamen hic extis, & opimo uincere farto*
Intendit.

[*Vērūntămĕn.*]

Tāntĭſpĕr.
Tāntō.
Tēcūm.
Tĕmĕrē. Hor.2.Ser.Sat.4. Nec ſibi cœnarum quiuis temerè arroget artem.
Tĕnācĭtĕr. Ouid.Epiſt.4, An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget?
Tĕnŭs. *Virg.1.Aen.* *Primaq; libato ſummo tenus attigit ore.*

COMPOS.

[*Eatenus.*]

[*Hactenus.*]

[*Protenus.* idem quod *Procul,* ſeu in locum diſsitum.]

[*Quatenus.*]

[*Aliquatenus.*]

[*Quadantenus.*]

Virg.1.Eclog. ————— *en ipſe capellas*
Protenus æger ago.

Præter

Præter pronomina, Aduerbia & Præpoſitiones quibus hæc particula adijcitur, cuius adiectione & acceſsione meta ſiunt aduerbia, notabitis & nominibus ſubſtantiuis & adiectiuis quamplurimis eam appendi, quæ tamen ſubinde non tranſeun in aduerbia, ſed per particulam iſtam aliquo modo cōſtringuntur, & toti rei aliquid per eam detrahitur. Sic dicimus *Barbatenus*, ubi non tota facies intelligitur, *Pubetenus* ubi non totū corpus, *Eccleſiatenus*, quod apud Prudentium in Periſteph. legitur, non tota ciuitas intelligitur. At nominibus pluralis numeri genitiuo iungitur, paucis exceptis, ut ſuis exemplis uidebitis.

[*Aſſyriatenus.*]

[*Bārbātēnus.*]

[*Capulotenus.*]

Virg.10.Aen. *Sic fatus, paleam læua tenet, atq; reflexa*
Ceruice orantis capulotenus abdidit enſem.

[*Crūrūmtēnus.*]

[*Eccleſiatenus.*]

[*Fecetenus.*]

Horat.3.Car.Od.15. ——— *non cithara decent*
Nec flos purpureus roſæ,
Nec poti vetulam fecetenus cadi.

[*Fūndōtēnūs.*]

Prud.in Periſt. *Præcipitemq; globum fundotenus implicauit imo.*

[*Meſſetenus.*]

Perſ.Sat.6. *Meſſe tenus propria viue: & granaria, fas eſt,*
Emole, quid metuis? occa & ſeges altera in herba eſt.

[*Pectoribus tenus*, contra regulam.]

Oui.5.Met.fab. *Pectoribusq; tenus molles erectus in auras.*
Idem eod.fab. *Pectoribusq; tenus media ſublimis in æde.*

[*Pūbētenūs.*]

[*Sērōtēnūs.*]

[*Sūmōtēnūs.*]

Prud.in Periſt. *Primas namq; fores ſummotenus intrat hiatu,*
Illuſtratq; dies limina veſtibuli.

[*Sūpēr-*

[*Sūpērfĭcĭētēnŭs.*]

[*Tālōtēnŭs.*]

Mant.in Gonza. *Egregium vultu iuuenem fulgente, micantem*
Pectora veſtitum, & talotenus ære micantem.

Tŏtĭēs. *Virg.1.Aen.* *Quid natum toties crudelis tu quoq; falſis*
Ludis imaginibus?
Iuuen.Sat.1. *Vexatus toties rauci Theſeide Codri?*

Trĭcĭēs. *Mart.lib.1.Epig.117,* *Decies Sabellus, alterumq; Seranus,*
Ex inſulis fundisq; tricies ſol dum.
Idem.lib.5.Epig.40. *Supremas tibi tricies in anno*
Signanti tabulas, Charine, miſi
Hyblæis madidas thymis placentas.

Tūtō.

CLASIS QVINTAE
ORDO XIX.

De quantitatibus Vocum indeclinabilium incipientium ab

V

Vā vel vāh. *Virg.9.Eclog.* *Mantua vah miſera nimiùm vicina Cremonæ.*
Vah.
Valdè vel validè.
Variè.

Vbĭ *Virg.1.Aen.* *Hæc vbi dicta dedit.*
Idem.6.Aen. *Quale per incertam Lunam ſub luce maligna*
Eſt iter in ſyluis, vbi cœlum condidit vmbra
Iuppiter, & rebus nox abſtulit atra colorem.

Vbī *Idem 2.Aen.* *Vrbis ubi captæ caſum, conuulſaq; videt*
Limina tectorum & medijs penetralibus hoſtē.

COMPOS.

[*Alicubi* interpoſita *e* litera, & *aliubi.*]
[*Necubi.*]
[*Sicubi.*]

Virg.

Rĕtrōrsūm, vel Rĕtrorſu.	*Hor.1.Car.Od.34,*	*Parcus deorum cultor, & infrequens Inſanientis dum ſapientia Conſultus erro: nunc retrorſum Vela dare atq; iterare curſus, &c.*
	Idem 4.Car.Od 8,	*Reiectaq; retrorſum Annibalis minæ.*
Rītĕ.	*Virg.3.Aen.*	*——— nymphas venerabar agreſtes Gradiuumq; patrem, Geticis qui præſidet aruis, Ritè ſecundarent viſus, omenq; leuarent.*
	Perſ.Sat.3,	*Cor tibi ritè ſalit, poſitum eſt algente catino, Durum olus.*
Rūrsūs.	*Virg.3.Aen.*	*Rurſus & alterius lentum conuellere vimen Inſequor & cauſas penitus tentare latenteis.*

CLASSIS QVINTAE,

ORDO XVII.

De quantitatibus Vocum indeclinabilium incipientium ab

S

Săpĕ, & Săpĭūs.	*Virg.2.Georg.*	*Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius ad capita, & duros iactare bidentes.*

COMPOS.

[*Pĕrsăpĕ.*]

Sānĕ.	*Iuuen.Sat.1,*	*Accipiat ſanè mercedem ſanguinis & ſic Palleat, vt nudis preſſit qui calcibus anguem.*
Săpĭentĕr.	*Hor.4.Car.Od.9,*	*——— rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus ſapienter vti, Duramq; callet pauperiem pati,*

Peiusq́, letho flagitium timet
Non ille pro charis amicis,
Aut patria timidus perire.

Sătĭs. *Virg.6.Eclog. Soluite me, pueri, ſatis eſt potuiſſe videri.*
& *Vir.4.Eclog. O mihi tam longè maneat pars vltima vitæ,*
Săt. per Apocopen *Spiritus &, quantum ſat erit tua dicere facta.*
.Idem 10.Eclo. Hæc ſat eris, diuæ, veſtrum ceciniſſe Poëtam.
Sătĭŭs. *Virg.2.Eclog. Nón ne fuit ſatius triſteis Amaryllidis iras,*
Atq́, ſuperba pati faſtidia?
Scĭlĭcĕt. *Virg.1.Georg. Scilicet atq́, Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.*
Perſ.Sat.4, *Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox*
Antè pilos venit, dicenda tacendaq́, calles.
Scĭtè.
Sēcrētò. *Iuuen.Sat.1,* ———————— *quis fercula ſeptem*
Secretò cœnauit auus? nunc ſportula primo
Limine parua ſedet, turbæ rapienda togatæ.
Sĕcūndŭm.
Sĕcŭs. *Virg.2.Aen.* *Haud ſecus Andrageos viſu tremefactus abibat.*

COMPOS.

[*Altrinſecus.*]

[*Circumſecus.*]

[*Forinſecus.*]

[*Extrinſecus.*]

[*Intrinſecus.*]

Lucr.li.6, *Eſt etiam quum vis extrinſecus incita venti.*
Sēcĭŭs. compara. à *Secus.*
Virg.2.Georg. ———————— *nec ſecius omnis in vnguem*
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Sĕd.
Sēdābĭlĭtĕr.

COMPOS.

[*Inſedabiliter.*]

Lucret.lib.6, Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans.

Sĕmĕl.

Sĕmĕl. *Virg.11.Aen.* ———————— *qui ne quid tale videret,*
Procubuit moriēs,& humū ſemel ore momordit.
Oui.Epiſt.5, ———————— *nulla reparabilis arte*
Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.
Hor.2.Ser.Sat.7, ———————— *quæ belua ruptis*
Quum ſemel effugit reddit ſe praua, catenis?
Perſ.Sat.5, *Nec tu quum obſtiteris ſemel, inſtantiq́; negaris*
Parere imperio, rupi iam vincula, dicas.

Sēmpĕr.

Sērō. *Oui.1.de Rem. Principijs obſta, ſerò medicina paratur,*
Quum mala per longas inualuere moras.
Idem 1.Triſt.Ele. Et quanquam ſerò clypeū poſt vulnera ſumo.
Prop.li.2.Ele.25, Si qua venit ſerò, magna ruina venit.

Sērò. *Mart.li.1.Epi.88, Vtq́; tuis longùm dominusq́; puerq́; fruatur*
Muneribus, tonſum fac citò, ſerò virum.
Iuuen.Sat.1, ———————— *galeatum ſerò duelli*
Pœnitet: experiar quid concedatur in illos.
Virg.1.Aen. *Dij tibi, ſi qua pios reſpectant numina, ſi quid*
Vſquam iuſtitiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti,
Præmia digna ferant.

Sī. *Idem 6.Aen.* *Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus*
Oſtendat.

COMPOS.

[*Ācsī.*]

[*Ĕtiāmsī.*]

[*Ētsī.*]

Iuuen.Sat.1, *Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarū*
Maieſtas, etſi funeſta pecunia templo
Nondum habitas.

[*Nisī.*]

Perſ.Sat.5, *An dominū ignoras, niſi quem vindicta relaxat.*

[*Quăsī.*]

Perſ.Sat.5, *Cras hoc fiet, idem cras fiet: quid? quaſi magnum*
Nempè diem donas.
Mart.li.5.Epi.37, Laudatus noſtro quidam, Fauſtine, libello,

Diſsimulat, quaſi nil debeat, impoſuit.

[*Tămĕtsĭ.*]

Sĭc. *Virg.1.Aen.* *Sic ait & dicto citius tumida æquora placat.*
Virg.11.Aen. ——————————— *ſic itur ad aſtra.*

Sĭc. *Mar.li.2.Epig.Ne quid fortè petam, timet, cauetq́,*
Et ſecum ſic vt audiam ſuſurrat.

Sīccĭnĕ.

Simplicitĕr.

Sĭmŭl. *Virg.2.Aen.* *Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.*
Idem eodem. Horror vbiq́, animos ſimul ipſa ſilentia terrent.

COMPOS.

[*Inſimul.*]

Stat.1.Silua. Et gentes alijs inſimul togatas.

Sĭn. *Virg.2.Aen.* *Si periturus abis & nos rape in omnia tecum,*
Sin aliquam expertus ſumtis ſpem ponis in armis,
Hanc primum tutare domum.

Sĭnĕ. *Virg.1.Aen.* *Imperium ſine fine dedi.*
Hor.1.Ser.Sat.3. Nā vitijs nemo ſine naſcitur, optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur.
Idem eo Sat.9. ——————————— *nil ſine magno*
Vita labore dedit mortalibus.

Sĭnĭſtrōrsŭm. Hor.2.Ser.Sat.3. Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit, vnus
Error. *(vtriq́*

S ante O.

Sōlābĭlĭtĕr.

COMPOS.

[*Inſolabiliter.*]

Hor.1.Epi.14. Me quamuis Lamiæ pietas & cura moratur
Fratrem mœrentis, rapto & de fratre dolentis
Inſolabiliter.

Sōlĭcĭtē. *Oui.4.de Pont.El.16.* ——— *veſtri non immemor vnquam,*
Qui mala ſolicitè noſtra leuatis, ero.

Stătĭm.

Stir-

Prud.in Periſt. *Hæc dum luſtro oculis & ſicubi fortè latentes,*
Rerum apices veterũ per monumenta ſequor.

Vbicunque. *Mart.lib.10,* *Epig.92, Vbicunq; noſter Martialis eſt, dices,*
Hac ecce mecum dextera litat vobis.

Vbique *Virgil.2.Aen.* *————crudelis vbiq;*
Luctus, ubiq; pauor, & plurima mortis imago.

Vbiuis. *Hor.1.Ser.Sat.4,* *Non recito cuiquam niſi amicis, idq; coactus*
Non vbiuis coram've quibuslibet.

Vě. Enclitica particula ſemper breuis eſt.

C O M P O S,

[Neuě.]

[Siue]

Ouid.Epiſt.1, *Sive quis Antilochũ narrabat ab Hectore victũ,*
Antilochus noſtri cauſa timoris erat:
Sive Menœtiadem falſis cecidiſſe ſub armis,
Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.

Vehementer uel Vementer.

Vel.

Vērē. *Hor.1.Ser.Sat.6,* *Si neq; auaritiam, neq; ſordeis, ac mala luſtra*
Obijciet verè quiſquam mihi, purus & inſons.

Vērō. *Virg.2.Aen.* *Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis*
Inſinuat pauor, & ſcelus expẽdiſſe merentem
Laocoonta ferunt.

Vērſus uel Verſum.

C O M P O S,

[Aduerſus uel aduerſum]

[Aliouerſus uel Aliouerſum.]

[Quaquauerſus uel Quaquauerſum.]

Vērūm. *Virg.2.Aen.* *Non tibi Syndaridis facies inuiſa Lacænæ*
Culpatus've Paris, verùm inclementia diuûm
Has euertit opes, ſternitq; à culmine Troiam.

Vicātim. *Hor.in Epod.Od.5,* *Vos turba vicatim hinc & hinc ſaxis petens*
Contundet obſcœnas anus.

Viciēs. *Mart.li.1.Epi.67,* *Non plenum modò vicies habebas*
Sed tam prodigus atq; liberalis
Et tam lautus eras, Calene, vt omnes
Optarent tibi centies amici.

Viciſſim. *Virg.3.Eclo.* *Vis ergo inter nos, quid poſſit vterq;, viciſſim*
Experia-

Experiamur?

Idem 5.Eclog. Nos tamē hæc quocunque modo tibi noſtra uiciſsim
Dicemus.

Perſ. Sat.5, Quæque ſequenda forent, & quæ vitāda viciſsim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.

Videſis. Perſ.Sat.1, Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? videſis, ne maiorum tibi fortè
Limina frigeſcant.

Viritim. Hora.2.Epiſt.1.———quid nunc eſſet vetus, aut quid haberet,
Quod legeret, tereretq́; viritim publicus vſus?

Vltrā. Virg.1. Aen. Tum leuis haud vltra latebras iam quærit imago,
Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atræ.

Vlterius. Oui.2.Met.fab. Inde abit vlterius, medijq́; per æquora ponti
Fert prædam.

Iuuen.Sat.1, Nil erit vlterius, quod noſtris moribus addat
Poſteritas.

Vltrō. Virg.2.Aen. ———vltrò flens ipſe videbar
Compellare virum & mœſtus expromere voces.

Vnā. Iuuen.Sat.5, Vnà ſimus ait, votorum ſumma, quid vltrà
Quæris?

Vndè. Virg.1.Aen. Inferretq́; deos Latio, genus vndè Latinum
Albamq́; patris, atque altæ mœnia Romæ.

C O M P O S.

[Alicunde, interpoſita c litera, & aliunde.]

[Necundè.]

[Sicundè.]

Lucret.lib.5, Siue aliundè fluens, alicundè extrinſecus aer.

Iuuen.Sat.6, Si qua aliundè putas rerum expectanda tuarum.

Vndiquè. Virg.8.Aen. ———Ductores primi Meſſapus & Vfens
Contorque deûm Mezentius, vndique cogunt.
Auxilia, & latos vaſtant cultoribus agros.

Idem 11.Aen. ———nec longè ſcilicet hoſtes
Quærendi nobis, circunſtat vndique muros.

Iuuen.Sat.8, Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria, Nobilitas ſola eſt atque vnica VIRTVS.

Vſquequāquè. Vide Quà.

Vt

Vt. *Virg.12.Aen.* *Turnus vt infractos aduerſo Marte Latinos.*
Hor.2.Ser.Sat.5, Non'ne vides? aliquis cubito ſtantē propè tangens
Inquiet, vt patiens, vt amicus, vt aptus, vt acer.

C O M P O S.

[Prout.] [Sicut.]

Iuuen.Sat.2. *Et dabit in plures, ſicut grex totus in agris*
Vnius ſcabi, cadit & porrigine porci.

Velut. *Virg.1.Aen.* *Impulit in latus, at venti velut agmine facto*
Quà data porta ruunt, & terras turbine perflāt.

Similitudines ſeu comparationes utiliſsimæ ex Poetis excerptæ, ut iuuenes eas mutari diſcant.

Oui.3.Faſt. *Currit vt auditis territa dama lupis.*
Virg.5.Eclog. *Vitis vt arboribus, decori eſt, vt vitibus vuæ,*
Vt gregibus tauri, ſegetes vt pinguibus aruis.

Vti. *Virg.1.Aen.* *Nanq; videbat vti bellantes Pergama circum*
Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus.

C O M P O S.

[Sicuti.]

Lucret.lib.2. *Sicuti quadrupedum cum primis eſſe videmus*
In genere angui manos elephantos.

Veluti. *Virg.1.Aen.* *Ac ueluti magno in populo quum ſæpè coorta eſt*
Seditio, ſæuitq; animus ignobile vulgus.
Idem 2. Aen. *In ſegetem veluti quum flamma furentib. Auſtris.*
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens.

Vtiliter. *Oui.13.Met.fab.* *Longa referre mora eſt, quæ conſilioq; manuq;,*
Vtiliter feci ſpacioſi tempore belli.

Compa. Vtilius. *Idem Epiſt.1.* *Vtilius ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi.*

Vtinam. *Virg.1.Aen.* *Atq; vtinam rex ipſe Noto compulſus eodem*
Afforet Aeneas, equidem per littora certos
Dimittam.

Vtrinque. *Virg.11.Aen.* ——— *quam denſis frondibus atrum*
Vrget utrunq; latus, tenuis quò ſemita ducit.
Hor.1.Ser.Sat.9, ——— *rapit in ius, clamor vtrinq;*
Vndiq; concurſus. Sic me ſeruauit Apollo.
Idem 1.Epiſt.18. Virtus eſt medium vitiorū, & vtrinque reductū.

Vtrò. *Oui.5.Met.fab.2.* *Neſcit vtrò potius ruat, & ruere ardet vtroq;.*

CLASSIS V. FINIS.

VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA